This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





Munich

Universit

# BIBLIOTHECÆ ACADEMICÆ INGOLSTADIENSIS INCUNABULA TYPOGRAPHICA

SEU

LIBRI ANTE ANNUM 1500 IMPRESSI CIRCITER MILLE ET QUADRINGENTI;

QUOS

SECUNDUM ANNORUM SERIEM DISPOSUIT, DESCRIPSIT, ET NOTIS HISTORICO-LITTERARIIS ILLUSTRAVIT


**SEBASTIANUS SEEMILLER**

CANONIC. REG. POLLING. SERENISS. ELECT. PAL. BAV. CONSIL. ECCLESIAST. ACT. THEOL. DOCTOR ET PROF. PUBL. ORD. BIBLIOTHEC. ACADEM. PRÆFECTUS.


## FASCICULUS III.

QUI

LIBROS COMPLECTITUR NOTA ANNI IMPRESSA INSIGNITOS ULTRA DUCENTOS ET SEXAGINTA, EOSQUE OMNES SEXENNII SPATIO AB ANNO 1484 — 1489 IMPRESSOS.

ACCEDUNT

LIBRI TRIGINTA ET AMPLIUS NOTA ANNI IMPRESSA CARENTES, SED PROBABILISSIME QUOAD MAJOREM PARTEM PARITER ANTE ANNUM 1489 IMPRESSI.

*CUM ADPROBATIONE THEOLOGICÆ FACULTATIS.*


INGOLSTADII

*Vendit* JOH. WILHELMUS KRÜLL BIBLIOPOLA ACADEM.

*Impreſſit* Sebaſtianus Valentinus Haberberger Electoralis Univerſitatis Typographus. 1789.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

# PRÆFATIO.

Tertius iſte Faſciculus magnam complectitur librorum intra ſexennium ab anno 1484 — 1489. impreſſorum copiam. Quamquam vero inter hos non pauci exiſtant, qui ſpectata argumenti ratione hodie quidem vix lectu digni judicantur: occurrunt tamen e iam quam plurimi, qui ob ipſius argumenti dignitatem præcipue commendari merentur. Nec ſane, ſi major eſſet copia inutilium, quam utilium librorum, haud tamen, puto, æqui cenſores id mihi imputarent, qui tantum notitias librorum apud nos exſtantium me daturum pollicitus ſum, quas quidem, ut in præcedentibus duobus faſciculis, ita etiam in præſenti dare adcuratiſſimas conatus ſum. Addo etiam illud, quod ex certis obſervationibus collegi, libros inutiles numero longe majori, quam utiles duobus poſtremis ſæculi decimi quinti decenniis fuiſſe excuſos. Arte enim Typographica per omnem Europam latiſſime propagata cum typographis non ſemper præſto eſſent bonæ notæ libri, excudendis obviis quibuscunque genio ſæculi illius præſertim arridentibus, vel compoſitis ab auctoribus, quorum tum quidem magna fuit doctrinæ fama, excudendis operam ſuam addixerunt. Demum libris omnibus Sæculo XV. excuſis, licet ab argumento commendationem nullam habeant, ſuum pretium minime deeſſe, pluribus expoſui in Præfatione ad Faſciculum I. Ceterum hoc in faſciculo operam dedi, ut auctorum quorundam ſæculo decimo quinto ad finem vergente fama doctrinæ celeberrimorum, præſertim qui in academia noſtra floruerunt; & hodie fere incogniti

niti

niti ſunt; memoriam ab oblivione vindicarem, quod lectoribus omnibus, præſertim vero hiſtoriæ literariæ cultoribus jucundum & utile futurum confido. De eo demum maximopere gaudeo, quod certo ſciam, plures Bibliothecarum Præfectos, præſertim in monaſteriis, exemplo meo excitatos fuiſſe, ut diligentiorem, quam hactenus quidem factum eſt, Curam haberent librorum Sæculo XV. impreſſorum, eos in ordinem redigerent, & adcuratius deſcriberent. Quod ſi notitias ſuas de iisdem libris cum orbe erudito communicaturi ſint, optarem, ut eos libros, qui vel a me, vel ab aliis Bibliographis jam adcurate deſcripti ſunt, deſcribant brevius, & ea fere tantum adnotent, in quibns alii ante ipſos vel errarunt, vel minus adcurati fuerunt. Hæc habui præmonenda ad faſciculum tertium, quem æqui lectoris iudicio & correctioni palam ſubjicio.

NOTITIA



# NOTITIA
# HISTORICO-LITERARIA
## DE
# INCUNABULIS TYPOGRAPHICIS
## BIBLIOTHECÆ ACADEM. INGOLSTADIENSIS.

## FASCICULUS III.

Poſt impreſſionem Faſciculi II. quædam obſervavi minus recte a me dicta. Præterea nunc primum libros quosdam in Bibliotheca Academica exſtantes inveni, qui ab anno 1478 — 1483. impreſſi ſunt, ideoque in Faſciculo II. recenſendi fuiſſent. His partim emendationibus, partim additionibus ad Faſciculum II. in fronte præſentis Faſciculi locum dare placuit.

Ad pag. 4. lin. 20. Inſignia hæc non ſunt Joh. Bämleri, ſed Güntheri Zainer. Conf. *Franc. Anton. Veith* Diatriben præfixam Annalibus Typographiæ Auguſtanæ Cl. Zapfii. pag. XX. Hujus ſententiam demum etiam amplexus eſt Cl. Panzerus in noviſſimo opere Annalen der ältern deutſchen Litteratur pag. 93.

Ad pag. 20.

## XXIX. Jacobi Alvarotl, ſeu de Alvarotis, J. U. D. Patavini, Commentarius de Conſuetudinibus & Juribus Feudorum. Venetiis 1477. Fol.

In averſa primi folii pagina *Incipit regiſtrum* (chartarum) *huius opis.* Folio ſecundo auctoris præfatio, ſeu epiſtola dedicatoria *Enerande* (venerande) *uniuerſitati iuriſtarū paduane* inſcripta incipit. Epiſtola hæc brevem continet hiſtoriam literariam eorum, qui ante Aluarotum de feudis ſcripſerunt, quos quidem omnes a ſe diligenter perlectos, atque in ipſo opere excitatos fuiſſe Alvarotus affirmat. Epiſtolam in averſæ folii tertii pagina excipit introductio in ipſum opus, quod demum incipit in columna ſecunda folii noni. Impreſſum eſt charactere rotundo pereleganti in duabus columnis chartæ præſtantiſſimæ, ſeu albedinem, ſeu munditiam, ſeu firmitatem ſpectes. Undecim priores chartarum faſciculi literis a - l. ſignati ſunt: qui vero poſt l. immediate ſequuntur, carent ſignaturis. Sunt faſciculi novem. Poſtremi denuo ſignati ſunt literis A — V; quos inter praeter Q eſt etiam QQ. Opus ipſum terminatur in columna ſecunda folii octaui quaternionis QQ; ubi hæc leguntur ſubſcripta: *Ompletū* (completum) *atq3 pfectū ē pñs op⁹ p me Iacobū aluarotū ciuē patauum die lune ſexto octobris in uigilia glorioſe vginis & martiris ſcē Iuſtine. oli patauie urbis regine currētibus ānis dñi a natitate* (ſic) *eiuſdē. M. cccc. xxxviii.* Accedit vero index materiarum copioſiſſimus ab ipſo auctore alphabetico ordine concinnatus, nec non vocabulorum in hoc indice contentorum. Hunc excipiunt *rubrice libri feudorum*, ad quorum calcem in columna tertia folii undecimi ſexternionis V. ſequens ſubſcriptio legitur: *Egregiu3 opus famoſiſſimi uiri Jacobi de aluarotis feliciter finit. Impreſſum venetiis. Anno domini. M. cccc. lxxvii. die decimo Julii.* Accedunt denuo 1) Matthæi de Corbinellis, Florentini, Juriſtarum Univerſitatis Patavinæ Rectoris oratio publice dicta in laudem hujus operis auctoris die 15. Nov. 1439. & 2) Epiſtola ad auctorem ſcripta a Pontorio Maſcarello Vincentino, qua pariter auctoris laudes ob opus præſens celebrantur. Ceterum deſunt in hoc opere cuſtodes, foliorum numeri, & inſcriptiones; ac ſæpe etiam, immo in indice fere ubivis, initiales literæ. Editio non ſolum Orlandio, & Maittairio, verum etiam aliis Bibliographis fuit incognita.

Ad pag. 34.

## XXV. Calendarium cum tabulis longitudinum ſolis, lunæ, hujusque nodis, punctorum præterea Zodiacalium quovis die h. 12. merid. orientium. Item Tabulæ conjunctionum & oppo-

ſitio-

ſitionum ſolis & lunæ, eclipſium denique eorumdem luminarium ab anno 1477 — 1552. Ulmæ per Johannem Zainer 1477. in Fol. min.

Tabulis præmiſſa eſt inſtructio de earundem uſu foliis tribus impreſſa. Ad calcem tertii folii legitur

*Impreſſum Vlme per Johannem Zainer*
*Anno dominice incarnationis.* 1478.

Poſt hœc Calendarium, aliæque Tabulæ, in titulo nominatæ ſequuntur, foliis quindecim comprehenſæ. Ad harum calcem nihil prorſus adjectum legitur. Ceterum Tabulæ omnes ad meridianum Ulmenſem computatæ ſunt. Computus locorum ſolis & lunæ ejusque nodi ac ſignorum aſcendentium ad gradus & minuta ſe extendit. Tempus oppoſitionum & conjunctionum ad dies & minuta, & ſecunda calculo determinatur; quantitas præterea cujusvis eclipſeos in digitis & minutis, ejusdem duratio in horis & minutis, una cum ſchemate maximæ obſcurationis exhibetur. De auctore harum Tabularum mihi quidem nihil conſtat.

XXVI. *Guarini Veronenſis Viri Peritiſſimi Grammaticales Regulæ Incipiunt.* Venetiis per Antonellum a Moneta 1478. in 4.

Verba tituli loco recitata in fronte primæ paginæ capitalibus litteris impreſſa leguntur. Opuſculum ipſum, quod in eadem pagina incipit, romano charactere elegantiſſimo firmæ & nitidæ chartæ impreſſum eſt. Signaturas ab a - e, & plerumque initiales litteras parvas ipſe typographus adjecit: cuſtodes vero, foliorum numeri, & inſcriptiones deſunt. In averſa pagina folii ſignati e *Clariſſimi Viri Guarini Veronenſis De Diphthongis* ſc. Tractatus incipit, idemque terminatur in prima folii inter impreſſa ultimi pagina, ubi ſequentia, capitalibus impreſſa litteris, leguntur ſubſcripta: *Opus Guarini Veronenſis Viri Peritiſſimi Venetiis Feliciter impreſſum Per Magiſtrum Antonellum A Moneta Aurificem; M. CCCC. LXXVIII. XXVII. Junii.* Aurifex iſte forte ſumtus tantum ſuppeditavit ad impreſſionem operis neceſſarios, quin ipſe typographicæ artis fuerit peritus.

Ad pag. 95.

XLV. *Diodori ſiculi hiſtoriarū priſcarū a Poggio ī latinū traducti liber primus* (quem & reliqui excipiunt libri cum Taciti libello de germania) *incipit in quo hæc continentur to-*

 *tius*

*tius operis prohemium* (ſc. omnium primo iſtud occurrit): Venetiis per Thomam Alexandrinum. 1481. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte averſæ paginæ folii primi. Tum immediate ſequuntur brevia capitum ſingulorum totius operis, ſeu ſex librorum argumenta, quæ & hanc paginam, & primam folii ſequentis integram occupant. Folio tertio, ſignato a, *Prohemium Poggii Florentini Oratoris clariſſimi in Diodorum ſiculum e greco in latinum a ſe conuerſum ad nicolaum. Q;* (uintum) *pont. Max.* ſc. incipit. Tam prohemium iſtud, quam ipſum opus charactere rotundo pereleganti, & præſtanti chartæ impreſſa ſunt. Chartas typographus ſignavit literis a - t. Cuſtodes vero, initiales literæ, foliorum numeri & inſcriptiones deſunt. *Cornelii Taciti Illuſtriſſimi Hiſtorici De Situ Et Populis Germaniæ: Libellus Aureus* paulo ante medium primæ paginæ folii quinti ternionis ſ incipit, terminatur vero in prima pagina folii ſeptimi quaternionis t. In eadem pagina *Ieronymus Squarzaficus Alexādrinus Clariſſimo uiro Frāciſco Leono patricio Veneto quondam Simonis Filio. S. D.* In fronte demum primæ paginæ ultimi folii. *Hoc Diodori Siculi Hiſtorici nobiliſſimi opus una cum Cornelio Tacito de Germano & moribus ac uita: ab eruditis uiris caſtigatū. Impreſſū fuit per Thomam Alexandrinum huius artis peritiſſimum Venetiis Regnante Joanne Mocenigo duce feliciſſimo. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo: die uigeſima quinta Nouembris.* Accedit *Regiſtrum* Chartarum.

XLVI. Johannis Boccatii de Certaldo Genealogiæ Deorum gentilium ad Vgonem Hieroſolymæ & Cypri Regem Libri quindecim. Accedunt ejusdem auctoris commentationes de montibus, ſylvis, fontibus, lacubus, fluminibus, ſtagnis & nominibus maris. Regii per Laurentium, & Bartholomæum Bottoni 1481. in Fol.

Operi præmiſſa ſunt breviſſima ſingulorum ordine librorum, & capitum argumenta, foliis decem comprehenſa. Folio vndecimo auctoris prœmium incipit, rotundo, quo ipſum opus, charactere, & præſtanti chartæ impreſſum. Signaturas typographus adjecit: cuſtodes vero, numeri foliorum, paginarum inſcriptiones, & plerumque initiales literæ deſunt. Ad calcem averſæ paginæ folii ſexti ternionis aa. *Genealogiæ deorū gentiliū ſm Joannē boccaciū de certaldo: ad illuſtrem principem Vgonē Hieruſalē & Cypri regem liber q̄ntuſ decimus & ultimus explicit. Deo Gratias.* In averſa pagina ſequentis folii index alphabeticus rubricarum, ſeu materiarum præcipuarum, cujus auctor ad calcem præfationis, indici huic præfixæ, *dominicus d' aretio grammaticæ atque rhetoricæ doctor atq; profeſſor* ſe ipſum manifeſtat. Hic index

dex foliis impreſſis, & ſignatis aa. bb. cc. dd. & ee. triginta ſeptem continetur. In averſa pagina folii trigeſimi ſeptimi poſt *Verſus Dominici Silueſtri de Florentia ſuper quindecim libris Genealogicarum.* Sequens epigramma legitur ejusdem auctoris:

*Dum tua boccaci propriis Laurentius auget*
*Sūptibus: & reddit nomina clara magis,*
*Hoc opus ære notans: tūc ſtirps bottona uirētē*
*Et quē ſlet Regium: mors inopina rapit.*
*Poſt lachrymas tandē frater uirtutis amore*
*Tam pulchꝛ exegit Bartholomeus opus.*
*IMpreſſum Regii Anno Salutis. M. CCCC.*
*LXXXI. pridie Nonas Octobris.*

Orlandi in *Origine e progreſſi della Stampa* pag. 193. editionem hanc male Proſpero Odoardo, & Alberto Mazali tribuit; & Clement in *Bibliotheque Curieuſe &c.* Tom. IV. pag. 328. pro *Bottona* male etiam poſuit *Vottona.* Commentationes de montibus, ſylvis &c. eodem charactere, eidemque chartæ impreſſæ ſunt. Quare dubium non eſt, quin ex eadem typographia, eodemque anno prodierint, licet nihil in fine ſubſcriptum habeant. Continentur foliis impreſſis 58. quæ ſignata ſunt ſt. ct. A. B. C. D. Operis hujus editiones, complures, præter hanc noſtram, & hac quidem tum antiquiores, tum recentiores recenſet Clement loc. cit. pag. 325. ſeqq. Noſtra, quod typorum, chartæque elegantiam ſpectat, vix cuiquam cedit. Quare ejus exemplaria magno pretio ſunt empta ab amatoribus. Conf. Clement loc. cit. pag. 328.

Ad pag. 137.

## XLII. Cini de Piſtorio Pars ſecunda Lecturæ in Codicem. Papiæ per Franciſcum Girardengum. 1483. in Fol.

Primam partem hujus lecturæ ab eodem typographo hoc anno impreſſam Recenſui Faſc. II. pag. 137. N. LXII. Partem ſecundam nunc primum detexi. Atque hæc quidem in fronte primæ columnæ hanc inſcriptionem habet: *De ſuis fugitiuis Remota ↄtinuatione Placentini ↄtinua ſm Azoneʒ in gl. Sequitur lex Prima Libri Sexti.* Impreſſa eſt firmiſſimæ chartæ in duabus columnis charactere gothico. Signaturas ab aa - ʒʒ. nec non 11. 22. 44. ꝶ q. & initiales literas parvas typographus ipſe adjecit: cuſtodes vero, foliorum numeri, & paginarum inſcriptiones deſunt. In columna quarta folii noni quinternionis q. opus terminatur. In eadem vero columna auctoris ad lectorem epilogus legitur, qui incipit: *Hic eſt finis nō ſolū hui⁹ l. ſʒ ↄ toti⁹ opis lecture hui⁹ libri. q ego Cinus dꝰ ſigiſbuldi de Piſtorio poſteris forte illi⁹ ſigiſbuldi conſular uiri. de quo habetur mētio. ↄ. ut nemo ad ſuuʒ pa. l. una. li. xi. faciem tuʒ auxilio dei aſſumpſi.* Diſcimus ex eodem epilogo, opus hoc ab aucto-

auctore completum fuiſſe *Anno. M. ccc. xiiij.* (1314.) *die .xi. menſis Junii.* Subiecta eſt in eadem columna ſequens ſubſcriptio: *Impreſſum Papie per Franciſcū girardēgū. M. cccc. lxxxiij. Nonis octobris.* Prima ſequentis folii pagina Regiſtrum chartarum exhibet.

Ad pag. 161, & 162. CXXXVII. Opuſculum hoc Trithemius in Catalog. Illuſtrium German. Scriptorum Jacobo Wimphelingio tribuit. Fuit ſæpius typis excuſum. Duæ editiones, quarum altera Argentinenſis, altera Baſileenſis videtur, indicantur in *Amœnitatibus Literar. Friburg.* Faſc. II. pag. 178. Ibidem pag. 183. ſeqq. totum opuſculum denuo impreſſum exhibetur. Exſtat etiam tertia editio Delphis apud Batavos adornata, cujus ibidem, & jam ante a Joh. Chriſt. Gœtzio in Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth zu Dreßden II. B. pag. 365. ſeqq. communicata eſt notitia. Poſteriorem hanc editionem a noſtra diverſam eſſe, utpote ſex tantum foliis conſtantem, certum eſt. An vero noſtra editio cum una ex præcedentibus eadem ſit, adfirmare non poſſum, cum illæ quidem in *Amœnitat. Libr. Friburg.* minus adcurate fuerint deſcriptæ.

## ANNO 1484.

**I. Egidii Liber metricus de Pulſibus cum commentario Gentilis Fulginatis. Paduæ per Matthæum Cerdonis anno 1484. in 4.**

Opuſculo præfixa eſt Venantii Mutii de Camerino Epiſtola ad Alexandrum de Bartholaciis de monte Ulmi, in qua tum hoc, tum alterum Egidii opus metricum, ſc. de Urinis, recenſitum ad annum 1483. N. XXXVI. a ſe correctum fuiſſe teſtatur. Habent ambo hæc opuſcula, utpote ab eodem typographo excuſa, eandem etiam externam formam, ſuntque iisdem litteris, eidem chartæ impreſſa. In fine præſentis typographus ſequentia adnotavit: *Hic finis imponit̃ tractatulo pulſuū Magiſtri Egidii cū cōmento Gentilis de Fulgineo, qui impreſſus fuit Padue per magiſtꝝ Mattheū cerdonis de Uuindiſchgretȝ die Januarii Anno domini* 1484.

**II. *Incipit anothomia* (ſic) *Mundini.* Sic legitur in fronte opuſculi quod eodem anno iisdem typis, eidemque chartæ, & ab eodem typographo impreſſum eſt, a quo immediate præcedens. in 4.**

Externa forma eſt prorſus eadem cum immediate præcedenti. In fine hæc habentur ſubſcripta: *Hic modus imponit anothomie* (ſic) *Mundini: que*

nō

*nõ paucis in locis emendata fuit per excellentiſſimũ artis ꝛ medicine doctorem magiſtrum Hieronymũ de Maſeis de Uerona ïpreſſaq3 ꝑ magiſtrũ Mattheũ cerdonis de Uuindiſchgretʒ Padue: Anno dñi* 1484.

III. *Liber Quadripartiti Ptolomei id ẽ quattuor tractatuũ: in radicanti diſcretione ꝑ ſtellas d' futuris et ĩ hoc mundo cõſtructiõis et deſtructiõis cõntigẽtib⁹ cuius in ṗmo tractatu ſũt. 24. capl'a. incipit.* Hæc rubro impreſſa colore leguntur in fronte primæ columnæ, primæ itidem paginæ folii ſecundi. Primi enim folii averſam paginam occupat *Figura celi generalis magiſterii aſtrologie.* Impreſſit Venetiis Erhardus Ratdolt anno 1484. in 4.

Paginæ ſingulæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Characteres ſunt gothici perelegantes, & charta eſt præſtantiſſima. Paginas typographus ſignavit, idemque litteras initiales magnas florentes adjecit. Deſunt vero cuſtodes numeri & inſcriptiones paginarum. In fine hæc leguntur impreſſa: *Liber Ptholomei quattuor tractatuum: cum centiloquio eiuſdem Phtolomei: & cõmento Haly: feliciter finit. Impreſſum in Uenetiis per Erhardum ratdolt de Auguſta. Die 15. menſis Januarii.* 1484.

IV. S. Auguſtini Opuſcula partim genuina partim ſuppoſititia varia, 1) Meditationes. 2) Soliloquia. 3) Manuale. 4) Enchiridion. 5) De triplici habitaculo. 6) Scala Paradiſi. 7) De duodecim abuſivis Sæculi. 8) De beata vita. 9) De Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis. 19) De divinatione dæmonum. 11) De honeſtate mulierum. 12) De cura agenda pro mortuis. 13) De vera & falſa pœnitentia. 14) De contritione cordis. 15) De contemptu mundi. 16) De convenientia decem præceptorum, & decem plagarum Ægypti. 17) De cognitione veræ vitæ. 18) Libri XIII. confeſſionum. 19) Libri quatuor de doctrina Chriſtiana. 20) Liber de fide ad Petrum. 21) Sermones duo de vita Clericorum. 22) Liber de vera Religione. 23) Euſebii Corradi Canonici Regularis Lateranenſis Epiſtola ad Sixtum IV. R. P. de aufferendo ab Eccleſia errore ſcribentium, S. Auguſtinum fuiſſe Eremitam. 24) Regula S. Auguſtini. 25) Vita S. Auguſtini ſcripta a S. Poſſidio Epiſcopo Calamenſi.

26) Euſebii Corradi Mediolan. Can. Reg. Later. ad Sixtum IV. & Cardinales Annotatio, ſeu potius tractatus brevis de errore ſcribentium, S. Auguſtinum fuiſſe Eremitam. 27) Liber S. Auguſtini de anima. Venetiis per Andream de Bonetis de Papia anno 1484. in 4.

Omnia hæc opuſcula eodem Charactere, gothico nimirum minuto, in duabus columnis impreſſa ſunt nitidæ, at firmæ tamen chartæ. Opuſcula viginti duo priora paginarum, ſeu foliorum habent inſcriptiones, non item ſequentia. Deſunt ubivis initiales litteræ, cuſtodes, & numeri paginarum: eædem vero ſignatæ ſunt. In fine hæc ſubſcripta leguntur: *Explicit liber ſancti Auguſtini de vera religione: & de clericoꝝ vita ſcti Auguſtini. necnō cuiuſdam digniſſimi tractatus de ſpiritu & anima. Que omnia in iſto libro continentur: ꝛ cum ſuma diligentia per M. Andream de bonetis de papia venetiis impreſſa fuerunt. Inclito principe Johāne mocenigo venetiarum duce. M. cccc. lxxxiiij. die xxiij. Menſis Julii.* Hujus editionis jam meminerunt Orlandi & Maittaire. Neuter vero opuſcula ſingula hoc volumine contenta exacte recenſuit.

V. Dini Commentarius ſuper Regulis Juris in ſexto. Venetiis per Andream Papienſem anno 1484. in Fol.

In fronte primæ columnæ primæ itidem paginæ *Incipit lectura domini Dini ſup ti. de regulis iuris li. vi.* Porro hæc lectura gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſa eſt. Paginas typographus ſignavit, idemque litteras initiales parvas adjecit. Deſunt cuſtodes, numeri & inſcriptiones paginarum. In fine hæc leguntur impreſſa: *Impreſſum venetiis per Andream papien. Anno ſalutis M. cccc. lxxxiiij. die x. Junii. ſub inclito principe Joanne Mocenigo.* Tum ſequitur commendatio præſentis operis & auctoris, cui quidem ab encomiaſte anonymo primus datur locus *inter omnes iuris pōtificii atqꝫ ceſarei* interpretes.

VI. Operum Joh. Gerſon volumen quartum. Coloniæ anno 1484. per Joh. Kœlhoff. in Fol. min.

Recenſui hoc volumen cum tribus præcedentibus ad annum 1483. N. XIV, quo hæc quidem ex eadem typographia prodierunt.

VII.

VII. Joh. Capreoli, Ord. Præd. Commentaria in Librum IV. ſententiarum. Venetiis per Octavianum Scotum anno 1484. in Fol.

Jam recenſui hunc librum ad annum 1483. N. XXI. cum tribus præcedentibus ejusdem auctoris voluminibus.

VIII. Statuta Synodalia, & Provincialia Euſtettenſis Dioceſis juſſu Wilhelmi Epiſcopi impreſſa Euſtadii per Matthiam Walcker de Reutlingen anno 1484. in 4.

In prima primi folii pagina Wilhelmi Epiſcopi ad typographum Epiſtola legitur, ſcripta an. 1484. die 20. Martii, quacum exemplar manuſcriptum typis accurate imprimendum, & poſthac remittendum transmiſit. Huic epiſtolæ ſubjecta ſunt Epiſcopi & Capituli inſignia. In averſa pagina ejusdem folii primi typographi ad Epiſcopum ſupplex legitur epiſtola, in qua codicem ſtatutorum manuſcriptum typis imprimendum ſibi commodari petit. Scripta eſt hæc epiſtola Euſtadii anno 1484. die 15. Martii. Atque ex geminis hisce ſubſcriptionibus Epiſtolarum colligo, librum hunc anno eodem Euſtadii eſſe typis impreſſum. Folio ſecundo non niſi Regiſtrum, ſeu index ſtatutorum continetur. Folia inde a folio III. numeris romanis notata ſunt in margine ſuperiori, & in inferiori ſignata. Initiales litteras parvas, interdum magnas florentes, typographus adjecit. Cuſtodes vero deſunt. Conſtat hæc ſtatutorum collectio foliis numeratis LXXXVII. His accedunt 1) Inſignia Epiſcopi, & Capituli, ſingulari folio inſculpta. 2) Inſtructio & formula abſolutionis ab excommunicatione, ſed hæc quidem eſt aliis typis impreſſa, & reperitur in duobus, quæ apud nos exſtant, horum ſtatutorum exemplaribus. 3) Tabula alphabetica materiarum, quæ in hisce ſtatutis frequentius occurrunt, foliis octo impreſſis comprehenſa.

IX. Speculum animæ Peccatricis Theodiſce. Ulmæ impreſſum anno 1484. per Conradum Dinkmut in 4.

In averſa primi folii pagina incipit die Vorred, quam excipit index capitulorum, terminatus in averſa pagina folii ſecundi. Folio tertio incipit das erſt Capitel. Paginas typographus ſignavit, idemque in ſuperiori margine capitula deſignavit, e. g. das erſt Capitel. Litteræ initiales capitulorum, & cuſtodes deſunt. Typi germanici ſunt ſatis luculenti. In fine ſequentia typographus adnotavit. Hie endet ſich das köſtlich büchlein. Genant ain gaiſtlicher ſpiegell der armen ſündigen ſele. Begriffen mit ſibē

Capitel auff yeglichen Tag d' wochen aines zů leſen vnd betrachten. Ge⸗druckt von Cůnrad Dinckmůt zů Vlm. Anno. M. cccc. lxxxiiij. an dem fünften Tag des Mayens.

X. Speculum Saxonicum. Der Sachſenſpiegl. Theodiſce. Auguſt. Vindel. typis Annæ Rügerin 1484. in Fol.

Editionem celebratiſſimi hujus operis præſenti editione anteriorem, in eadem typographia anno 1482. excuſam laudavit Seb. Jacobus Jungendres in *Diſquiſitione in notas characteriſticas librorum Sec. XV. impreſſorum &c.* Sect. 2. pag. 42. Verum hæc editio merito in dubium vocatur. Conf. Veith *Diatribe de origine & incrementis artis typographicæ in urbe Auguſta Vindelica* §. XI. Hrn. Zapfs hiſtoriſche Einleitung in ſeine Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. XXIX. & Gemeiners Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadt⸗bibliotheck befindlichen Büchern &c. pag. 122. Nec ſane probabile videtur duas ejusdem operis ſatis ampli, editiones in eadem Typographia biennii ſpa⸗tio adornatas fuiſſe. Quod præſentem attinet editionem, ea quidem litteris germanicis, admodum pinguibus, & luculentis impreſſa eſt. Habet litteras initiales magnas florentes, & paginarum inſcriptiones ac numeros, e. g. Der lxvij. Articfel des erſten bůchs das lxxij. blat. Caret vero ſignaturis & cuſtodibus. Opus ipſum in tres libros diviſum eſt. Libris ſingulis præ⸗miſſus eſt index articulorum. Horum vero indicum paginæ non ſunt nume⸗ratæ. Paginæ vero, ſeu folia potius librorum ſingulorum ſeorſim ſunt nume⸗rata. Præfatio primi libri ita incipit: Nun vernempt (non vernement, ut habet Cl. Gemeiner loc. cit. pag. 121.) vmb den herrn gepurt. In fine vero tertii libri leguntur ſequentia: Hie endet ſich der ſachſenſpiegel. den der er⸗wirdig in got vater vnd herr theodoricus von bokerßdorf biſchof zů neun⸗burg gecorrigiert hat. Poſt hæc a pagina ſeu folio cxxij. usque ad folium, non numeratum cliij. legitur proceſſus quidam judiciarius cui præfixa eſt præfatio, quæ incipit: CAutela bin ich genant &c. Accedit demum jus Saxonicum antiquum, latine cum additionibus ſeu gloſſis e regione textus ponendis, vernacula lingua expreſſis. In fine harum additionum demum legi⸗tur: Hye endet ſich der ſachſenſpiegel mitt ordnung des rechten den der erwirdig in got vater vnd herr Theodoricus von bockßdorf biſchof zů neünburg ſäliger gecorrigiert hat. Gedruckt vñ volendt von Anna Rü⸗gerin in der keyſerlichen ſtat Augſpurg am aftermontag nächſt vor Jo⸗hannis. do man zalt nach Criſti gepurt. M. CCCC. lxxxiiij. jar. Præter iſtud nullum hactenus certum exſtat monumentum typographicum Annæ Ru⸗geriæ. Hinc certe rarioribus eſt libris accenſendum. Fuſius de hac editione agit Cl. Panzer in Annalen der ältern deutſchen Literatur pag. 148 & 149.

XI.

**XI.** Biblia latina vulgata cum verſibus in fine *Fontibus ex græcis* &c. & hebraicorum nominum interpretatione. Venetiis per Joh. Herbort de Seligenſtat anno 1484 in 4.

De tribus Bibliorum editionibus, quæ verſus in fine adjectos habent: *Fontibus ex græcis* &c. Conf. dicta ad annum 1481. N. XVI. Quod præſentem attinet editionem, ea quidem in averſa primi folii pagina exhibet verſus memoriales: *Generat. Exodus* &c. recitatos ad ann. 1481. N. XVI. Folio 2do S. Hieronymi Epiſtola ad Paulinum incipit gothico Charactere minuto in duabus columnis ſubtili & nitidæ chartæ impreſſa. Habet hæc editio foliorum inſcriptiones, e. g. *Exodus*, ſignaturas, & initiales litteras parvas. Caret vero cuſtodibus, & numeris paginarum. In fine Apocalypſeos poſt verſus: *Fontibus ex grecis* &c. leguntur ſequentia: *Exactū eſt inclyta in vrbe venetiarū ſacroſanctū biblie volumen integerrimis expolitusq3* (ſic) *litterarū caracteribus. Magiſtri Johannis dicti magni: Herbort de ſelgenſtat alemani: qui ſalua oium pace auſum* (ſic) *illud affirmare: ceteros facile omnes hac tempeſtate ſupereminet. Olympiadibus dominicis. Anno xpo. M. CCCCLXXXIIII. pridie kalendas Maij.* Accedit regiſtrum chartarum, & interpretationes nominum hebraicorum, in tribus columnis impreſſæ. Adfirmat Cl. Maſchius in Biblioth. ſacra, editionem hanc adeo preſſe veſtigia ſequi editionis ab eodem typographo anno 1483. curatæ, ut & in epilogo errata ejusdem (ſc. *expolitus*, & *auſum*) exacte ſervata ſint.

**XII.** Johannis Friburgenſis Summa. Theodiſce. Per Conradum Dinkmut Ulmæ impreſſa an. 1484. in Fol. min.

Præmiſſus eſt index materiarum alphabeticus tredecim foliis comprehenſus. Inde a folio 14, ubi incipit auctoris Prologus, folia ſingula ſunt numerata, e. g. Das j. blat. Initiales litteras magnas, easque ſculptas & florentes typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, paginarum inſcriptiones, & ſignaturæ. Charta firma eſt, ſed minus alba & polita. Litteræ germanicæ ſunt, juſtæ magnitudinis, pinguiores non nihil, & ſatis elegantes. In averſa folii clxxxv, ejusque ultimi pagina ſequens legitur notitia: Hie endet ſich Summa Johannis die gezogen iſt auß dem heiligen Decretbůch. vñ von latein in teútſch gemacht durch ein hochgelerten man průder Berthod prediger ordens. vñ die hat getruckt vñ volendet Cůnrad Dinckmůt zů Vlm am freitag nach ſant Martinßtag. Anno M. cccc. lxxxiiij. Subſcriptionem hanc Theodiſcam excipit latina: Explicit Summa &c. Ad ann. 1472. N. IX. & ad ann. 1478. N. XIII. operis ejusdem editiones alias recenſui. De præſenti vero editione omnes ſilent Bibliographi, præter Cl. Gemeiner Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliotheck befindli-

 chen

chen Büchern &c. pag. 129. & poſt eum Cl. Panzer in Annalen der ältern deutſchen Literatur &c. pag. 145.

## XIII. Die 24 guldenen Harpfen. Auguſtæ Vindel per Anton. Sorg 1484. in Fol. min.

Operis hujus editionem forte omnium primam ad annum 1472. N. X. recenſui, ubi etiam non nulla de auctore & operis oeconomia adnotavi. Præſentis editionis primum folium vacuum eſt. Secundi vero folii prima pagina figuram exhibet ligno inciſam, quæ Deum Patrem cum viginti quatuor ſenioribus apocalypticis repræſentat. In averſa folii ejusdem pagina incipit Das Regiſter der vier und zweinzig guldin harpffen. In averſa pagina folii tertii legitur latina operis commendatio. quam, ut typographus in eadem pagina adnotavit, Der wirdig herr Meiſter hanns pfarrer zů ſant Maricien zů Augſpurg fecit. A folio 4to usque ad finem numeri incipiunt foliorum, ita ut folio quarto inſcripta hæc ſint: Das .iiij. blat, & ſic deinceps. Litteræ ſunt ſatis luculentæ & pingues: Charta nec firma admodum; nec alba & munda eſt. Initiales litteras magnas florentes ligno inciſas, typographus adjecit. Cuſtodes, ſignaturæ, & paginarum inſcriptiones deſunt. Circa finem primæ folii CXLIX, ejusque ultimi paginæ charactere majuſculo hæc leguntur impreſſa: Hie endet ſich das löblich und nützlich büch die vier und zweinczig guldin harpffen getrucket vnnd vollendet in der keiſerlichen ſtat Augſpurg von Anthonio Sorg. am nächſten montag nach vnſers herrn fronleichnams tag. Do man zalt nach Criſti geburt M CCCC. vnd in dem.lxxxiiii. Jare. Cl. Zapfius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte operis hujus notitiam ex Bibliotheca Schwarziana P. II. pag. 196. & Solgeriana Tom. I. pag. 34. tantum habuit. Eam vero adcurate deſcripſit Cl. Panzer in Annalen &c. pag. 135 & 136.

## XIV. Liber ſtatutorum Norimbergenſium Theodiſce. Impreſſ. per Anton Koburger Norimbergæ 1484. in Fol.

Averſa primi folii pagina imagines, ligno inciſas, Sanctorum Laurentii & Sebaldi cum tribus imperialis civitatis inſigniis exhibet. Folio ſecundo incipit Regiſtrum ſeu index ſingulorum ordine ſtatutorum cum inſcriptione: In diſer nachuolgenden Tafel oder Regiſter. werdē begriffē. die Titel vnd vberſchrift. der geſetze. der newē Reformacion der Stat Nurēberg. Nach Criſt gepurt Tauſent vierhundert vnd in dē newn. vnd ſibenzigſtē Jare furgenomen. Patet ex his verbis anno 1479. leges iſtas primum adprobatas, non item jam impreſſas fuiſſe, ut non nulli, absque dubio ex ſiniſtra horum verborum interpretatione, olim ſenſerunt, fingentes editionem

legum

legum earundem jam anno 1479. curatam. Index porro foliis impreſſis viginti ſex abſolvitur. In averſa folii 27. pagina hæc leguntur: Diſʒ iſt die Reformacion der Statut vnd geſetze. die ein erber Rate der Stat Nuremberg. vmb gemeins nutzes. nothdurft. vnd vrſachen willen. Jn anfang vñ eingang derſelben. hiernach begriffen. fürgenomē hat. vnd nach dem ſölliche geſetz. nach rat vil hohgelerter Doctor. vnd den gemeinen geſchribeñ Rectñ. ſouil ſich das nach der Stat Nuremberg gelegenheyt herkomen vñ lewffte hat erleideu mügen. gemeß gemacht ſind. Hierumb vnd auf das dann ſöllich werck menigklichen mit dem mynſten koſten offenbar vnd kündig werde. So iſt in dem namen des Allmechtigen. durch einen erbern Rate zu Nuremberg verlaſſen. angeben vnd beuolhen. dieſelben Reformacion ze drucken. die dann ſöllichen beuelh nach. durch Anthonien Koberger mit fleiß gedruckt. vnd vollēdet worden iſt. an dē heiligen pfingſtabend. Nach der gepurt Criſti Tauſent vierhundert vnd Jn dem vier vndachtzigiſten Jare. Videtur ex his verbis colligendum, quod incunctanter adfirmat Cl. D. Profeſſor Will teſtis hac in re certe idoneus in *Bibliotheca Norica* Part. I. Sect. 2. pag. 3., primo omnium ſcilicet hoc anno leges iſtas, ſeu ſtatuta typorum formulis exſcripta fuiſſe. Præmiſſa fol. 28. brevi introductione opus ipſum incipit eleganti charactere paulo majori, chartæ nitidæ & ampliſſimis inſtructæ marginibus impreſſum. Initiales litteræ, cuſtodes, ſignaturæ, paginarum numeri deſunt. Paginæ hoc vel ſimili modo inſcriptæ ſunt: Das vierd geſetz. In fine nulla legitur ſubſcriptio, ſed opus terminatur formula Juramenti a Judæis in jus vocatis enunciandi. Operis hujus eandem editionem recenſet Cl. Gemeiner loc. cit. & poſt eum Cl. Zapf in Merkwürdigkeiten ſeiner Bibliotheck. 1. Band pag. 81. ſeqq. Panzer in Annalen &c. pag. 150. plura litteraria de hoc opere, & ejusdem præſenti editione adnotavit.

## XV. Simonis de Cremona Ord. Erem. S. Aug. Sæc. XIV. Poſtilla ſeu ſermones in Evangelia, & Epiſtolas Dominicales. Reutlingæ anno 1484. ſine mentione typographi. in Fol.

Opus iſtud in duo volumina typographus diviſit. Primum ſermones in Evangelia, alterum iu Epiſtolas complectitur. Primi voluminis primum folium hæc tantum verba, gothico charactere majuſculo impreſſa exhibet: *Poſtilla ſymonis de cremona ſuper euangeliis & epiſtolis omniū dnica4.* Folio ſecundo poſt auctoris dedicatoriam epiſtolam ad Antonium fratrem germanum ipſum opus incipit, impreſſum in duabus columnis gothico charactere pereleganti. Caret initialibus litteris ſermonum, cuſtodibus, paginarum numeris. Habet vero ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Sermo xviii.* In fine primi voluminis legitur *Sequuntur Epiſtole.* Sequitur tamen immediate index alphabeticus materiarum, cui ſubjuncta eſt inſtructio de ejusdem uſu,

&

& hæc tantum verba: *Finit feliciter.* Secundi voluminis folium primum impreſſa gothico charaſtere majuſculo verba exhibet: *Poſtilla ſymonis de cremona ſuper epiſtolis dominicalibus;* & nihil amplius. Secundi folii pagina prima legitur nova auſtoris ad eundem fratrem germanum epiſtola dedicatoria ſermonum in Epiſtolas dominicales, qui incipiunt in averſa ejusdem folii pagina, eandemque habent externam formam. In fine ultimi ſermonis typographus hanc adjecit notitiam: *Gratias igitur & merito agimus altiſſimo q° poſtillarum opus patris deuoti Symonis de Cremona ſuper euãgeliis omniũq3 dñicarum epiſtolis Ad laudem dei & cpſeſtum proximi hoc ſacro rogationum tempe in Reutlingen perfecimus Die uiceſima ſexta Maij. Anni Milleſimi quadringẽteſimi oſtuageſimi quarti* ꝛc. Accedit index alphabeticus materiarum, foliis 11. impreſſis comprehenſus. Meminerunt ejusdem editionis Weiſslinger in *Armament. Cathol.* pag. 306. & ante eum Maittaire ad ann. 1484. his tantum verbis: *Simon de Cremona Poſtilla.* Poſterior provocat ad Bibl. Norib. Sauberti.

## XVI. Summæ S. Thomæ Aq. Pars I. Venetiis per Antonium de Strata ann. 1484. in Fol.

Præmiſſus eſt index materiarum alphabeticus foliis 18. conſtans. Folio 19 *Incipit prima pars ſumme theologie edita a ſãſto Thoma de aquino angelico doſtore ordinis predicatorum,* impreſſa gothico charaſtere in duabus columnis præſtanti chartæ. Cuſtodes & inſcriptiones paginarum typographus adjecit. Initiales vero litteræ plerumque, cuſtodes & paginarum numeri ubivis deſunt. In fine operis ſubſcripta leguntur ſequentia: *Excellentiſſimi ſacre theologie doſtoris ſanſti Thome de aquino ordinis predicatoru3 prima pars hic finem habet feliciter: ſũma cum diligentia Uenetiis impreſſa per Antonium de ſtrata de Cremona: anno ab in carnatione.* 𝔐. *cccclxxxiiii. decimo idus Decembris: Johanne mocenigo inclyto venetorum duce regnante.* Accedit index quæſtionum, & articulorum cum regiſtro chartarum.

## XVII. Bernardi de Compoſtella Juris Conſulti Sæc. XIII. Caſus longi ſuper quinque libris Decretalium. Argentinæ ſine mentione typographi anno 1484 in Fol.

Operis ejusdem editionem Pariſinam ad annum 1475. N. XXV. recenſui. Præſentis editionis folium primum, ſeu prima potius ejusdem folii pagina hæc verba gothico charaſtere majuſculo impreſſa exhibet: *Caſus longi bernardi ſuper decretales.* In averſa autem pagina incipit tabula, ſeu index materiarum præcipuarum alphabeticus, qui terminatur in averſa pagina folii ſecundi. Folio tertio opus ipſum incipit gothico charaſtere in duabus columnis nitidæ chartæ impreſſum. Caret cuſtodibus, ſignaturis, paginarum numeris, & litteris initialibus titulorum. Habet vero paginarum inſcriptiones

nes. In fine typographus ſequentia adnotavit: *Expliciunt caſus* (hæc duo verba majuſculis litteris impreſſa ſunt) *longi cū notabilib' dñi Bernardi ſup qnq3 libroſ decretaliū Impreſſi argētine Anno dñi Mcccclxxxiiij.* Editionis iſtius meminerunt Maittaire ad h. a. & Weislinger in *Armament. Cath.* pag. 300.

## XVIII. Liber, dictus die Himmelsſtraſſe. Theodiſce. Aug. Vindel. per Anton. Sorg 1484. in Fol.

Auerſa primi folii pagina figuram exhibet ligno inciſam, quæ Deum Patrem a quatuor angelis adſtantibus adoratum, ſanctorumque aliorum corona circumdatum repræſentat. Folio ſecundo Hie hebt ſich an das bůch genannt die Hymmel ſtraß. Incipit vero immediate præfatio auctoris, qui ad finem operis fol. ccxiii. his verbis ſe manifeſtat: Vnnd für brůder ſteffans ſel hâil der die materi des bůchleins auß vil bůchern zeſamen gepracht hat. ſprech einē Pater noſter. oder ein Aue maria ꝛc. Quis vero fuerit iſte frater Stephanus, mihi quidem incompertum eſt. Opus vero iſtud compendiaria eſt inſtructio de præcipuis chriſtiani hominis obligationibus in uſus rudium ab auctore concinnata. Typi germanici ſunt maiores non nihil, & ſatis luculenti. Foliorum numeros in prima cujusvis pagina, e. g. Das .xxxvi. blat, & initiales litteras magnas, ligno inciſas, ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero, paginarum inſcriptiones & ſignaturæ deſunt. In prima folii ccxiii. pagina opus terminatur: Hie endet ſich das bůch genannt die himelſtraſſ. Accedit vero folio 214. Das Regiſter über die himelſtraſſe; quod terminatur in prima pagina folii 219. hac ſubſcriptione: Hie endet ſich das löblich bůch genannt die himelſtraſſe gedruckt vnd vollendet in dē keyſerlichen ſtatt Augſpurg von Anthonio ſorg. an ſāt Johanns abent des tauffers. Do man zalt nach Criſti gepurt M. cccc. vnd im lxxxiiii. iare.

## XIX. *Johannis Tortellii Arretini Commentariorum Grammaticorum De Orthographia Dictionum E Græcis Tractarum Procemium Incipit Ad Sanctiſſimum Patrem Nicolaum Quintum Pontificem Maximum.* Venetiis per Hermannum Lichtenſtein. anno 1484. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte voluminis, ſeu Procemii in opus ipſum, quod romano charactere pereleganti nitidiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Deſunt cuſtodes numeri, & inſcriptiones paginarum, nec non etiam litteræ initiales tam in prolegomenis operis, quam in ipſo lexico earum nempe vocum, quæ primæ ſunt cujusvis litteræ Alphabeti. Signaturas

typo-

typographus adjecit. In fine idem ſequentia adnotavit: *Johannis Tortellii Arretini Cōmentarioꝝ de Orthographia dictionū e græcis tractaꝝ opus per Hermanū Lichtenſtein colonienſem: Venetiis pridie idus Nouembres accuratiſſime impreſſum: Anno ſalutis. M. CCCC. LXXXIIII.* Accedit Hieronymi Bonini ad Conſtantinum Robeganum Notarium Traviſinum Epiſtola, in qua multa habet in laudem Tortellii, cujus etiam opus præſens ipſe typis committendum curavit. Subjunctum eſt carmen ejusdem Hieronymi in primi typographi commendationem. Meminit hujus editionis etiam Maittaire ad h. a. Editionem vero operis ejusdem antiquiorem ad annum 1480. N. XV. recenſui, ubi etiam de opere & auctore ſcitu neceſſaria prælibavi.

XX. Johannis Meſua Medici Damaſceni Sæc. XII. opera omnia cum variorum additionibus. Venetiis ſumptibus Dionyſii de Bertochis an. 1484.

Folium primum deeſt. Folio ſecundo, præmiſſa auctoris præſatione, opus ipſum incipit gothico charactere admodum minuto in duabus columnis impreſſum ſine cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Initiales litteras parvas, & ſignaturas ipſe typographus adjecit. In fine hæc habes ſubſcripta: *Elaboratum opus: fauſtum ꝛ preclarū diui Joannis Meſue oia opa ɔtinēs. cū additionibus Petri apponi Medici probatiſſimi: Et Franciſci de pedemontium ac Nicolai cū Seruitore Emendata accuratiſſime per Eximium artium & medicine doctorem Magiſtrum Archangelum Senenſem. Impreſſū q̄deꝫ venetiis: Anno ſalut. M° CCCC° octuageſīo quarto. duodecio verò calēdas ianuarias. ſumptu ꝛ impenſa Dionyſii de bertochis de Bononia.* Accedit regiſtrum quaternionum. Auctoris ejusdem operum omnium primam merito hanc adpellavit editionem Cl. Gemeiner in Nachrichten von den in der Regensburger Stadtbibliotheck befindlichen Büchern &c. pag. 131. ubi plures etiam citat ſingularium quorundam tractatuum editiones antiquiores, uti etiam recentiores operum omnium.

XXI. Jacobi Januenſis, vulgo de voragine, Sermones de Sanctis — ejusdem Sermones de Dominicis per annum anno 1484. ſine mentione loci & typographi in Fol.

De auctore horum ſermonum ſcitu neceſſaria prælibavi ad annum 1478. N. VI. ubi ejus legenda ſanctorum recenſui. Sermonibus de ſanctis præmiſſum eſt regiſtrum alphabeticum materiarum, gothico charactere in duabus columnis, ut ipſi ſermones, chartæ firmæ, ſed minus albæ impreſſum, quod incipit in averſa primi folii pagina, & terminatur in averſa pagina folii quarti. Folio quinto *Sacri eloquii preconis perlepidi doctoris eximii Jacobi de Uoragine ordis predicatorū opus ſermonum de ſanctis per anni circulum ſeliciter*

*liciter incipit.* Deſunt cuſtodes, ſed literas initiales parvas, ac ſignaturas typographus adjecit, idemque folia numeravit, ita, ut eundem numerum in ſuperiori margine cujusvis paginæ poſuerit, e. g. *Folium xxx.* In averſa folii cxxv, ejusque ultimi pagina hæc verba leguntur: *Collegit ingenio opus ſermonum de ſanctis alphabetico ordine regiſtratum ex alto altiſſimus frater Jacob⁹ de Voragine ordinis predicatorum ſacre theologie profeſſor eximius: multis ex ſacre theoß floribus z vti apis: ſagaciſſima in alueolum ſuccos congeſſit. Q'd quidem infinita dei clementia arte impreſſoria effigiatum atq3 conſūmatu3 eſt fel iciter* (ſic) *Anno ſalutis* .1484. *tercio nonas nouēbris.* Eorūdem ſermonum editionem Auguſtanam Hermanni Keſtlin eodem anno, ſed *x die menſis Aprilis* finitam excitarunt *Weiſlinger* in *Armamentar. Cathol.* pag. 304 & 305. Auctor Catalogi librorum in Bibliotheca Novacellenſi Cann. Regg. deliteſcentium (*Raritas Librorum* &c.) pag. 39. & Cl. *Zapfius* in Augsburgs Buchdruckrrgeſchichte &c. pag. 74. Apud *Maittaire* ad h. a. occurrit eorundem editio anni ejusdem *xix. Kal. Auguſti* excuſa & quidem, ut videtur, Lovanii per Johannem de Weſtfalia, qui eodem anno ſermones de tempore, ſeu dominicis per annum impreſſit. Quod præſentem attinet auctoris noſtri ſermonum de dominicis editionem, habet ea præfixum indicem materiarum alphabeticum, foliis octo conſtantem. Folio nono *ordinis predicatorū fratris Jacobi de voragine ſermones dominicales per anni circulum predicabiles alphabetico ordīe magiſtraliter regiſtrati: ſicut clare patet inſpicienti feliciter incipit.* Exterior forma eadem eſt cum ſermonibus de Sanctis, niſi quod deſint ſignaturæ. Circa finem columnæ ſecundæ folii clxxxi. *Jacobi de voragine opuſculū in ſermones dn̄icales cōpoſitum finit feliciter. Anno dn̄i* .1484. *pridie kalendas Auguſti die vero ſaturni.* Silent de hac editione Bibliographi omnes, qui mihi ad manus ſunt.

## XXII. Jacobi de Theramo liber, Conſolatio peccatorum, vel etiam Belial adpellatus. Sine ment. loc. & typographi anno 1484. in Fol.

De opere & auctore quædam adnotavi ad ann. 1472. N. VII. ubi editionem ejusdem Auguſtanam recenſui. Præſens hæc editio gothico charactere in duabus columnis rudi chartæ impreſſa eſt. Caret cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Signaturas, & plerumque etiam litteras initiales parvas typographus adjecit. Folium primum vacuum eſt. In prima vero folii ſecundi columna *Reuerendi patris domini Jacobi de Theramo Compendium p̄breue conſolatio peccatorum nuncupatū. Et apud non nullos Belial vocitatū ad papā Vrbanum ſextum conſcriptum. Incipit feliciter.* In fine hæc tantum leguntur: *Explicit liber Belial nūncupat⁹ al's peccato4 conſolatio. Anno dn̄i M°. cccclxxxiiii.* Recenſetur eadem editio a Weislingero in Armamentario Catholico ad h. a.

## XXIII. Inſtructio, & formulæ conſcribendi Epiſtolas. Theodiſce. Aug. Vind. 1484. per Anton. Sorg. in Fol. min.

In averſa primi folii pagina incipit operis regiſtrum, quod terminatur in averſa quinti folii pagina. Folio ſexto incipit **Rethorica**, ſeu inſtructio, per quæſtiones & reſponſiones ad conſcribendas epiſtolas, quæ terminatur in averſa pagina folii 23. Et hactenus quidem folia numeris carent: ſequentia vero numerata ſunt, e. g. folium ordine vigeſimum quartum: **Das .i. blat. Hienach merck von den geiſtlichen Tittlen vnd anders.** Sequuntur nimirum formularia titulorum: tum vero exordiorum, concluſionum &c. demum integrarum epiſtolarum exempla. In prima pagina folii ultimi, quod eſt a folio vigeſimo quarto, ſeu primo numerato centeſimum quadrageſimum ſecundum, non numeratum, hæc leguntur verba typis germanicis denſis admodum & luculentis impreſſa: **Hie endet ſich der formalari** (ſic) **darinn begriffen ſeind allerhād brief. Gedruckt vnd vollendet in der ſtat Augſpurg von Anthonio ſorg am Dornſtag** (ſic) **nach ſant Michelstag do man zalt nach der gepurt Criſti. M. CCCC. vnd In dem lXXXIIII. Jare.** Deſunt ubivis ſignaturæ & cuſtodes. Initiales vero litteras typographus adjecit. Characteres ſunt admodum pingues & luculenti: charta rudis & impolita eſt.

## XXIV. Angeli Arretini Commentaria in Inſtitutiones Juſtiniani Imp. Venetiis per Joh. Herbort & Bernardinum de Tridino an. 1484. in Fol. magn.

Opus præſens gothico charactere minuto in duabus columnis firmiſſimæ, albæ tamen & nitidæ chartæ impreſſum duas in partes ſeu volumina diviſum eſt. Caret cuſtodibus, & numeris paginarum. Habet vero ſignaturas, plerumque initiales litteras parvas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Quibus modis tollitur obligatio, De actionibus.* Ad calcem primæ partis typographus ſequentia adnotavit: *Famoſiſſimi ac excellētiſſimi legū doctoris dñi Angeli de aretio ſup Inſtit| pme pt| lectura finit. Impſſaq3 fuit venetiis impſis mgri Johannis herbort de Silgēſtat nec nō mgri bernardini de tridino ex mōte ferrato q huic operi tāquā ſocii curam ac ſumam diligentiā adhibuerūt Anno M. cccc.* lxxxiiij. Pars altera in prima primæ paginæ columna tituli loco hæc præfert verba: *Incipit liber de obligationibus que ex delicto naſcuntur.* Forma exterior eadem eſt cum parte prima. Ad calcem fuſior legitur ſubſcriptio, quæ præter encomia operis & auctoris in rem noſtram ſequentia continet: *Stāpatus nāq3 Uenetiis fuit ſuptibus mgri Johānis herbort de Silgenſtat. nec nō mgri Bernardini de Tridino ex mōteferrato: q huic opi tanq3 ſocii ſumma cū diligētia curā adhibuerūt. Anno. M. cccc.* lxxxiiij. Accedit tabula alphabetica materiarum, & regiſtrum charrarum, quæ foliis ſeptem impreſſis comprehenſa ſunt.

## XXV. Tractatus de Jure Emphiteutico Jaſone Mayno Juris Utr. Doctore, & Profeſſore Papienſi auctore. Papiæ per Julianum de Zerbo ann. 1484. in Fol. magn.

Præmiſſus eſt auctoris prologus, ex quo diſcimus, opus iſtud anno 1475. fuiſſe concinnatum. In averſa primi folii impreſſi pagina opus ipſum incipit, gothico charactere paulo majori & ſatis luculento in duabus columnis impreſſum chartæ firmiſſimæ ſed minus albæ. Inde a columna III. folii primi columnæ ſingulæ numeratæ ſunt, & quidem numeris romanis I. II. &c. Præter columnarum numeros litteras quoque initiales parvas, & ſignaturas typographus adjecit. In columna CCXLI. tractatus terminatur hac epigraphe: *Emendata p manū mei Jaſonis de maino iuris utriuſq3 doctoris cū multis additionib9 fine correctionis ipoſito die .ii. Octuber.* (ſic) *M. cccclxxvi. hora .ii. noctis.* In columna 242, quæ non numerata, leguntur verſus in laudem auctoris, quorum duos poſtremos recitabo:

*Lector emas moneo q̄ clar9 ſcripſit Iaſon:*
*Nam tibi Iaſonii uelleris inſtar erunt.*

Accedit demum tabula, ſeu index quæſtionum in hoc opere reſolutarum, qui terminatur in prima folii decimi pagina hac ſubſcriptione adjecta: *Impreſſum Papie per Julianum de ʒerbo papienſem: ultima diligētique reuiſione caſtigationeq3 prehabitis: Anno a natiuitate dñi noſtri yh'u xp̄i* .1484. 14. *kallas. Martias regnāte Illu: diuo Jo. Galeaʒ maria ſforcia Uicecomite Inſubriū duce ſexto inuictiſſimo. Papie maiore magiſtratu: cōmiſſarioq3 Ducali* ꝛ *ꝯſiliario magnifico uiro. J. v. doctore dño Gulielmo malayn Burgundo rectore magnifico: Ad gloriā ſūmi: optimi: eterniq3 dei: glorioſiſſime uirginis intemerate matris Marie ꝛc. Que optimi opis diuini ingeni auctorē prenominatum: uirum dominum Jaſonem Maynum. J. v. doctorem Illuſtrem: Impreſſioniſq3 auctores* ꝛ *opifices: tutari dignetur: et emptores.* In averſa folii ejuſdem pagina exſtat Regiſtrum chartarum.

## XXVI. *Illuſtris medici Jacobi ſorliuienſis ī afforiſmos ypo. egregia expoſitio cū q̄onibus feliciter incipiunt.* Papiæ per Anton. de Carcano. 1484. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ primi folii columnæ. Opus gothico charactere minuto minus pingui firmiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Deſunt initiales litteræ (excepta prima *u*) cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum: chartas vero typographus ſignavit. In fine idem ſequentia adjecit: *Jacobi ſorliuienſis Artium* ꝛ *medicine pſtantiſſimi* ꝛ *celeberimi doctoris Cōmentationes ī ypo. afforiſmos Correcte per Egregium Artium* ꝛ *medicine doctoreʒ dominum magiſtrum Franciſcuʒ de Bobio Feliciter expliciunt. Impreſſe p̄p̄* (Papiæ) *per pſtantem uirum* ꝛ *impſſorie artis exptiſſimum, M. Antonium de carchāo. Anno dñi* 1484. Accedit Regiſtrum chartarum.

**XXVII.** *Breviariū ꝑ dyöceſi eccleſie Auguſtenſs.* Hæc in fronte, ad calcem vero ſequentia leguntur: *Breuiarium ſcdm chorū Eccleſie Auguſtenſis. finit felicit̃* ☙ *Per Johānē bämler anno* ꝛc. *M. cccc. lxxxiiij.* in Fol.

Quamvis Breviarii nomine id opus typographus inſigniverit, hocque etiam nomine a Cl. Zapſio in Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 74. excitetur: non eſt tamen aliud, quam Directorium quod hodie adpellamus, univerſale recitandi ſecundum Auguſtanæ diæceſis conſuetudinem breviarii, typis germanicis oblongis, & pinguibus chartæ firmæ quidem, ſed minus albæ ac politæ impreſſum. Habet litteras initiales magnas ligno eleganter inciſas, easque florentes. Caret vero ſignaturis cuſtodibus, & numeris paginarum.

**XXVIII.** Faſciculus temporum. Venetiis per Erhardum Ratdolt ann. 1484. in Fol.

De opere & auctore ſcitu neceſſaria prælibavi ad annum 1480. N. XXVII. Præſentem quod attinet editionem: in averſa primi folii pagina *Nicolao Mocenigo Magnifici. D. Franciſci patricio veneto Erardhus ratdolt ſalutem.* In hac porro epiſtola dedicatoria typographus teſtatur, *ſe ſolum jam ter antehac* idem opus imprimendum curaſſe in partibus Italiæ, idemque nunc *cura & opera diligentiori imprimendum ſumpſiſſe.* Nullum igitur dubium eſt, quin editio operis ejusdem a Ratdoldo anno 1485 curata quinta ſit; qua de re dubius hæſit Cl. Zapſius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 168. Paginæ ſeptem ſequentes indicem continent alphabeticum materiarum. Nono demum folio opus ipſum incipit, gothico charactere paulo minutiori chartæ pereleganti impreſſum. Caret cuſtodibus & ſignaturis, habet vero foliorum numeros inde a folio nono in ſuperiori margine expreſſos, e. g. 1. 2. 3. &c. In fine hæc tantum leguntur gothicis litteris majoribus impreſſa: *Erhardus Ratdolt Auguſtenſis impreſſioni parauit. Anno ſalutis. M. cccc. lxxxiiii. V. Calen. Junii. Uenetiis Inclyto principe Johanne Mocenico.* (ſic) In averſa pagina folii ejusdem exhibetur arbor Genealogica progenitorum Chriſti ſecundum carnem, quæ etiam partem primæ ſequentis folii 66 paginæ occupat.

**XXIX.** Angeli Arretini Tractatus de Maleficiis cum Additionibus Auguſtini de Franciſchis. Venetiis per Andream de Papia 1484. in Fol.

Opus hoc in duabus columnis gothico charactere impreſſum eſt. Caret cuſtodibus, paginarum numeris, & inſcriptionibus. Habet vero ſignaturas.

Charta

Charta plane firmiſſima eſt. In fine typographus ſequentia adjecit: *Perutilis in practica cōi excellētiſſimi vtriuſq3 iuris doctoris dñi Angeli de aretio maleſio4 tractatus vna cū elegātiſſimis ſuplectionibus ſeu additiōibus dñi Auguſtini de Franciſchis dʼ arimino. felicitʼ explicit. Impreſſus venetiiſ. arte ac impenſa andree de papia. Anno dñi. Milleſimo. cccc. lxxxiiij. die quinto decimo menſis ſeptembris.* Accedit Regiſtrum chartarum.

## XXX. Miſſale Romanum, Pergameno impreſſum. Norimbergæ per Georgium Stuchs. 1484. in 4.

Præmiſſum eſt Kalendarium Eccleſiaſticum, ſex foliis impreſſis comprehenſum, & duobus foliis vacuis incluſum. Folio ſeptimo *Incipit ordo miſſalis ſm conſuetudinem romane curie Dñica pma de aduentu. Statio ad ſanctā3 mariam maiorem Ad miſſam introitus.* Tam hæc verba, quam Rubricæ aliæ: quæ vocantur, ſunt rubro colore impreſſa. Litteræ gothicæ ſunt, ſed luculentæ admodum, & elegantiſſimæ. Initiales majuſculas rubras typographus ipſe adjecit. In noſtro exemplari occurrunt quam plurimæ auro, variisque coloribus eleganter diſtinctæ. Cuſtodes, ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Pergamenum præſtantiſſimum, eſt, & ſingulæ paginæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Miſſale ipſum terminatur in prima folii 247 columna, hancque habet ſubſcriptionem rubro colore expreſſam: *Impreſſum eſt hoc miſſale Nurmberge per Georgium ſtuchs de ſultȝbach. Anno. M. cccc. lxxxiiij.* Averſa ejusdem folii pagina incipit *Regiſtrum* (ſc. Chartarum) *huius miſſalis*, ad cujus calcem in prima ſequentis folii pagina hæc tantum leguntur: *Deo gratias.* Conſtat igitur Miſſale hoc foliis impreſſis 248. His addenda ſunt folia ſex, Kalendarium Eccleſiaſticum complectentia. Excitarunt quidem hanc editionem poſt Rœderum Orlandi & Maittaire: videtur tamen rarius eſſe obvia. Addam pauca, ex quibus ab editionibus aliis hæc noſtra facilius diſtingui poteſt. Folio 106. incipit canon Miſſæ typis iisdem quibus cetera, impreſſus. Folio 141. *Incipit officium pprium ſctōrū.* idemque terminatur in averſa pagina, columna prima, linea 14. folii 200. Miſſa de Sanctiſſima Trinitate incipit folio 223. In columna quarta folii 245.

*Incipit ordo ad faciendam aquam benedictā.*

# ANNO 1485.

**I.** Statuta Collegii Hiſpanorum Bononienſis, ab Egidio Epiſcopo Sabinenſi, & R. E. Cardinale fundati, anno Pontificatus Gregorii XI. Septimo (poſt Ch. N. 1377) ejusdem ſummi Pontificis conſenſu reformata, & impreſſa Bononiæ 1485. in Fol.

In fronte voluminis rubro impreſſa colore leguntur ſequentia: *Incipiunt ſtatuta collegii condita ſeu ſcā per Reuerēdos in xpo patres & dños dñs Fernandum dei & appl'ice ſedis gr̄a arciepm ypſalen & petꝝ epm cōchen. ac dnūm alfon. archidiaconū tholetanū & poſtea reſorata & i pluribus ſuis locis mutata correcta ac emēdata q̃litate temporis & cōditiōe hōium q̄ cotidie innouant' expoſcentibus p ſupradictū reuerendū prem & dnūm P. epm conchen. marchie anchonitane ep ſcā rōana eccl'ia rectorem generalem auctoritate ſibi conceſſa a ſciſſimo in xpo p̄re & dño nro gregorio pp̄. xi. Eplā ſupra dicti dñi petri directa collegio qua inſinuat auctoritatē ſibi commiſſam & mandat oībus quos tangunt uel in futuꝝ tangere poterunt. hiis tamen* (ſic) *ſtatutis uti & non aliis.* Sequitur immediate Epiſtola Petri, cujus modo facta eſt mentio, eamque excipit Bulla Gregorii XI, qua indulget, ut nova ſtatuta condantur. Tum ſequitur eorum, quibus nova ſtatuta condendi provincia demandata fuit, decretum, quo eadem impoſterum obſervanda præſcribuntur. Tandem præmiſſo proemio ſtatuta ipſa incipiunt in prima folii ſecundi pagina paulo ante medium. Impreſſa ſunt rotundo charactere elegantiſſimo, qui tamen multas habet abbreviaturas. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes paginarum numeri, & earundem inſcriptiones. Paginæ vero ſignatæ ſunt. In averſa folii 26 pagina circa finem notitia ſequens legitur: *Impſſa fuerunt hec ſtatuta Bononie Anno. M. cccc: lxxxv. die xxviii. ianuarii Rectore dicti Collegii magnifico ac nobili uiro Dōino Jacobo molon medico Excellētiſſimo ex corignēma ceſaraguſtāē dioceſis oriūdo. Laus deo: ſemp.* Accedunt 1) Bulla Sixti IV. qua Controverſiæ non nullæ de qualitate, & Patria recipiendorum in dictum Collegium dirimuntur, data Romæ 1474. Kl. Octobris. 2) Statutum conditum an. 1462 de eo, quid Epiſcopo, vel ejus vicario pro viſitatione annua Collegii ſit tribuendum, ſtatuiturque duos ducatos eſſe a ſcolaribus tribuendos. 3) Index operis alphabeticus. Atque hæc omnia quatuor foliis ſunt comprehenſa.

**II.** *Noviciis Adoleſcentibus: Ad Aſtronomicam rempu. capeſſendā aditū ĩpetrātib⁹: p breui rectoqȝ tramite a uulgari ueſtigio ſemoto: Joannis de ſacro buſto ſpericum opuſculū Georgiiqȝ Purbachii ĩ mot⁹ planetarū accuratiſſt. Theorice Nec no contra Cremonenſia in eorundē planetarū theoricas deliramenta Johānis de mōte regio diſputatiōes tā accura-*

*curatiſſ: q̄ȝ utiliſſ. dicatū opus utili ſerie contextū inchoat.* Venetiis per Erhardum Ratdolt anno 1485. in 4.

Quæ tituli loco recitavi verba leguntur in fronte voluminis, quod charactere rotundo pereleganti, & nitidiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Litteras initiales magnas ligno eleganter inciſas easque florentes, & ſignaturas ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine hæc tantum leguntur impreſſa: *Impreſſum eſt hoc opuſculum mira arte & diligentia Erhardi Ratdolt Auguſtenſis. Anno ſalutiferę incarnationis.* 1485. non MCCCCLXXXV. ut habet Cl. Zapfius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte &c. pag. 170.

III. *Clariſſimi Viri Hygini Poeticon. Opus Vtiliſſimum Foeliciter Incipit.* Venetiis per Erhardum Ratdolt 1485. in 4.

In averſa primi folii pagina exhibetur *Scemma. ſphęricuȝ ſecundum Hyginii deſcriptionem.* In fronte folii ſecundi capitalibus impreſſa litteris leguntur verba quæ tituli loco recitavi. Opus ipſum rotundo charactere pereleganti & nitidiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Initiales litteras magnas florentes, easque elegantiſſimas typographus adjecit, quemadmodum etiam ſignaturas. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine *Jacobus Sentinus Ricinenſis lectoribus ſęlicitatem.* Sunt nempe carmina in commendationem hujus. Recitabo diſtica tuo poſtrema:

*Attamen ingrati ne uos poſſitis haberi:*
*Quo nihil in mundo turpius eſſe poteſt.*
*Dicite poſt meſſem uiuat per Neſtoris annos*
*Vtile qui nobis tam bene preſſit opus.*

His ſubjecta eſt ſequens notitia: *Anno ſalutifere incarnationis Milleſimo quadringenteſimo octögeſimo quinto menſis Januarii die uigeſima ſecunda. Impreſſum eſt pręſens opuſculū per Erhardū Ratdolt de Auguſta Venetiis.* Cl. Mich. Denis in Merkwürdigk. der Garell. Bibl. pag. 116. ſeqq. uberiorem de hac editione dedit notitiam. Adfirmat inter alia eam eſſe rariorem editione priori, quam idem typographus anno 1482. curaverat. Pro *ſcemma. ſpęricuȝ*, quod in noſtro legitur exemplari, in Garelliano corrupte legi *Scemmus ſphęręcina* idem teſtatur Bibliographus. Videtur & in noſtro exemplari manus poſterior mendum iſtud typographicum correxiſſe deletis quibusdam litteris, ut ex maculis, quæ remanſerunt, colligo.

IV.

**IV.** *Libellus Yſagogicus Abdalazi. Id Eſt Servi Glorioſi Dei: Qui Dicitur Alchabitius Ad Magiſterium Iuditiorum Aſtrorum: Interpretatus A Joanne Hiſpalenſi. Scriptumque In Eundem A Johanne Saxone Editum Vtili Serie Connexum Incipiunt.* Hæc Capitalibus impreſſa litteris leguntur in fronte operis, quod Erhardus Ratdolt Venetiis impreſſit anno 1485. in 4.

Textus operis romano charactere pereleganti, commentaria vero Johannis de Saxonia quæ poſt textum ſeorſim impreſſa ſunt, gothicis litteris impreſſa ſunt. Initiales litteras magnas florentes, & ſignaturas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine commentariorum typographus adnotavit ſequentia: *Finit ſcriptum ſup Alchabitiũ ordinatũ p Johannē de ſaxonia in villa pariſiēſi anno* 1331. *Correctũ p artiũ & medicine doctorem dominum Bartholomeum de Alten de nuſia. Impreſſum arte ac diligentia Erhardi ratdolt de Auguſta Imperante Johanne Mocenigo Venetiarum duce. Anno ſalutiſere incarnationis.* 1485. *Uenetiis.*

**V.** *Hugo de ſancto Uictore de ſacramentis.* (Hæc tantum leguntur in prima primi folii pagina, gothico charactere majuſculo impreſſa) Argentinæ 1485 in Fol. ſine nomine typographi.

Folia 2, 3, & 4tum indicem continent materiarum. Folio quinto incipit opus ipſum in duabus columnis eleganti charactere gothico firmæ chartæ impreſſum. Deſunt cuſtodes & paginarum uumeri. Signaturas inſcriptiones paginarum, & plerumque etiam initiales litteras typographus adjecit. In fine primi libri majuſculo charactere gothico legitur: *Finit liber primus.* In fine autem ſecundi ſequentia habes impreſſa: *Expliciũt ſententie libri ſecundi magiſtri Hugonis de ſancto Uictore de incarnatione verbi. & implettōne & exhibitione gratie dei. & de ſacramentis noui Teſtamēn vſq3 ad finē ꝛ cōſũmatōem omniũ feliciter. Impreſſi ſunt iſti duo libri Argentine. Anno dñi.* M. *cccc.* lxxxv. *Finiti in die ſctõ4 martiũ Abdon & Sennes* (ſic) Argumentum operis ſecundum eandem editionem Weiſlingerus recenſuit in *Armament. Cath.* pag. 343. & 344.

**VI. Ludovici Pontani Romani conſilia ſuper quinque libros Decretalium. Papiæ per Franciſcum Gyrardengum anno 1485. in Fol. maj.**

Operi huic, quod gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum eſt, tabula ſeu index conſiliorum foliis ſedecim impreſſis conſtans,

ſtans, eſt præmiſſus. Folio 17. Ludovici Pontani incipit oratio *in concilio Baſilieñ in primo eius* (ſic) *aduentu* habita, quæ terminatur in averſa folii 18. pagina. Folio demum 19. *Conſilia & Allegationes clariſſimi ac famoſiſſimi iuris utriuſq3 illuminatoris dñi Ludouici Romani Aplée ſedis Prothonotarii & ſacri Aplči palatii cauſarum Auditoris. Et primo loco Florentiè reddita incipiunt feliciter.* Paginas typographus ſignavit, idemque litteras initiales parvas adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine voluminis adjecta eſt alia oratio pariter in Baſilienſi concilio ab auctore noſtro habita & quidem *in die ſancti Thome.* Demum ſequens habetur ſubſcriptio: *Expliciũt conſilia & allegationes Clariſſimi viri. d. Ludouici Pontani de Roma ex multis locis in unum congeſta. Impreſſa Papie per Franciſcu3 gyrardẽgũ Anno dñi M. cccc. lxxxv. die v. Martii.*

## VII. Ludovici Pontani & Matthæi Mattaſelani Bononienſis ſingularia dicta ſeu reſolutiones caſuum ſingularium breves. A Matthæo Barlaſina legum Doctore Mediolanenſi editæ & ad commodiorem uſum tabulis atque indicibus inſtructæ. Venetiis per Andream de Bonetis de Papia 1485. in Fol. maj.

In prima primi folii impreſſi pagina *Matthei barlaſine legum doctoris Mediolanenſis.* Oratio ſeu Præfatio legitur, in qua de editione a ſe adornata, tabulisque ſeu indicibus adjectis rationem reddit. In averſa pagina folii ejusdem incipit tabula ſeu index alphabeticus vocabulorum tantum, de quibus in indice ſequenti uberiori plura notanda, & in opere Ludovici Pontani, explicata occurrunt. Index iſte vberior in averſa ſecundi folii pagina incipit, & terminatur in prima pagina folii 13. In averſa pagina incipit index vocabulorum tantum, hunc excipit index uberior eorundem vocabulorum, de quibus ſcilicet in opere Matthæi Matteſillanæ uberior habetur notitia. Atque hi quidem indices in averſa folii 20. pagina terminantur. Tum folium ſequitur vacuum. Demum folio 22. *Singularia Domini Ludo. Pontani de vrbe qui profundiſſimus cunctos excedens extitit in memoria* incipiunt, impreſſa gothico charactere præſtanti chartæ in duabus columnis, eademque terminatur in averſa pagina folii 44. Folio 45. *Incipiunt ſingularia dicta etiam notabilia collecta & notata in hoc brevi compendio per illuſtrem doctorẽ dominum Mattheum Mattaſelanum Bononiẽſem.* Forma exterior eſt prorſus eadem. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Signaturas vero, & initiales litteras parvas typographus adjecit. In fine voluminis idem ſequentia adnotavit: *Expliciunt ſingularia dicta etia3 notabilia illuſtris doctoris domini Matthei Matraſclani* (ſic) *Bononienſis exemplata in ꝓprio exẽmplari dicti domi. Matthei. Impreſſa venetiis ꝑ Andrea3 de Bonetis de Papia. M. cccc. lxxxv. die xxvj. Januarii. Marco barbarigo Inclyto venetiarum ꝑncipe.* Accedit regiſtrum Quarternionum.

VIII. *Opus ac lectura auctentico4 preſtantiſſimi doctoris dñi Angeli de vbaldis de Peruſio iuris ceſarei ac romani interpretis optimi. Et primo Collatio prima incipit feliciter.* Venetiis per Joh. de Forlivio & Gregorium fratres 1485. in Fol. magn.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ primi ſolii columnæ. Opus in duabus columnis gothico charactere paulo minori impreſſum eſt. Caret cuſtodibus, paginarum numeris, & inſcriptionibus, & ſæpe etiam initialibus litteris. Habet vero ſignaturas. Charta alba eſt, & munda. In fine ſequens habetur notitia: *Lectura ac opus auctentico4* (ſic) *preſtantiſſimi doctoris iuris vtriuſq3 dñi Angeli de vbaldis de peruſio Uenetiis ipreſſa p Johannē de forliuio & Gregoriu3 fratres. Anno domini. M. cccc. lxxxv. die .15. Martij.* Accedit regiſtrum chartarum & typographorum inſignia.

IX. *Ugo ſenen. ſuper quarta primi Auicenne incipit.* Ita legitur in fronte primæ columnæ folii primi. Venetiis per Andream de Calabriis. 1485. in Fol.

Hoc opus gothico charactere juſtæ magnitudinis in duabus columnis firmiſſimæ & nitidiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Habet ſignaturas, & litteras initiales parvas. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine typographus adjecit notitiam: *Expliciunt dicta Ugonis ſenenſis ſup q̄rta ſen p̄mi canonis vſq3 ad illū paragraphum poſitū in cap° de enemate. Forma vero. Deinceps vero dicta Marſilii. vſq3 ad finem. Impreſſum veneciis p Andream de calabriis de papia Anno dñi. M. cccc. octuageſimo quinto. die quarta februarii.* Accedit *Regiſtrum carta4 huius opis.*

X. Vincentii Bellovacenſis Ord. Præd. Speculum Morale. Norimbergæ per Anton Koburger ann. 1485. in Fol. max.

Præmiſſus eſt operi index materiarum alphabeticus duobus conſtans foliis, & in duabus columnis gothico charactere, ut ipſum opus firmiſſimæ, at minus albæ chartæ impreſſus. Folio 3. *Incipit prim⁹ liber Speculi moralis Uincentii.* Deſunt cuſtodes, ſignaturæ, initiales litteræ, & numeri paginarum. Earundem vero inſcriptiones ſic ſe habent e. g. *Pars Tertia De humilitate Diſt. c.* In fine typographus adnotavit ſequentia: *Anno in carnate deitatis Milleſimo quadringēteſimo octuageſimo quīto .viij. ydus februarij. Op⁹ inſigne ab Egregio doctore Uincentio alme Beluacēſis eccleſie p̄ſule: ac ſancti dñici ordinis profeſſore editū: quod Morale ſpeculū intitulatur. Et in impiali ciuitate Nurembergk ſūma cum diligentia impenſis Anthonii hobergers p̄fate ciuitatis ciuem: hoc fine terminatū. De*

quo

*quo cuncti potenti deo honor: eiſq; genito cū ſua benedicta matre ſempq; virgine gloria: ſpiritui quoq; paclito decus ſit p euū Amen.* In averſa ejusdem folii ultimi pagina adpendix legitur operis, quæ *De Virginitate* inſcripta eſt.

## XI. *Herbarius Patauie im: preſſus Anno domī ꝛ cete ra. lxxxv.* in 4.

Hæc verba tituli loco leguntur in prima primi folii pagina charactere gothico majuſculo impreſſa. Folium ſecundum auctoris præfationem, tertium vero, & quarti prima pagina capitulorum, ſeu herbarum indicem alphabeticum continet. Folio quinto opus ipſum incipit, diviſum in Capitula 150, pro numero herbarum, quarum natura & uſus explicatur. Capitulis ſingulis præmiſſa eſt figura herbæ ligno inciſa; & in noſtro quidem exemplari coloribus depicta. Quot ſunt capitula, ſeu herbæ, totidem etiam ſunt voluminis folia, nimirum CL. Eorundem numerus in ſuperiori margine primæ cujusvis paginæ eſt expreſſus. Accedit vero *Particula ſecunda De ſimplicibus laxatiuis linitiuis. ſeu lubricatiuis ſuperioribus antiquis deſeruientibus.* Item quinque aliæ particulæ de variis medicamentis. Præmiſſus iisdem eſt index uno folio comprehenſus. Tractatio tota de illis non niſi foliis 18, iisque non numeratis, comprehenſa eſt. Deſunt ubivis cuſtodes, ſignaturæ, & paginarum inſcriptiones. Herbarii hujus jam meminit Maittaire ad h. a. De auctore operis, & typographo ipſe non habeo, quæ proferam.

## XII. *Diſtinctiones exemplorum veteris & noui teſtamenti reducte ad diuerſas materias*, ſeu loci communes S. Scripturæ alphabetico ordine in uſum prædicatorum diſpoſiti. Memmingæ per Albertum Kune de Duderſtat anno 1485. in 4. min.

Verba *Diſtinctiones* &c. leguntur gothicis litteris majoribus impreſſa in prima primi folii pagina, & nihil aliud. Folio ſecundo Autoris legitur præfatio, ad cujus calcem in averſa ejusdem folii pagina *Incipiunt diſtinctiones exemplorum veteris & noui teſtamēti abbreuiate & reducte ad diuerſas materias ſecundum ordinem alphabeti per fratrē. B* (ſic) *ordinis ſancti Auguſtini.* Folium tertium alphabetico ordine exhibet loca communia. Folio quarto demum opus incipit gothico charactere minuto firmiſſimæ, ſed minus albæ ac politæ chartæ impreſſum. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine legitur: *Expliciunt diſtinctiones veteris & noui teſtamēti abbreuiate ꝛ reducte ad diuerſas materias ſcdm ordinē alphabeti. Impreſſum Mēmingen p Albertū Kūne de duderſtat. Anno natiuitatis chriſti.* 1485.

XIII. Joh. Bapt. Platinæ vitæ Pontificum Romanorum. Per Joh. Vercellenſem anno 1485. in Fol. min.

In averſa primi folii pagina *Proemium Platynæ In Vitas Pontificum Ad Sixtum. III. Pontificem Maximum* legitur. Folio 2. opus ipſum incipit, romano charaɗtere per pulchro chartæ firmæ politæ, & ſatis albæ impreſſum. Caret cuſtodibus, initialibus litteris, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Habet vero ſignaturas. In fine legitur: *Excellētiſſimi hiſtorici Platine ī vitas ſūmoꝶ pōtificū ad Sixtū iiii. pōtificē maximū præclaꝶ opus foeliciter explicit: accurate caſtigatū ac īpenſa magiſtri Joānis uercellenſis. M. cccc. lxxxv. die .x. februarii.* Typographus noſter anno eodem, & iisdem litteris Titi Livii hiſtoriarum libros Tarviſii impreſſit. Vix igitur dubitandum eſſe videtur, quin præſens etiam opus Tarviſii ab eodem fuerit impreſſum, non Venetiis, conf. Cl. Denis Merkwürdigkeiten der garelliſchen Bibliothek &c. pag. 116. Primam operis ejusdem editionem ad annum 1479. N. XVIII. recenſui.

XIV. Abrahami Judæi Liber de Natiuitatibus. Opus Aſtrologicum. Venetiis per Erhardum Ratdolt 1485. in 4.

In averſa primi folii pagina Aſtrolabium exhibetur. Folio ſecundo *Incipit liber Abraham iudei de natiuitatibus*, impreſſus gothico charaɗtere paulo minori chartæ firmæ & albæ. Initiales litteras magnas florentes typographus adjecit, idemque chartas ſignavit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine hæc habes ſubſcripta: *Finit felicit' opuſculū abrahe iudei de natiuitatibus cum exēplarib⁹ figuris ſingulis domibus antepoſitis: Et magiſtralis cōpoſitio aſtrolabii Hainrici bate. Impreſſū venetiis arte & impenſis Erhardi ratdolt de auguſta. Anno ſalutiſere incarnatiōis dñice. M. cccc. lxxxv. nona kalendas Januarij.*

XV. Leonis Baptiſtæ Alberti de Re Ædificatoria libri decem. Florentiæ per Nicolaum Laurentium Alemannum 1485. in Fol. min.

In averſa primi folii pagina Angeli Politiani legitur epiſtola Dedicatoria ad Laurentium Medicen, nomine Bernardi, auɗtoris jam defunɗti fratris ſcripta, in qua quidem Leonis Baptiſtæ doɗtrina & eruditio miris encomiis celebratur. Fuit etiam revera unus inter omnium primos, qui de re ædificatoria, & pictoria Commentarios ſcripſerunt. Angelus Politianus Florentinum adpellat, *e clariſſima Albertorum* (degl' Alberti) *familia* ortum. Ceterum editio hæc eſt omnium prima hujus operis, quam Maittaire, & Orlandi jam excitarunt. Folio ſecundo auɗtoris incipit præfatio, & quarto demum operis liber primus circa

medium

medium primæ paginæ. Impreſſum eſt charactere rotundo elegantiſſimo. Charta firmiſſima eſt, & initiales litteras parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine libri decimi legitur capitalibus litteris:

*Laus Deo Honor Et Gloria.*

Tum ſequitur *Leonis Baptiſtæ Alberti Florentini Viri Cla* (hæc quoque capitalibus litteris impreſſa ſunt, non item ſequentia) *riſſimi de re Ædificatoria opus elegātiſſimū & quā maxime utile: Florentiæ accuratiſſime impreſſum opera Magiſtri Laurentii Alamani: Anno ſalutis Milleſimo* (deeſt centenarius) *octuageſimo quinto: quarto kalendas Januarias.* Sequentis folii prima pagina carmen Baptiſtæ ſiculi in perſona auctoris ad Lectorem, averſa autem Regiſtrum chartarum exhibet.

## XVI. De modo ſtudendi Jnribus libellus Joh. Jacob. Canis J. C. Paduæ per Matthæum Cerdonis de Windiſchgretz 1485. in 4.

In fronte primæ primi folii paginæ *Petro Uecturino Nouello Jurium ſcholari. Johannes Jacobus Canis iuriſutriuſq₃ conſultus: de modo in iure ſtudendi libellum: ac ſalutem plurimam mittit.* Conſtat integer iſte libellus non niſi decem foliis impreſſis, iisque numeratis in ſuperiori margine primæ paginæ, 1. 2. 3. &c. Initiales quoque litteras magnas fiorentes typograpus adjecit. Deſunt vero cuſtodes & ſignaturæ, paginarumque inſcriptiones. Litteræ gothicæ ſunt: charta firmiſſima ſed minus alba. Circa finem ſecundæ decimi folii paginæ hæc ſubſcripta leguntur: *Hic finit' libellus de mō ſtudendi in utroq₃ iure: quē impſſit mgr̄ mathe⁹ padue āno.* 1485. Matthæum hunc eſſe Matthæum Cerdoni de Windiſchgretz, etiam Orlandi ſententia eſt.

## XVII. *Tractatus contra perfidiam aliquorū bohemorū.* Argent. 1485 in 4.

Verba tituli loco recitata gothicis characteribus majuſculis impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo anonymi auctoris præfatio incipit, folio tertio, paulo ante medium primæ paginæ opus ipſum, gothico charactere chartæ impolitæ & rudi impreſſum. Habet ſignaturas, & initiales litteras parvas, caret vero cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. In fine hæc leguntur ſubſcripta: *Finit tractatus ꝯtra pfidiam aliquoꝝ Bohemoꝝ* (qui ſcilicet ab Huſſi partibus ſtabant) *Compoſitus anno dñi. M. cccclxv. ſedem beati Petri tenente Paulo ſcd'o. & impante Friderico duce auſtrie. Impreſſus autē Argentine anno dñi. M. cccclxxxv. Finitus in die ſanctoꝝ martiꝝ Uiti ꝛ Modeſti.*

XVIII. Liber Theodiſcus, varia documenta moralia per fabulas ex hiſtoria animalium deductas complectens, dictus das Buch der Weisheit, oder der alten Weiſen. Ulmæ per Conradum Dinckmut 1485. in Fol. min.

Operi præmiſſum eſt regiſtrum quatuor foliis comprehenſum, & in duabus columnis impreſſum, quod incipit in averſa primi folii pagina. Folii quinti averſa pagina figuram exhibet ligno inciſam & duos repræſentantem antiquos ſapientes cum inſcriptione, gothicis litteris facta, *Anaſtres Thaſtri :· Beroſius.* Folio ſexto incipit præfatio, cujus auctor affirmat, librum hunc Indico primum ſermone conſcriptum fuiſſe, dein verſum in linguam Perſicam; ex hac in arabicam, tum in hebraicam, demum etiam in latinam & germanicam. Præfatio cui, ut ipſi operi, inſertæ ſunt variæ figuræ ligno inciſæ, & argumento convenientes, terminatur in averſa folii decimi pagina. Folia inde a folio quinto typographus numeravit in prima cujusvis folii pagina, uti etiam capitula e. g. Das ander Capitel das .xxviij. blat. Idem paginas ſignavit, & litteras initiales magnas ligno inciſas, ac florentes adjecit. Deſunt eædem initio ſectionum minorum, uti ubivis cuſtodes. Litteræ germanicæ ſunt ſatis luculentæ, charta vero minus alba & polita. In averſa folii clxxxj pagina hæc leguntur ſubſcripta: Hie endet ſich das bůch der weiſzheit oder der alten weiſen. von anbeginne der welt von geſchlecht zu geſchlechte. Das hat gedruckt Cůnrad Dinckmůt zů Vlm. nach Chriſti vnſers herren gebůrt. M. cccc. lxxxv. iar. an ſant Gregorij tag deſz heiligen lerers. Accedit folium clxxxij. cujus prima pagina figuram ligno inciſam, & argumento reſpondentem exhibet, averſa autem vacua eſt.

XIX. Liber de fatis Aſtrorum. Auctore Albohagen Haly filio Abenragel. Venetiis per Erhardum Ratdolt 1485. in Fol.

In averſa pagina primi folii legitur dedicatoria typographi Epiſtola ad Johannem de Wertenberg Epiſcopum Auguſtanum, quam integram recitavit Cl. Zapfius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte &c. pag. 167. ſeqq. Tria, quæ immediate ſequuntur, folia indicem continent. Folio 5. *Preclariſſim⁹ liber cõplet⁹ in iudiciis aſtro4: quẽ edidit albo hazen Haly filius abenragel q3 feliciſſime incipit: & primo ephemiũ in ipſũ librum,* in duabus columnis gothico charactere eleganti chartæ impreſſum. Habet ſignaturas, numeros foliorum arabicos, & initiales litteras magnas florentes eleganter ligno inciſas. Caret vero cuſtodibus, & paginarum inſcriptionibus. Ad calcem primæ columnæ folii 152. ſequens legitur ſubſcriptio: *Finit feliciter liber cõpletus in iudiciis ſtella4 quẽ cõpoſuit albohazen Hali filius abenragel: bene reuiſus & fideli ſtudio emẽdatus p dominũ Bartolomeu3 de Nuſia germanũ artiũ & medicine doctorẽ excellentiſſimũ. Impreſſus*

*arte*

*arte & impēſis Erhardi Ratdolt de Auguſta: regnāte Johanne Mocenico duce Uenetiarū Anno dominice incarnationis dñi* (ſic) 1485. *quarto nonas iulij Uenetiis.*

XX. Johannis Concoregii Medicinæ Doctoris, & in diverſis Italiæ Academiis Profeſſoris Sæc. XV. celeberrimi liber de Particularibus ægritudinibus quadriPartitus, Flos florum medicinæ ab auctore ipſo nominatus. Per Anton. de Carcano Papiæ anno 1485. in Fol.

Præmiſſa ſunt ſine omni titulo aut inſcriptione auctoris Proemium & index, in prima ſecundi folii pagina terminatus, & in duabus columnis gothico charactere minuto & eleganti impreſſus, ut ipſum opus. Incipit hoc ſine ulla pariter inſcriptione folio tertio. Habet ſignaturas: cuſtodes vero, numeri & inſcriptiones paginarum, nec non plerumque initiales litteræ deſunt. Charta firmiſſima eſt, & ſatis alba, ac polita. In fine legitur: *Et ī hoc terminatur prima pars hui⁹ opuſculi de egritudinibus ꝑticularibus omnibus a capite uſq3 ad pedes ꝓ doctorem Illuſtre3 ac comitem digniſſimū d. Magiſtrum Joannem de concoregio mediolanenſem artium & medicine principem & monarcham in felici ſtudio papienſi. M° cccc° xxxi. finitum fuit hoc opuſ ꝑ me Jaānem de romagnano hora. xxiiª. die ſexto menſis aplis. Magiſter antonius de carchano imprimi curauit papie* 1485. Accedit Regiſtrum chartarum.

XXI. Ejusdem Johannis Concoregii Summula de curis febrium. Papiæ per Antonium de Carcano 1485. in Fol.

Exterior forma prorſus eadem eſt cum opere immediate præcedenti. Subſcriptio in fine operis eſt ſequens: *Finis adeſt deo duce huic ſūmule de curis febriūm 2ᵐ clariſſimum philoſophum ꝛ medicum Jo. concoregium quam extractam ab originali conceſſo a preſtan° artium & medicine doctore Magiſtro La3aro dataro placentino theorica3 medicine papie legente. Magiſter Antonius de carcano īpmi curauit papie.* 1485. Accedit regiſtrum chartarum.

XXII. Virgilii opera cum Commentariis Servii Mauri Honorati Grammatici. Brixiæ per Jacobum Britannicum Brixianum 1485. in Fol.

Deſunt initio voluminis non nulla folia. Textus tamen & Commentaria habentur integra. Tam ille, quam hæc ſunt romano charactere, majori ille, hæc minori, utroque eleganti, nitidæ chartæ impreſſa. Paginas typographus ſignavit: Initiales vero litteræ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt.

deſunt. Ad calcem primæ paginæ folii ultimi hæc tantum typographus adnotavit: *Impreſſum Brixiæ per Jacobum Britannicū Brixianum. M. cccc. lxxxv. die. xxii. Auguſti.* Averſa folii ejusdem pagina regiſtrum Chartarum exhibet. Nullam hujus editionis mentionem faciunt Orlandi, Maittaire, de Bure, Harwood, aliique, qui mihi quidem ad manus ſunt, Bibliographi.

XXIII. *Seraphici doctoris ſancti bonauenture Sermones de tempore & ſanctis cū cōmuni ſanctorum.* Hæc tantum leguntur, gothico charactere majuſculo impreſſa, in prima primi folii pagina. Reutlingæ 1485. in Fol.

Folio ſecundo ipſum opus incipit gothico charactere ſatis luculento in duabus columnis impreſſum. Caret litteris initialibus, cuſtodibus & paginarum numeris. Habet vero ſignaturas, & inſcriptiones paginarum, e. g. Sermo XV. In fine ſequens legitur ſubſcriptio: *Non nobis domine. non nobis ſ3 nomini tuo da gloriam q hos tam precioſos tāq3 fideli populo fructuoſos ſermones reuerendiſſimi quondam cardinalis ſeraphici ac ſancti doctoris Bonauenture tam ſolerter te donante in Reutlingē Autumni tempore compleuimus vnde ꝛ gratias referimus debitas domino humilium exaltatori. Anno domini. M. cccc. lxxxv.* Accedit regiſtrum ſeu index materiarum alphabeticus undecim foliis comprehenſus. Hujus editionis nullam reperio mentionem apud Bibliographos, qui mihi ad manus ſunt. Solus Maittaire ad h. a. eam indicaſſe videtur, ſed minus adcurate: *Bonaventuræ Sermones de Tempore. Fol. Reutling.* 1485. Complectitur enim hæc editio etiam ſermones de ſanctis, eſtque in duas partes diviſa, quarum prima ſermones de tempore, ſecundade ſanctis complectitur. Ad calcem partis prioris hæc tantum leguntur: *Sequūtur ſermones Bonauenture de ſanctis.* Ad calcem vero poſterioris recitata paulo ante uberior ſubſcriptio.

XXIV. *Liber de proprietatibus rerum Bartholomei anglici.* Argentinæ 1485. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina, gothico charactere majuſculo impreſſa. In averſa pagina folii ejusdem incipiunt tituli ſingulorum ordine librorum & capitum, in tribus columnis gothico charactere non nihil pinguiori impreſſi & in prima ſexti folii pagina terminati. Ejusdem folii averſa pagina indiculum auctorum quibus auctor præſentis operis uſus eſt, exhibet. Folio ſeptimo *Prohemium de proprietatibus rerum fratris Bartholomei anglici de ordine fratrū mino4 incipit*, impreſſum firmiſſimæ & albæ chartæ charactere gothico ſatis luculento. Habet ſignaturas, initiales litteras parvas, paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber II*, liber XIII. Ad calcem hæc ſubſcripta leguntur: *Explicit liber de ꝓprietatibus rerū editus a fratre Bartholomeo anglico ordinis fratrum*

*trum minorum.* *Impreſſus Argentine anno dñi M. cccc. lxxxv. Finitus in die ſancti Ualentini.* De opere ipſo & auctore quædam dixi Faſcicul. I. pag. 171.

**XXV. Caii Criſpi Salluſtii hiſtoria de Conjuratione Catilinæ, item de Bello Jugurthino. Venetiis per Bernardinum Benalium ann. 1485. in Fol. min.**

In noſtro exemplari primum folium quod vacuum fuiſſe videtur deeſt. Folio ſecundo ipſum opus incipit verbis ipſius Salluſtii *Omnis* (ſic) *Homines* &c. Impreſſum eſt charactere romano elegantiſſimo. Caret cuſtodibus, numeris & inſcriptionibus paginarum, nec non initialibus litteris, excepta prima, quæ magna eſt ligno inciſa, & floribus ornata. Habet vero ſignaturas. In fine hiſtoriæ de bello Jugurthino primum quidem legitur vox *Finis.* Tum vero: *Criſpi Saluſtii opus feliciter impreſſum* (ſic) *Venetiis M. cccc. lxxxv.* Accedunt inſuper 1) *Criſpi Saluſti oratoris clariſſimi uita.* 2) *Criſpi Saluſtii in M. T. Ciceronem inuectiua.* 3) *M. T. Ciceronis in Criſpum Saluſtium reſponſio ſeu inuectiua.* Ad hujus finem demum legitur:

*Finis.*
*Venetiis per Bernardinum Benalium & ſocios.*
*M. ccclxxxv. die xxiii. aprilis.*

Subjectum eſt regiſtrum chartarum. Silent de hac editione Orlandi, Maittaire, de Bure, Hamberger, Harwood, & cæteri omnes, qui ad manus mihi ſunt, Bibliographi.

**XXVI. *Sermones Quadrageſimales Thezauri* (ſic) *noui.* Hæc tantum leguntur gothicis characteribus majuſculis impreſſa in prima primi folii pagina. Argentinæ 1485. in Fol. min.**

Folium ſecundum tabulam exhibet ſingulorum ordine ſermonum. Folio tertio *Incipiūt ſermões quadrageſimales notabiles atq3 putiles qui theſaurus nouus intitulant.* Characteres gothici ſunt ſatis luculenti, quibus opus iſtud in duabus columnis impreſſum eſt. Habet ſignaturas, litteras initiales parvas, foliorum inſcriptiones, e. g, Sermo I. Sermo XIX. Deſunt cuſtodes, & numeri paginarum. In fine hæc tantum leguntur: *Opus perutile ſermonū quadrageſimalium Theſaurus nouus nuncupatū Argētine impreſſum Anno domini. M. cccc. lxxxv. Finit feliciter.* Exſtant etiam ſermones de Sanctis, & de tempore, *Theſaurus novus* adpellati. Editionem Baſileenſem Theſauri novi de Sanctis anno eodem procuſam, recenſet Cl. Gemeiner in Nachrichten von den in der Regensburger Stadtbibliothek befindlichen Büchern &c. pag. 144. ſeqq. Idem teſtatur, raras eſſe hujus operis editiones, imprimis ſermonum quadrageſimalium.

**XXVII.** *Gloſa* (ſic) *pſalterii Johannis de turre* (ſic) *cremata.* Hæc tantum, gothico charactere majuſculo impreſſa, leguntur in prima primi folii pagina. Argentinæ anno 1485. in Fol. min.

Folio ſecundo ſine ullo titulo auctoris incipit præfatio ad Pium II. R. P. eademque terminatur in averſa ejusdem folii pagina, columna quarta, linea 19. Litteræ alphabeti minoris videntur eædem eſſe cum litteris, quibus impreſſum eſt opus immediate præcedens. Deſunt etiam hic cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum, & ſæpe etiam initiales litteræ. Paginas typographus ſignavit. In fine idem ſequentia adnotavit: *Reuerendiſſimi cardinalis. tituli ſancti Sixti domini Johānis de Turre cremata expoſitio breuis & vtilis ſup toto pſalterio Argentine ipreſſa. Anno domini. M cccclxxxv. in profeſto ſancti Michaelis conſūmata.* Accedit index Pſalmorum alphabetico ordine, ſecundum eorum initia, diſpoſitarum. Eandem editionem jam plures excitarunt Bibliographi.

**XXVIII.** Novum Teſtamentum cum Poſtillis Nicolai de Lyra, additionibus Pauli Burgenſis, & Replicis Matthiæ Dorinckii. Norimbergæ per Ant. Koburger 1485. in Fol.

Textus ſacer gothico charactere paulo majori in duabus columnis impreſſus eſt: expoſitiones vero, charactere pariter gothico, ſed admodum minuto impreſſæ quatuor margines occupant. Deſunt cuſtodes, ſignaturæ, paginarum numeri, & plerumque etiam initiales litteræ. In ſuperiori margine inſcriptiones habentur ejusmodi *Epiſtola Pauli ad Romanos*, *Actus Apoſtolorum* &c. In fine Apocalypſeos fuſior legitur ſubſcriptio, ex qua pauca huc adiiciam: *Exactum eſt Nuremberge inſignie* (ſic) *hoc: ac inuſitatū opus biblie..... impenſiſq3 Anthonii kobergers.. Anno.. M. cccclxxxv. Sabbato poſt Johānis ante portā latinā*: &c. Accedit in noſtro quidem exemplari Nicolai Lyrani libellus *in q̄ ſunt pulcherrime q̄ōnes iudaicā pfidiā ī catholica fide improbātes*, conſtans foliis quatuor, impreſſusque in duabus columnis charactere eodem, quo expoſitiones in præcedentibus Bibliis. Vetus etiam Teſtamentum cum Poſtillis Lyranis &c. eodem anno ab Antonio Koburger editum plures excitarunt Bibliographi, ex quibus Cl. Panzerum in der Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel pag. 76. nominaſſe ſufficiat. Nemo tamen hactenus, quod vetus teſtamentum attinet, uberiorem de hac editione notitiam dedit. Hinc dubium mihi ſubortum eſt, num revera Vetus Teſtamentum hoc anno a Koburgero fuerit editum, præſertim cum nec apud nos, nec in Bibliotheca commendæ argentoratenſi Ord. S. Joh. Hieroſolimitani (vid. Weislinger Armamentarium Cathol. pag. 349.) quidquam exſtet aliud, quam Novum Teſtamentum. Attamen dubitare vetat

Cl.

Cl. Panzeri teſtimonium, qui loc. cit. adfirmat, etiam vetus teſtamentum hoc anno impreſſum exſtare in Bibliotheca civitatis Norimbergenſis.

**XXIX.** *Caſus breues Decretaliũ Sexti & Clementinarum.* Hæc tantum leguntur, gothico charactere majuſculo impreſſa, in prima primi folii pagina. Argentinæ 1485. in Fol.

Opus hoc in duabus columnis gothico charactere impreſſum eſt. Habet litteras initiales parvas & ſignaturas. Caret vero cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum, In fine hæc habentur ſubſcripta: *Libell⁹ iſte vtiliſſim⁹ caſ⁹ ſũmarios librorũ dec̃. ſex. & cle. una cũ nucleo ſiue medulla gloſula4 oim̃ eorũdẽ libro4 in ſe ꝯtinẽs. impſſ⁹ ẽ Argẽtine. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. ꝛ finit⁹ in die ſãcto4 marti4. Uiti ꝛ modeſti.* His immediate ſubjuncti ſunt verſus:

*Olim theſaurũ cõcluſum ſolo reptum*
*Juris canonici. pãdit & ipſe tibi.*
*Caſus in ſũma. gloſularũ ſimul & una*
*Cũ nucleo ponit. colligat q̃ proficit.*

**XXX.** Perſii Satyræ cum Commentario Bartholomæi Fontii. Venetiis per Antonium de Bactibobus anno 1485. in Fol min.

In averſa primi folii pagina *Bartolomei Fontii Prooemium In Perſium Poetam Ad Laurentium Medicen* legitur. Folio ſecundo ſine ulla inſcriptione opus ipſum cum commentariis incipit. Satyræ & commentarii romano ſunt charactere impreſſi, illæ quidem majori, hi vero paulo minori, utroque elegantiſſimo. Carta minus alba & nitida eſt. Deſunt initiales litteræ ſatyrarum, cuſtodes, numeri & inſcriptiones paginarum. Has tamen typographus ſignavit. In fine legitur: *A: Perſii Flacci Satyrarum Finis.* Accedit vero 1) Bartholomæi Fontii ad Franciſcum Saxetum Epiſtola, qua menſurarum vocabula exponuntur, & 2) vita Perſii breviſſime deſcripta. Ad hujus calcem primo eſt *Regiſtrum* chartarum, tum vero ſubſcriptio ſequens: *Impreſſum Venetiis per antonium de bactibobus. M. cccc. Lxxxv. die. xuii. ſeptembris.* Editionem hanc ignorarunt Orlandi, Maittaire, de Bure, Hamberger, Harwood, & alii omnes, qui ad manus mihi ſunt Bibliographi. Harwood editionem excitavit Florentinam anni 1477, & Venetam a noſtro typographo anno 1493. curatam.

## XXXI. Ciceronis opuſcula 1) de Fato. 2) Topica. 3) De Univerſitate cum Commentariis Georgii Vallæ. Venetiis per Antonium de Strata Cremonenſem anno 1485. in Fol.

Tria hæc opuſcula eodem charactere, romano nimirum pereleganti, eidemque chartæ impreſſa eandem quoque compacturam habent. Quare nullus dubito, quin ex eadem typographia eodem, quo indicavi ordine excuſa, prodierint. Duo priora ſignaturis a — f cohærent, & in fine poſterioris typographus expreſſe indicatur: *Topicoꝝ Ciceronis libellus cũ cõmẽtario a dño Georgio valla placẽtino compoſito diligenter impreſſus eſt per Antonium de ſtrata cremonem.* (ſic) Tertii opuſculi folia ſignata ſunt litteris A, B, C: In fine vero hæc ſubſcripta leguntur: *Ciceronis libellus de uniuerſitate cũ ſuo cõmẽtario a clariſſimo viro domino Georgio ualla placentino compoſito. diligentiſſime per Antonium de ſtrata cremonenſem uenetiis impreſſus eſt die. xi. Julii. M. cccclxxxv.* Accedit Regiſtrum Chartarum, quibus conſtant tria hæc opuſcula. Deſunt in hac editione cuſtodes, paginarum numeri, & inſcriptiones, litteras initiales parvas typographus adjecit. Opuſculum primum Georgius Valla Johanni Jacobo Trivultio ducali Secretario, exercitus Prætori, & Civi Mediolanenſi Primario, ſecundum Bernardo Salvatico Genuenſi Patricio, ſuo olim diſcipulo, tertium Hermolao Barbaro Veneto Patricio dedicavit, ſuntque ſingulis opuſculis præfixæ epiſtolæ dedicatoriæ. Textus Ciceronis elegantiſſimo charactere paulo majori eſt impreſſus. Maittaire Tom. I. ad h. a. excitavit *Georg. Vallæ in M. T. Ciceronis libros de Univerſitate Commentarium per Anton. de Strata Cremonenſem fol.º Venet.* 1485. De duobus aliis Ciceronis libris in hac editione contentis altum ſilet. In *Catalogo Librorum Rariſſimorum ab Artis Typographicæ inventoribus ad Annum MCCCCXCIX excuſorum, & in Bibliotheca Zapſiana extantium añ. MDCCLXXXVI.* pag. XXXIV. pariter non niſi liber de Univerſitate commemoratur. Weiſlingerus in *Armament. Cathol.* pag. 354. inſuper meminit Libri de Fato: de Topicis vero ſilet. Apud alios Bibliographos, qui mihi ad manus ſunt, nullam hujus editionis mentionem reperio. Merito igitur rarioribus libris accenſentur tria hæc opuſcula conjuncta.

## XXXII. Infortiatum cum Commentariis. Venetiis per Johannem, & Gregorium Forlivienſes, fratres, anno 1485. in Fol. magn.

Textus in duabus columnis charactere gothico paulo majori, eoque elegantiſſimo firmiſſimæ, ac præſtantiſſimæ chartæ eſt impreſſus: commentaria vero in quatuor marginibus longe minoribus, elegantibus tamen litteris impreſſi ſunt. Signaturas, & litteras initiales parvas typographi adjecerunt, cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Titulorum inſcriptiones ſunt

rubro

rubro colore impreſſæ, ſed iisdem litteris, quibus ipſe textus. In fine hæc leguntur: *Inſortiati venetiis Impreſſi: Arte & diligentia Joānis & Gregorii fratrum Jurliuieñ. hic finis. Anno ab incarnatione dñi M. cccc. lxxxv. xv. nouembris.* Maittaire & Orlandi hujus editionis non meminerunt.

**XXXIII.** Alexandri de Imola Lectura in 2dam partem ff. novi. Venetiis per Johannem Herbort de Seligenſtat 1485. in Fol. magn.

Opus incipit paulo ante medium primæ primi folii columnæ: *De verborum obligationibus: Rºica.* Impreſſum eſt gothico charactere in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ. Habet ſignaturas, initiales litteras parvas, & paginarum numeros. Ad calcem voluminis hæc habentur ſubſcripta: *Explicit lectura Famoſiſſimi vtriuſq3 iuris doctōis dñi Alexandri Imoleñ ſup ſecūda parte ff. noui. Impreſſa venetiis p magiſtrū Joannē herbort de Silgēſtat alemani.* (ſic) *Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die. xiij. Julij.* Accedit in eadem columna Regiſtrum Chartarum.

**XXXIV.** Alexandri de Imola Apoſtillæ ad Bartolum ſuper 2da parte digeſti novi. Venetiis per Johannem Herbort anno 1485. in Fol. magn.

Exterior hujus operis facies eadem eſt, quæ operis immediate præcedentis. Deſunt tamen in hoc quidem opere paginarum inſcriptiones. In fine hæc ſubſcripta leguntur: *Finis apoſtillarū Alexandri Imolenſis ſup ſecūda parte. ff. noui. impreſſarū Uenetiis per Joānez herbort de ſilgēſtat. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die xvij. ſeptembris.* Accedit Regiſtrum Chartarum.

**XXXV.** Bartholi de Saxoferrato Conſilia, quæſtiones diſputatæ, & varii tractatus iuridici. Venetiis per Johannem & Gregorium fratres, Foroliviensſes 1485. in Fol. magn.

Hæc Bartholi opera ſunt gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſa. Signaturas & initiales litteras parvas typographi adjecerunt. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine conſiliorum legitur: *Expliciunt Conſilia dñi Bartholi de ſaxoferrato legū docto. excellentiſſimi quoq numero ſunt. ccxlv. eput ſuperius continentur. &c.* Quæſtiones diſputatæ a tractatibus ſeparantur hac ſubſcriptione: *Expliciunt diſputationes dñi Bar. de ſaxoferrato legu3 interptis ꝛ ſunt numero. xviij.* In fine tractatuum ſeparato folio exhibetur *Tabula huius Uoluminis*, ſeu index opuſculorum contentorum. Ad hujus calcem legitur: *Finis Conſiliorum Diſputationu3*

nec

*nec nō Tractatuū domini Bar. de Saxoferato* (ſic) *legum doc. excellentiſſimi Impreſſorū venetiis per Johannes de forliuio. & Gregoriū ſrts. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die vij. Marcij.* Accedit Regiſtrum Chartarum.

**XXXVI.** Alexandri de Imola Conſiliorum Juridicorum Volumina duo, tertium, & quartum. Mediolani per Johannem de Lignano 1485 in Fol. magn.

In fronte primæ primi folii columnæ *Conſilia tertii voluminis excellentiſſimi iuriſconſuldi. d. Alexandri tartagni Imolenſis incipiunt*, impreſſa charactere gothico pereleganti, & firmiſſimæ, at minus politæ chartæ. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. At folia typographus ſignavit. In fine tertii voluminis legitur: *Explicit nouiſſimum & numero* (ſc. *tertium*, quam vocem typographus omiſit) *conſilio4 volumen Alexandri tartagni Imolenſis accuratiſſime impreſſioni traditum per magiſtrum Johanem de lignano ſub anno M ccccLxxxxv. die quarto auguſti.* In eadem columna incipit tabula materiarum alphabetica, ad cujus calcem uberior legitur notitia cum ejusdem anni nota, ſed diei diverſa, nimirum *die ſecundo auguſti.* Accedit demum Regiſtrum Chartarum. Voluminis quarti eadem eſt exterior facies, quæ tertii. In fine legitur: *Explicit nouiſſimū & numero quartū conſilio4 volumē excellētiſſimi doctoris dñi Alexādri tartagni ymolenſis. Ml'i impreſſioni traditum impenſis per magiſtrū Johānē de lignano una cu3 tabula contentorū in eo ad laude3 auctoris & ſtudētiu3 cōmodū. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die ſecundo auguſti.* Accedunt tabula voluminis quarti, a Ludovico Bolignino Juris Profeſſore Banonienſi compoſita & Regiſtrum Chartarum, quæ ſeptem implent folia.

**XXXVII.** Guilielmi Duranti Speculum Judiciale cum Repertorio in idem, quatuor comprehenſum voluminibus. Venetiis per Bernardinum de Tridino diverſis annis impreſſum, nimirum ann. 1485. 1486. & 1489. in Fol.

Quatuor hæc volumina eodem charactere, gothico nimirum minus pinqui ſed pereleganti, eidemque chartæ ab eodem typographo in duabus columnis impreſſa ſunt. Quamvis igitur diverſis annis prodierint, placuit tamen hic ſimul omnia recenſere, cum non niſi conjuncta opus completum efficiant. Deſunt ubivis cuſtodes, paginarum numeri, & initiales litteræ. Cuſtodes vero, & paginarum inſcriptiones typographus adjecit. In extremi marginibus Joh. Andreæ, & Baldi additiones typis paulo minoribus impreſſæ ſunt. In fine primæ partis legitur ſubſcriptio ſequens: *Explicit prima pars ſpeculi dñi Guilelmi durantis cum additionibus Jo. Andree et. Bal. ſuis locis poſitis. Impreſſa venetiis ꝑ optimū ac diligētiſſimū in hac arte magiſtrum Bernardinū a Tridino qui ſalua*

oiu3

*oīu3 pace ē inter ceteros amādus ac uenerandus ꝓpter ipſius in hac arte cura3 in corrigendis operibus ac in imprimendo caractere. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. die ꝑma Februarij.* Pars ſecunda impreſſa eſt — *Anno Domini. M. cccc. lxxxv. Die. xxviiij.* (29) *Decembriſ.* (ſic) Tertia & quarta pars unum efficiunt volumen ad cujus calcem legitur: *Explicit tertia & q̄rta pars — — — Anno dmni.* (ſic) *M. cccc. lxxxvj. die. xvj. Februarij.* Accedunt 1) relatio, ex qua diſcimus Johannem Schilinum Juris utriusque Doctorem, Brixienſem, hujus adornandæ editionis curam, & laborem ſuſcepiſſe. 2) Regiſtra Chartarum cum hujus, tum duorum præcedentium voluminum. Denique repertorium in hoc opus ſequenti clauditur ſubſcriptione: *Explicit repertoriū ſpeculi arte ac impenſa mgr̄i Bernardini de Tridino ex mōteferrato. Impreſſum Uenetiis. Anno. M. cccc. lxxxv. die vigeſima mēſis Auguſti. Regnāte illuſtriſſimo Uenetiarū duce Joanne Muʒenigo. Laus Deo.* Accedit Regiſtrum Chartarum. Non memini hujus editionis ab ullo Bibliographo factam eſſe mentionem. Et certe rara erunt exemplaria hujus editionis integra, cum diverſis annis per partes prodierit.

## XXXVIII. Nicolai de Tudeſchis, Archiep. Panormit. vulgo Abbatis Siculi Commentarii in quinque Libros Decretalium. Volumina IV. Norimbergæ per Antonium Koberger partim ann. 1485, partim ann. 1486. in Fol. magn.

Volumina hujus operis tot nnmeravi, quot ſunt ejus partes, quæ ſubſcriptionem habent cum nota anni, loci, & typographi. Volumen primum, commentaria exhibens in Lib. I. Deeretalium, duas in partes typographus diviſit. Ad calcem prioris partis legitur: *Domini abbatis ſiculi ꝑs prima ſup primo decretalium diligentiſſime emendata finit:* ad calcem vero poſterioris: *Exactū opus hoc videlicet ſecūda ꝑs decretaliū domini Nicolai ſiculi inclytis inſtrumentis famoſiſq3 litterarū characteribꝫ. Caſtigatū ꝓo hēs adeo (quātum humāe fragilitati poſſibile eſt) ut nihil ex omni ꝑte addēdū. Itaq3 imꝑſoria arte in Nurembergk ciuitate impiali (multū famoſa) impreſſū. Impēſis Antonii koberger inibi ciuē. Anno a natali xpiano. M. cccclxxxv. die Decembris ſecundo. Laus deo.* Similes ſunt ſubſcriptiones ad calcem reliquorum volumieum a typographo adjectæ. Quas proinde integras recitare opus non eſt. Porro *volumen ſecundum*, ſeu *lectura — ſup parte ꝑma libri ſecūndi decretaliū: — —* — finita eſt anno *M. cccclxxxvj. Indictōe .iiij pridie Id⁹ Januarij.* Volumen tertium, ſeu *ſecunda pars ſecundi decretalium libri — — M. cccclxxxvj. Indictione .iiij. Idus ꝓo Februarij .iij.* Volumen quartum, ſeu *lectura — ſup ꝑte tercia libri ſcd'i decretaliū — M. cccclxxxvj. Indictio.* (ſic) *iiij. die ꝓo. Marcij. xj.* Volumen quintum, ſeu *lecturꝗ — ſup tercio decretaliū libro — — M. cccclxxxv. Indictōne .iij. die ꝓo Decembrium vj.* Sextum denique volumen, commentaria complectens in quartum & quintum decretalium, duas in partes diviſum eſt, quorum pars prior terminatur hac ſubſcriptione: *Explicit lectura do. Abb. ſiculi ſup quarto libro decre-*

*decretalium. ſequit' lectura eiuſdem ſuper quinto.* Porro hoc volumen ſeu *lectura — ſuper quinto decretalium libro — —* e prælo exiit anno *M. cccclxxxvj. Indictione .iiij. Idus ℣o Aprilis. vj.* Voluminibus ſingulis adnexum eſt Regiſtrum Chartarum. Deſunt ubivis cuſtodes, ſignaturæ, & paginarum numeri. Paginæ vero inſcriptiones habent, e. g. *De accuſationibus, De homicidio &c.* Litteras initiales parvas typographus adjecit. Non ſatis adcurata eſt notitia, quam de hac editione nobis dedit noviſſimus auctor Catalogi librorum ab Antonio Koberger impreſſorum. (Leben Anton Koburgers eines der erſten und berühmteſten Buchdrucker in Nürnberg nebſt einem Verzeichniſſe aller von ihm gedruckten Schriften. Dresden und Leipzig — 1786. in 8.) Ad annum quippe 1486 auctor Catalogi refert etiam lecturam in librum tertium Decretalium, quæ jam anno 1485 impreſſa eſt & ab ipſomet ad hunc annum indicata. Fecit idem ante ipſum *Roederus* in Catalogo Lib. Sæc. XV. Norimb. impreſſorum. Sed hic quidem ubi lecturam eandem ad annum 1486. denuo recenſuit, obſervationem adjecit, eam jam anno 1485. fuiſſe excuſam.

## XXXIX. Publii Ovidii Naſonis Libri Faſtorum cum Commentariis Pauli Marſi Piſcinatis. Venetiis per Antonium Bactibovum 1485. in Fol.

Folium primum impreſſum in noſtro exemplari deeſt. Folium ſecundum incipit: *laborioſæ huic laudi noſtræ eſſent ingrati.* In eadem pagina *Ovidii Vita Per Paulum Marſum Piſcinatem Poetam. Cl.* Folio autem tertio, ſine ullo titulo, incipit opus cum commentariis. Illud charactere romano majori, hæc minori in extremis tribus marginibus ſunt impreſſa. Charta firma, alba, & nitida eſt. Paginas typographus ſignavit. Litteræ vero initiales librorum, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Libris ſingulis interpres præfixit Præfationem. In fine voluminis accedunt varia, nimirum emendatio quorundam locorum, & aſtrorum ratio, calendarium feſtorum ethnicorum, & Roberti Urſi Ariminenſis Epigramma in laudem interpretis. Tandem immediate ante regiſtrum chartarum ſequens legitur notitia: *Religioſæ Litterariæ Sodalitati uiminali & uniuerſæ academiæ latinæ ad uiuentium poſteror. q. uſum pau. marſi piſci. poe. romani fideliſſ. faſt. interpretationem ātonius bactibouis alexandrinus ue uetiis* (ſic) *īprimendam curauit anno ſalutis. M. ccccLxxxxv. die. xxvii. auguſti a conſtituta ſodalitate aū. vii. d. r. car. diui clæmē. tectore pont. firman. & neſtore maluis.* His denuo ſubjecta leguntur:

*Præfectis*

*Pomponio læto. P. Aſtreo & paulo marſo cenſoribus .ix. cal. ianuar.*

XL.

## XL. Bibliorum Germanicorum Pars 2da Argentorati 1485. in Fol.

Incipit a libro Proverbiorum, qui adpellatur **Das buch Der ſpruch.** Habet ſignaturas, foliorum numeros, & inſcriptiones paginarum. Caret vero initialibus litteris, & cuſtodibus. Litteræ germanicæ ſunt, eæque elegantiſſimæ. Liber ſecundus Machabœorum terminatur folio CCLXXXIII, pagina prima, columna prima, linea 10. In eadem columna **Hie hebet an die Vorred ueber Matheum.** Occurrunt hinc inde figuræ ligno inciſæ, & in noſtro quidem exemplari coloribus diſtinctæ. Ad calcem novi teſtamenti fol. CCCCLXIIII., pagina prima, columna ſecunda uberior legitur ſubſcriptio, quam integram recitavit Cl. Panzerus in litterariſcher Nachricht von den allerälteſten gedruckten deutſchen Bibeln &c. pag. 71. Ex eadem hic pauca adſcribam: **Diſz durch=leuchtigeſt werck — — — mit ſchönen (ſollte heiſſen ſehr elenden) figu=ren — — gedruckt in der löblichen keyſerlichen freyſtatt Straßburg. Nach der geburt criſti des geſetzes der genaden. vierzehenhundert vnd in dē fünff vn dachtzigſten iar vff montag der zweyt des mondes May vmb weſſlich volbringung ſey lob** &c. &c. Typographus ignotus eſt. Ceterum hæc bibliorum germanicorum editio ordine decima eſt ſecundum Cl. Panzeri mentem loc. cit.

## XLI. Deciſiones Auditorum Sacri Palatii Apoſtolici per Thomam Falſtoli collectæ, & impreſſæ Papiæ per Chriſtophorum de Canibus & Stephanum de Georgiis 1485. in Fol

In averſa primi folii pagina. *Johannes Aloyſius Tuſcanus d' Mediolano. Aduocatus cōſiſtorialis: Excellētiſſimo iuris utriuſq3 monarche & ſacre Theologie magiſtro: dn̄o Jahāni Franciſco de Pauinis de padua. magnis titulis mltplicit̄ decōrato. & cārum ſacri Palatii aplici Auditori celebratiſſimo. Salute3.* Folio ſecundo *Iſta ſunt ſummaria dubiorum deciſ. collecto4 per D. Thomā Faſtoli ſub cōgruis titulis collecto4 iuxta ordine3 decretalium.* Poſt hæc ſummaria in averſa pagina ejusdem folii columna quarta *Sequunt̄ deciſionū recollectarum per R. P. dn̄3 Bernardum de biſgneto.* Terminantur hæc ſummaria in averſa pagina folii quarti, columna quarta. In fronte folii 5, columnæ primæ hæc rubro colore impreſſa leguntur: *Iſte deciſiones que ſequūtur fuerunt extracte a quodam libro: quē dominus Thomas falſtoli compilauit ſuper ſtilo cauſarūm in palatio apoſtolico uertentium: dum ibidem erat auditor: quam compilationem recolegit* (ſic) *ex dictis auditorum illis temporibus ibidem palatium regentium.* In prima pagina, columna ſecunda folii 13. circa finem ſubſcriptio ſequens legitur: *Deciſiones ſiue ɔcluſiones. R. P. & dominorum ſacri palatii auditoru3 recollecte per. R. P. & dominum thomā falſtoli eiuſdem ſacri palatii tunc auditorem impreſſe Papie per Chriſtoforū de canibus & Stephanū de gregoriis. artis impreſſorie ɔſotios In. M. cccclxxxv. quarto*

*decimo klendas Auguſti Illuſtriſſimo & inuictiſſimo Diuo Johanne Galeaz maria ſfortia uice comite Inſubriuz Duce ſexto feliciſſimo imperante.* Interjecto exiguo ſpatio legitur in eadem columna: *Sequuntur deciſiones ueteres.* Porro deciſiones iſtæ incipiunt in averſa pagina folii ejusdem, ſuntque impreſſæ Papiæ per eosdem, ſed, ut ad calcem earundem legitur, prælo primum exierunt *decimo ſeptio calēdas Julias.* 1.4.8.6., ideoque integro ferme anno poſt deciſiones modo recenſitas. Illas recenſui ad ann. 1486. N. XII. Sunt igitur ambæ recenſiones inter ſe conferendæ. Neſcio quid cauſæ fuerit, cur Deciſiones iſtæ integro fere anno poſt modo recenſitas prodierint. Moles certe tanta non eſt, ut imprimi continuato per aliquot hebdomadas labore non facile potuerint. Conſtant enim non niſi novem plagularum faſciculis, ternis & quaternis, imo etiam duernis tantum.

## XLII. *Caſus breues decretalium.* Coloniæ per Johannem Kœlhoff. 1485. in Fol.

Verba *Caſus* &c. leguntur tantum in prima folii primi pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Duo ſequentia folia titulos librorum continent. Quarto folio opus ipſum incipit in duabus columnis gothico charactere impreſſum. Habet ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber quart⁹ De Sponſalibus in ant.* Caret vero numeris paginarum, initialibus litteris, & cuſtodibus. In fine plura leguntur ad operis, & hujus præſertim editionis commendationem. Clauditur hæc ſubſcriptio verbis iſtis: *artificio ac ovra Johannis koelhoff in alma ac floridiſſima vniuerſitate Colon̄. impreſſum eſt Anno domini M. cccc. lxxxv.*

## XLIII. *Leonardi* Bruni (vulgo *Aretini*) Hiſtoria ſuorum temporum. (floruit circ. ab ann. 1370 — 1444) Venetiis 1485. in 4.

In fronte opuſculi capitalibus literis impreſſum legitur: *Leonardus Aretinus De Temporibus Suis.* Tum immediate auctoris legitur Præfatio, quam in eadem pagina excipit ipſum opuſculum romano charactere firmiſſimæ chartæ impreſſum. Deſunt initiales literæ in fronte præfationis, & ipſius opuſculi cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Conſtat opuſculum tribus plagularum faſciculis ſignatis a. b. c. quorum primus quaternus, ſecundus duernus, tertius ternus eſt. In averſa pagina ternionis iſtius poſt lineam opuſculi quintam ſequens legitur ſubſcriptio capitalibus impreſſa literis:

*Finis Libelli De Temporibus : Leonardi Aretini. Impreſſus* (ſic) *Venetiis Anno. M.CCCC LXXXV. Die Vero. V. Februarii.*

His

His ſubjecta ſunt vel typographi, vel bibliopolæ inſignia. Illius nomen literis initialibus D P. indicatum eſt. Plures quidem hujus opuſculi laudantur editiones. Sic Fabricius Venetam anni 1475. Orlandi Florentinam anni 1480. auctor Cathalogi Biblioth. Barberin. pariter Florentinam anni 1488. excitarunt. Verum omnes iſtæ Sæculi XV. editiones ſubleſtæ ſunt fidei. Nulla hactenus, præter noſtram, certa mihi quidem innotuit. Doctiſſimus Muratorius de Scriptoribus Rerum Ital. nullam ex illis noverat, quin & noſtram hanc ignoravit, utpote qui editionem Lugdunenſem anni 1538. ut omnium primam excitavit.

## ANNO 1486.

**I. Opus Baldi de Statutis per Italiam obtinentibus ex diverſis Baldi operibus excerptum & alphabetico ordine diſpoſitum: nec non regulæ Baldi & Bartholi de ſtatutis. Accedunt Bartholi contrarietates, ſeu collectio locorum, in quibus Bartholus ſibi contradicit. Venetiis per Andream de Thoreſanis 1486. in Fol. magn.**

Præmiſſus eſt index operis, qui cum epiſtola ad lectorem, eidem indici adjectam, ex qua diſcimus Sigiſmundum Baldi pronepotem opus correxiſſe, & ſecundum alphabeti ordinem diſpoſuiſſe, tribus eſt foliis comprehenſus, folio quarto incipit ipſum opus gothico charactere eleganti, & luculento in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſum. Deſunt plerumque initiales litteræ primarum cujusvis ordine alphabeti occurrentis litteræ vocum, ſemper vero cuſtodes, paginarum numeri, earundemque inſcriptiones. Signaturas vero typographus adjecit. Ad calcem ſubſcriptio legitur hujus tenoris: *Famoſiſſimū opus Bal. circa materiā ſtatuto4 que cōmuniter conſueuerunt eſſe per Italiā ſparſim per ipm Bal. in diuerſis lecturis poſita & nunc ex eis in vnū per alphabetū collecta & ſub congruis lrīs & titulis ſituata: Nec non & regule eiuſdem Bal. & Bar. circa ipſa ſtatuta: Ac cōtradictiones Bar. in quibus ſibi ipſi contradicit etiam ex diuerſis lecturis collecte finit feliciter: Impſſum Uenetiis per Andreā de thoreſanis de aſula. Anno dñi. M. cccc. lxxxvj. die vo quinta Septembris.* Subjectum eſt *Regiſtrum chartarū*, idque breviſſimum hujus tenoris: *a b c d e f g h i k l m n o Unaqueq3 harum litterarū quaternū vnū comprehendit: demptis l. & m. quarū prima ternū: ſecunda vo duernū deſignat.*

## XXXI. Ciceronis opuſcula 1) de Fato. 2) Topica. 3) De Univerſitate cum Commentariis Georgii Vallæ. Venetiis per Antonium de Strata Cremonenſem anno 1485. in Fol.

Tria hæc opuſcula eodem charactere, romano nimirum pereleganti, eidemque chartæ impreſſa eandem quoque compacturam habent. Quare nullus dubito, quin ex eadem typographia eodem, quo indicavi ordine excuſa, prodierint. Duo priora ſignaturis a — f cohærent, & in fine poſterioris typographus expreſſe indicatur: *Topico℞ Ciceronis libellus cū cōmētario a dño Georgio valla placētino compoſito diligenter impreſſus eſt per Antonium de ſtrata cremonem.* (ſic) Tertii opuſculi folia ſignata ſunt litteris A, B, C: In fine vero hæc ſubſcripta leguntur: *Ciceronis libellus de uniuerſitate cū ſuo cōmētario a clariſſimo viro domino Georgio ualla placentino compoſito. diligentiſſime per Antonium de ſtrata cremonenſem uenetiis impreſſus eſt die. xi. Julii. M. cccclxxxv.* Accedit Regiſtrum Chartarum, quibus conſtant tria hæc opuſcula. Deſunt in hac editione cuſtodes, paginarum numeri, & inſcriptiones, litteras initiales parvas typographus adjecit. Opuſculum primum Georgius Valla Johanni Jacobo Trivultio ducali Secretario, exercitus Prætori, & Civi Mediolanenſi Primario, ſecundum Bernardo Salvatico Genuenſi Patricio, ſuo olim diſcipulo, tertium Hermolao Barbaro Veneto Patricio dedicavit, ſuntque ſingulis opuſculis præfixæ epiſtolæ dedicatoriæ. Textus Ciceronis elegantiſſimo charactere paulo majori eſt impreſſus. Maittaire Tom. I. ad h. a. excitavit *Georg. Vallæ in M. T. Ciceronis libros de Univerſitate Commentarium per Anton. de Strata Cremonenſem fol°. Venet.* 1485. De duobus aliis Ciceronis libris in hac editione contentis altum ſilet. In *Catalogo Librorum Rariſſimorum ab Artis Typographicæ inventoribus ad Annum MCCCCXCIX excuſorum, & in Bibliotheca Zapfiana extantium añ. MDCCLXXXVI.* pag. XXXIV. pariter non niſi liber de Univerſitate commemoratur. Weislingerus in *Armament. Cathol.* pag. 354. inſuper meminit Libri de Fato: de Topicis vero ſilet. Apud alios Bibliographos, qui mihi ad manus ſunt, nullam hujus editionis mentionem reperio. Merito igitur rarioribus libris accenſentur tria hæc opuſcula conjuncta.

## XXXII. Infortiatum cum Commentariis. Venetiis per Johannem, & Gregorium Forlivienſes, fratres, anno 1485. in Fol. magn.

Textus in duabus columnis charactere gothico paulo majori, eoque elegantiſſimo firmiſſimæ, àc præſtantiſſimæ chartæ eſt impreſſus: commentaria vero in quatuor marginibus longe minoribus, elegantibus tamen litteris impreſſi ſunt. Signaturas, & litteras initiales parvas typographi adjecerunt, cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Titulorum inſcriptiones ſunt

rubro colore impreſſæ, ſed iisdem litteris, quibus ipſe textus. In fine hæc leguntur: *Inſortiati venetiis Impreſſi: Arte & diligentia Joānis & Gregorii fratrum ſurliuieñ. hic finis. Anno ab incarnatione dñi M. cccc. lxxxxv. xv. nouembris.* Maittaire & Orlandi hujus editionis non meminerunt.

XXXIII. Alexandri de Imola Lectura in 2dam partem ff. novi. Venetiis per Johannem Herbort de Seligenſtat 1485. in Fol. magn.

Opus incipit paulo ante medium primæ primi folii columnæ: *De verborum obligationibus: Rrica.* Impreſſum eſt gothico charactere in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ. Habet ſignaturas, initiales litteras parvas, & paginarum numeros. Ad calcem voluminis hæc habentur ſubſcripta: *Explicit lectura Famoſiſſimi vtriuſq3 iuris doctōis dñi Alexandri Imoleñ ſup ſecūda parte ff. noui. Impreſſa venetiis p magiſtrū Joannē herbort de Silgēſtat alemani.* (ſic) *Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die. xiij. Julij.* Accedit in eadem columna Regiſtrum Chartarum.

XXXIV. Alexandri de Imola Apoſtillæ ad Bartolum ſuper 2da parte digeſti novi. Venetiis per Johannem Herbort anno 1485. in Fol. magn.

Exterior hujus operis facies eadem eſt, quæ operis immediate præcedentis. Deſunt tamen in hoc quidem opere paginarum inſcriptiones. In fine hæc ſubſcripta leguntur: *Finis apoſtillarū Alexandri Imolenſis ſup ſecūda parte. ff. noui. impreſſarū Uenetiis per Joānez herbort de ſilgēſtat. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die xvij. ſeptembris.* Accedit Regiſtrum Chartarum.

XXXV. Bartholi de Saxoferrato Conſilia, quæſtiones diſputatæ, & varii tractatus iuridici. Venetiis per Johannem & Gregorium fratres, Forolivienſes 1485. in Fol. magn.

Hæc Bartholi opera ſunt gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſa. Signaturas & initiales litteras parvas typographi adjecerunt. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine conſiliorum legitur: *Expliciunt Conſilia dñi Bartholi de ſaxoferrato legū docto. excellentiſſimi quoq numero ſunt. ccxlv. ꝗut ſuperius continentur. ꝛc.* Quæſtiones diſputatæ a tractatibus ſeparantur hac ſubſcriptione: *Expliciunt diſputationes dñi Bar. de ſaxoferrato legu3 interptis ꝛ ſunt numero. xviij.* In fine tractatuum ſeparato folio exhibetur *Tabula huius Uoluminis*, ſeu index opuſculorum contentorum. Ad hujus calcem legitur: *Finis Conſiliorum Diſputationu3*

*nec*

*nec nō Tractatuū domini Bar. de Saxoferato* (ſic) *legum doc. excellentiſſimi Impreſſorū venetiis per Johannes de forliuio. & Gregoriū frēs. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die vij. Marcij.* Accedit Regiſtrum Chartarum.

XXXVI. Alexandri de Imola Conſiliorum Juridicorum Volumina duo, tertium, & quartum. Mediolani per Johannem de Lignano 1485 in Fol. magn.

In fronte primæ primi ſolii columnæ *Conſilia tertii voluminis excellentiſſimi iuriſconſuldi. d. Alexandri tartagni Imolenſis incipiunt*, impreſſa charactere gothico pereleganti, & firmiſſimæ, at minus politæ chartæ. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. At folia typographus ſignavit. In fine tertii voluminis legitur: *Explicit nouiſſimum & numero* (ſc. *tertium*, quam vocem typographus omiſit) *conſilio4 volumen Alexandri tartagni Imolenſis accuratiſſime impreſſioni traditum per magiſtrum Johanem de lignano ſub anno M ccclxxxv. die quarto auguſti.* In eadem columna incipit tabula materiarum alphabetica, ad cujus calcem uberior legitur notitia cum ejusdem anni nota, ſed diei diverſa, nimirum *die ſecundo auguſti.* Accedit demum Regiſtrum Chartarum. Voluminis quarti eadem eſt exterior facies, quæ tertii. In fine legitur: *Explicit nouiſſimū & numero quartū conſilio4 volumē excellētiſſimi doctoris dñi Alexādri tartagni ymolenſis. Mi'i impreſſioni traditum impenſis per magiſtrū Johānē de lignano una cu3 tabula contentorū in eo ad laude3 auctoris & ſtudētiu3 cōmodū. Anno dñi. M. cccc. lxxxv. die ſecundo auguſti.* Accedunt tabula voluminis quarti, a Ludovico Bolignino Juris Profeſſore Banonienſi compoſita & Regiſtrum Chartarum, quæ ſeptem implent folia.

XXXVII. Guilielmi Duranti Speculum Judiciale cum Repertorio in idem, quatuor comprehenſum voluminibus. Venetiis per Bernardinum de Tridino diverſis annis impreſſum, nimirum ann. 1485. 1486. & 1489. in Fol.

Quatuor hæc volumina eodem charactere, gothico nimirum minus pinqui ſed pereleganti, eidemque chartæ ab eodem typographo in duabus columnis impreſſa ſunt. Quamvis igitur diverſis annis prodierint, placuit tamen hic ſimul omnia recenſere, cum non niſi conjuncta opus completum efficiant. Deſunt ubivis cuſtodes, paginarum numeri, & initiales litteræ. Cuſtodes vero, & paginarum inſcriptiones typographus adjecit. In extremi marginibus Joh. Andreæ, & Baldi additiones typis paulo minoribus impreſſæ ſunt. In fine primæ partis legitur ſubſcriptio ſequens: *Explicit prima pars ſpeculi dñi Guilelmi durantis cum additionibus Jo. Andree et. Bal. ſuis locis poſitis. Impreſſa venetiis ꝑ optimū ac diligētiſſimū in hac arte magiſtrum Bernardinū a Tridino qui ſalua*

*oiu3*

*oiuȝ pace ē inter ceteros amādus ac uenerandus ꝓpter ipſius in hac arte curaȝ in corrigendis operibus ac in imprimendo caraĉtere. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. die ꝓma Februarij.* Pars ſecunda impreſſa eſt — *Anno Domini. M. cccc. lxxxv. Die. xxviiij.* (29) *Decembriſ.* (ſic) Tertia & quarta pars unum efficiunt volumen ad cujus calcem legitur: *Explicit tertia & ꝗrta pars — — — Anno dmni.* (ſic) *M. cccc. lxxxvj. die. xvj. Februarij.* Accedunt 1) relatio, ex qua diſcimus Johannem Schilinum Juris utriusque Doctorem, Brixienſem, hujus adornandæ editionis curam, & laborem ſuſcepiſſe. 2) Regiſtra Chartarum cum hujus, tum duorum præcedentium voluminum. Denique repertorium in hoc opus ſequenti clauditur ſubſcriptione: *Explicit repertoriū ſpeculi arte ac impenſa mgr̄i Bernardini de Tridino ex mōteſerrato. Impreſſum Uenetiis. Anno. M. cccc. lxxxv. die vigeſima mēſis Auguſti. Regnāte illuſtriſſimo Uenetiarū duce Joanne Muȝenigo. Laus Deo.* Accedit Regiſtrum Chartarum. Non memini hujus editionis ab ullo Bibliographo factam eſſe mentionem. Et certe rara erunt exemplaria hujus editionis integra, cum diverſis annis per partes prodierit.

## XXXVIII. Nicolai de Tudeſchis, Archiep. Panormit. vulgo Abbatis Siculi Commentarii in quinque Libros Decretalium. Volumina IV. Norimbergæ per Antonium Koberger partim ann. 1485, partim ann. 1486. in Fol. magn.

Volumina hujus operis tot nnmeravi, quot ſunt ejus partes, quæ ſubſcriptionem habent cum nota anni, loci, & typographi. Volumen primum, commentaria exhibens in Lib. I. Deeretalium, duas in partes typographus diviſit. Ad calcem prioris partis legitur: *Domini abbatis ſiculi ꝑs prima ſup primo decretalium diligentiſſime emendata ſinit:* ad calcem vero poſterioris: *Exactū opus hoc videlicet ſecūda ꝑs decretaliū domini Nicolai ſiculi inclytis inſtrumentis famoſiſqȝ litterarū charaĉteribꝫ. Caſtigatū ꝟo hēs adeo (quātum humāe fragilitati poſſibile eſt) ut nihil ex omni ꝑte addēdū. Itaqȝ imꝑſoria arte in Nurembergk ciuitate impiali (multū famoſa) impreſſū. Impēſis Antonii koberger inibi ciuē. Anno a natali xpiano. M. cccclxxxv. die Decembris ſecundo. Laus deo.* Similes ſunt ſubſcriptiones ad calcem reliquorum volumieum a typographo adjectæ. Quas proinde integras recitare opus non eſt. Porro *volumen ſecundum*, ſeu *lectura — ſup parte ꝓma libri ſecūndi decretaliū:* -- — — finita eſt anno *M. cccclxxxvj. Indictōe .iiij pridie Id⁹ Januarij.* Volumen tertium, ſeu *ſecunda pars ſecundi decretalium libri — — M. cccclxxxvj. Indictione .iiij. Idus ꝟo Februarij .iij.* Volumen quartum, ſeu *lectura — ſup ꝑte tercia libri ſcd'i decretaliū — M. cccclxxxvj. Indictio.* (ſic) *iiij. die ꝟo. Marcij. xj.* Volumen quintum, ſeu *lectura — ſup tercio decretaliū libro — — M. cccclxxxv. Indictōne .iij. die ꝟo Decembrium vj.* Sextum denique volumen, commentaria complectens in quartum & quintum decretalium, duas in partes diviſum eſt, quorum pars prior terminatur hac ſubſcriptione: *Explicit lectura do. Abb. ſiculi ſup quarto libro decre-*

*decretalium. ſequit' lectura eiuſdem ſuper quinto.* Porro hoc volumen ſeu *lectura — ſuper quinto decretalium libro* — — e prælo exiit anno *M. cccclxxxvj. Indictione .iiij. Idus ꝟo Aprilis. vj.* Voluminibus ſingulis adnexum eſt Regiſtrum Chartarum. Deſunt ubivis cuſtodes, ſignaturæ, & paginarum numeri. Paginæ vero inſcriptiones habent, e. g. *De accuſationibus, De homicidio &c.* Litteras initiales parvas typographus adjecit. Non ſatis adcurata eſt notitia, quam de hac editione nobis dedit noviſſimus auctor Catalogi librorum ab Antonio Koberger impreſſorum. (Leben Anton Koburgers eines der erſten und berühmteſten Buchdrucker in Nürnberg nebſt einem Verzeichniſſe aller von ihm gedruckten Schriften. Dresden und Leipzig — 1786. in 8.) Ad annum quippe 1486 auctor Catalogi refert etiam lecturam in librum tertium Decretalium, quæ jam anno 1485 impreſſa eſt & ab ipſomet ad hunc annum indicata. Fecit idem ante ipſum *Roederus* in Catalogo Lib. Sæc. XV. Norimb. impreſſorum. Sed hic quidem ubi lecturam eandem ad annum 1486. denuo recenſuit, obſervationem adjecit, eam jam anno 1485. fuiſſe excuſam.

## XXXIX. Publii Ovidii Naſonis Libri Faſtorum cum Commentariis Pauli Marſi Piſcinatis. Venetiis per Antonium Bactibovum 1485. in Fol.

Folium primum impreſſum in noſtro exemplari deeſt. Folium ſecundum incipit: *laborioſæ huic laudi noſtræ eſſent ingrati.* In eadem pagina *Ovidii Vita Per Paulum Marſum Piſcinatem Poetam. Cl.* Folio autem tertio, ſine ullo titulo, incipit opus cum commentariis. Illud charactere romano majori, hæc minori in extremis tribus marginibus ſunt impreſſa. Charta firma, alba, & nitida eſt. Paginas typographus ſignavit. Litteræ vero initiales librorum, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Libris ſingulis interpres præfixit Præfationem. In fine voluminis accedunt varia, nimirum emendatio quorundam locorum, & aſtrorum ratio, calendarium feſtorum ethnicorum, & Roberti Urſi Ariminenſis Epigramma in laudem interpretis. Tandem immediate ante regiſtrum chartarum ſequens legitur notitia: *Religioſæ Litterariæ Sodalitati uiminali & uniuerſæ academiæ latinæ ad uiuentium poſteror. q. uſum pau. marſi piſci. poe. romani fideliſſ. faſt. interpretationem ātonius bactibouis alexandrinus ue uetiis* (ſic) *īprimendam curauit anno ſalutis. M. ccccLxxxv. die. xxvii. auguſti a conſtituta ſodalitate añ. vii. d. r. car. diui clæmē. tectore pont. firman. & neſtore maluis.* His denuo ſubjecta leguntur:

*Præfectis*

*Pomponio læto. P. Aſtreo & paulo marſo cenſoribus .ix. cal. ianuar.*

XL.

## XL. Bibliorum Germanicorum Pars 2da Argentorati 1485. in Fol.

Incipit a libro Proverbiorum, qui adpellatur Das buch Der ſpruch. Habet ſignaturas, foliorum numeros, & inſcriptiones paginarum. Caret vero initialibus litteris, & cuſtodibus. Litteræ germanicæ ſunt, eæque elegantiſſimæ. Liber ſecundus Machabœorum terminatur folio CCLXXXIII, pagina prima, columna prima, linea 10. In eadem columna Hie hebet an die Vorred ueber Matheum. Occurrunt hinc inde figuræ ligno inciſæ, & in noſtro quidem exemplari coloribus diſtinctæ. Ad calcem novi teſtamenti fol. CCCCLXIIII., pagina prima, columna ſecunda uberior legitur ſubſcriptio, quam integram recitavit Cl. Panzerus in litterariſcher Nachricht von den allerälteſten gedruckten deutſchen Bibeln &c. pag. 71. Ex eadem hic pauca adſcribam: Diſʒ durch= leuchtigeſt werck — -- — mit ſchönen (ſollte heißen ſehr elenden) figuren — — gedruckt in der löblichen keyſerlichen freyſtatt Straßburg. Nach der geburt criſti des geſezes der genaden. vierzehenhundert vnd in dē fünff vn dachtzigſten iar vff montag der zweyt des mondes May vmb wellich volbringung ſey lob &c. &c. Typographus ignotus eſt. Ceterum hæc bibliorum germanicorum editio ordine decima eſt ſecundum Cl. Panzeri mentem loc. cit.

## XLI. Deciſiones Auditorum Sacri Palatii Apoſtolici per Thomam Falſtoli collectæ, & impreſſæ Papiæ per Chriſtophorum de Canibus & Stephanum de Georgiis 1485. in Fol

In averſa primi folii pagina. *Johannes Aloyſius Tuſcanus d' Mediolano. Aduocatus cōſiſtorialis: Excellētiſſimo iuris utriuſq3 monarche & ſacre Theologie magiſtro: dño Jahāni Franciſco de Pauinis de padua. magnis titulis mľtplicit̄ decorato. & cārum ſacri Palatii aplici Auditori celebratiſſimo. Salute3.* Folio ſecundo *Iſta ſunt ſummaria dubiorum deciſ. collectoȝ per D. Thomā Faſtoli ſub cōgruis titulis collectoȝ iuxta ordine3 decretalium.* Poſt hæc ſummaria in averſa pagina ejusdem folii columna quarta *Sequunt̄ deciſionū recollectarum per R. P. dñ3 Bernardum de biſgneto.* Terminantur hæc ſummaria in averſa pagina folii quarti, columna quarta. In fronte folii 5, columnæ primæ hæc rubro colore impreſſa leguntur: *Iſte deciſiones que ſequūtur fuerunt extracte a quodam libro: quē dominus Thomas falſtoli compilauit ſuper ſtilo cauſarūm in palatio apoſtolico uertentium: dum ibidem erat auditor: quam compilationem recolegit* (ſic) *ex dictis auditorum illis temporibus ibidem palatium regentium.* In prima pagina, columna ſecunda folii 13. circa finem ſubſcriptio ſequens legitur: *Deciſiones ſiue ↄcluſiones. R. P. & dominorum ſacri palatii auditoru3 recollecte per. R. P. & dominum thomā falſtoli eiuſdem ſacri palatii tunc auditorem impreſſe Papie per Chriſtoforū de canibus & Stephanū de gregoriis. artis impreſſorie ↄſotios In. M. cccclxxxv. quarto*

*decimo klendas Auguſti Illuſtriſſimo & inuictiſſimo Diuo Johanne Galeaz maria ſſortia uice comite Inſubriuz Duce ſexto feliciſſimo imperante.* Interjecto exiguo ſpatio legitur in eadem columna: *Sequuntur deciſiones ueteres.* Porro deciſiones iſtæ incipiunt in averſa pagina folii ejusdem, ſuntque impreſſæ Papiæ per eosdem, ſed, ut ad calcem earundem legitur, prælo primum exierunt *decimo ſeptio calẽdas Julias.* 1.4.8.6., ideoque integro ferme anno poſt deciſiones modo recenſitas. Illas recenſui ad ann. 1486. N. XII. Sunt igitur ambæ recenſiones inter ſe conferendæ. Neſcio quid cauſæ fuerit, cur Deciſiones iſtæ integro fere anno poſt modo recenſitas prodierint. Moles certe tanta non eſt, ut imprimi continuato per aliquot hebdomadas labore non facile potuerint. Conſtant enim non niſi novem plagularum faſciculis, ternis & quaternis, imo etiam duernis tantum.

## XLII. *Caſus breues decretalium.* Coloniæ per Johannem Kœlhoff. 1485. in Fol.

Verba *Caſus* &c. leguntur tantum in prima folii primi pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Duo ſequentia folia titulos librorum continent. Quarto folio opus ipſum incipit in duabus columnis gothico charactere impreſſum. Habet ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber quart' De Sponſalibus in ant.* Caret vero numeris paginarum, initialibus litteris, & cuſtodibus. In fine plura leguntur ad operis, & hujus præſertim editionis commendationem. Clauditur hæc ſubſcriptio verbis iſtis: *artificio ac opa Johannis koelhoff in alma ac floridiſſima vniuerſitate Colon̄. impreſſum eſt Anño domini M. cccc. lxxxv.*

## XLIII. *Leonardi* Bruni (vulgo *Aretini*) Hiſtoria ſuorum temporum. (floruit circ. ab ann. 1370 — 1444) Venetiis 1485. in 4.

In fronte opuſculi capitalibus literis impreſſum legitur: *Leonardus Aretinus De Temporibus Suis.* Tum immediate auctoris legitur Præfatio, quam in eadem pagina excipit ipſum opuſculum romano charactere firmiſſimæ chartæ impreſſum. Deſunt initiales literæ in fronte præfationis, & ipſius opuſculi cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Conſtat opuſculum tribus plagularum faſciculis ſignatis a. b. c. quorum primus quaternus, ſecundus duernus, tertius ternus eſt. In averſa pagina ternionis iſtius poſt lineam opuſculi quintam ſequens legitur ſubſcriptio capitalibus impreſſa literis:

*Finis Libelli De Temporibus : Leonardi Aretini. Impreſſus* (ſic) *Venetiis Anno. M.CCCC LXXXV. Die Vero. V. Februarii.*

His

His ſubjecta ſunt vel typographi, vel bibliopolæ inſignia. Illius nomen literis initialibus D P. indicatum eſt. Plures quidem hujus opuſculi laudantur editiones. Sic Fabricius Venetam anni 1475. Orlandi Florentinam anni 1480. auctor Cathalogi Biblioth. Barberin. pariter Florentinam anni 1488. excitarunt. Verum omnes iſtæ Sæculi XV. editiones ſubleſtæ ſunt fidei. Nulla hactenus, præter noſtram, certa mihi quidem innotuit. Doctiſſimus Muratorius de Scriptoribus Rerum Ital. nullam ex illis noverat, quin & noſtram hanc ignoravit, utpote qui editionem Lugdunenſem anni 1538. ut omnium primam excitavit.

## ANNO 1486.

I. Opus Baldi de Statutis per Italiam obtinentibus ex diverſis Baldi operibus excerptum & alphabetico ordine diſpoſitum: nec non regulæ Baldi & Bartholi de ſtatutis. Accedunt Bartholi contrarietates, ſeu collectio locorum, in quibus Bartholus ſibi contradicit. Venetiis per Andream de Thoreſanis 1486. in Fol. magn.

Præmiſſus eſt index operis, qui cum epiſtola ad lectorem, eidem indici adjectam, ex qua diſcimus Sigiſmundum Baldi pronepotem opus correxiſſe, & ſecundum alphabeti ordinem diſpoſuiſſe, tribus eſt foliis comprehenſus, folio quarto incipit ipſum opus gothico charactere eleganti, & luculento in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſum. Deſunt plerumque initiales litteræ primarum cujusvis ordine alphabeti occurrentis litteræ vocum, ſemper vero cuſtodes, paginarum numeri, earundemque inſcriptiones. Signaturas vero typographus adjecit. Ad calcem ſubſcriptio legitur hujus tenoris: *Famoſiſſimū opus Bal. circa materiā ſtatuto4 que cōmuniter cōnſueuerunt eſſe per Italiā ſparſim per ipm Bal. in diuerſis lecturis poſita & nunc ex eis in vnū per alphabetū collecta & ſub congruis lr̄is & titulis ſituata: Nec non & regule eiuſdem Bal. & Bar. circa ipſa ſtatuta: Ac cōtradictiones Bar. in quibus ſibi ipſi contradicit etiam ex diuerſis lecturis collecte finit feliciter: Imp̄ſſum Uenetiis per Andreā de thoreſanis de aſula. Anno dn̄i. M. cccc. lxxxvj. die vo quinta Septembris.* Subjectum eſt *Regiſtrum chartarū*, idque breviſſimum hujus tenoris: *a b c d e f g h i k l m n o Unaqueqʒ harum litterarū quaternū vnū comprehendit: demptis l. & m. quarū prima ternū: ſecunda vo duernū deſignat.*

II. Libri tres Ariſtotelis de Anima. Cum Commentariis Cajetani Thienenſis. Vincentiæ impreſſ. impenſis Henrici de Sancto Urſo 1486. in Fol.

In averſa primi folii pagina leguntur *Tituli queſtionum libri de anima Ariſtotelis*, impreſſi gothico charactere minuto, & minus pingui in duabus columnis, ut ipſum opus, quod ſecundo ſtatim folio incipit. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, paginarum numeris. Habet vero ſignaturas, & paginarum inſcriptiones. In fine leguntur ſequentia: *Preclariſſimi philoſophi Gaetani Thienenenſis Vicentini: cōmento in tria volumina A4. de Anima deo fauente maximo finis impoſitus eſt Henrici de ſancto Uſo* (ſic) *impenſa ingenioq3 diligenter impreſſo & ſollerti cura emendato: Viceñ. Anno ab incarnatione domini. M. cccc. lxxxvi. xi. Cal. octobris.*

III. Gaietani de Thienis 1) Quæſtio de ſenſu agente. 2) De ſenſibilibus communibus. 3) De intellectu ſeu potius perpetuitate intellectus. 4) Johannis de Gandavo expoſitio ſuper libro de ſubſtantia orbis. 5) Ejusdem quæſtiones ſingulares ſuper eodem libro. Vicentiæ per Henricum de Sancto Urſo anno 1486. in Fol.

Opuſcula hæc ſunt iisdem typis, eidemque chartæ impreſſa cum opere immediate præcedenti. Cetera quoque omnia, præter inſcriptiones paginarum, quæ deſunt, ſunt eadem, quod externam ſpectat formam. Prodierunt autem in lucem paulo poſt opus immediate præcedens, ſc. *xvij. Cal. nouembris.* Signaturæ paginarum cum ſignaturis operis præcedentis etiam cohærent ita, ut tria prima horum opuſculorum folia ſint ultima quaternionis *n*, cujus quinque priora ſunt ultima operis præcedentis. Subſcriptio adjecta operi n. 5. hujusmodi eſt: *Subtiliſſimis ac difficillimis queſtionibus in libellu3 commentatoris de ſubſtantia orbis a ſolertiſſimo phyſice veritatis indagatore Joanne de Gandauo compilatis. Deo optimo maximoq3 fauente finis feliciter impoſitus eſt: impēſa ingenioque Henrici de ſancto Urſo ſumma cum diligentia impreſſa vincentie annis dñi ab incarnatione. M. cccc. lxxxvj. Cal. nouembris.* Subjecta ſunt typographi inſignia.

IV.

**IV.** *Proſper de uita cõtẽplatiua de uita actuali deq̃ȝ uitiis ãnexis uir utibus*, vulgo S. Proſperi Aquitanici, Reginenſis Epiſcopi Libri tres de vita contemplativa. Anno 1486. ſine mentione loci & typographi in 4.

Quæ tituli loco recitavi, leguntur in prima primi folii pagina charactere gothico majuſculo impreſſa, & nihil aliud in hoc folio. In prima ſecundi folii columna *In Dei ſummi opificis nomine /. incipit p̄fatio libri bt̄i Proſperi de vita ↄtẽplatiua & norma eccleſiaſticorum;* Hanc excipiunt tituli capitum libri primi. Libris etiam ſecundo & tertio præfixi ſunt tituli capitum. Sunt vero in duabus columnis gothico charactere ſatis luculento præſtanti chartæ impreſſi. Paginas typographus ſignavit, idemque initiales litteras parvas adjecit, & in ſuperiori margine librum & capitulum indicavit gothico charactere majuſculo. Cuſtodes & paginarum numeri deſunt. In prima folii impreſſi 49, ejusque ultimi columna paulo ante medium hæc leguntur impreſſa: *Expliciuut* (ſic) *tres libri Proſperi! doctoris p̄clariſſimi! materiam cuiq̃ȝ valde vtilẽ atq̃ȝ neceſſariam. ſtilo mſ'tũ facũdo* (*de vita ſcȝ ↄtẽplatiua! de vita actuali deq̃ȝ v̄tutibꝫ ac vitiis*) *ſatis ſuccicte tractãtes. Anno nr̃e ſalut. M. cccc'xxxvj.* Excitavit hanc editionem Weislingerus in *Armamentario Catholico* ad eundem ann. pag. 384. quin lectorem monuerit, jam pridem a doctiſſimis viris Labbeo, Chriſtiano Lupo, Dacherio, Sirmondo, Queſnello, aliisque tres hosce libros S. Proſpero abjudicatos, & Juliano Pomerio attributos fuiſſe. Conf. *Caſimiri Oudini Commentar. de Scriptoribus Eccleſ. Tom. I.* Coll. 1193. ſeqq.

**V.** Pars tertia & quarta ſpeculi Judic. Guilielmi Duranti. Venetiis per Bernardinum de Tridino anno 1486. in Fol.

Volumen hoc pars eſt editionis integri ſpeculi ad annum 1485. N. XXXVII. recenſitæ.

**VI.** Nicolai de Tudeſchis — vulgo Abbatis Siculi — Lecturæ in libros quinque Decretalium — ſc. Pars I. P. II. P. III. in Librum 2dum — item in Librum IV. & V. Norimbergæ per Antonium Koberger 1486. in Fol. magn.

Pertinent hæc volumina ad editionem commentariorum in Decretales, quam recenſui N. XXXVIII. ad annum 1485.

VII. Perſii Satyræ cum Commentariis Johannis Britanici Brixienſis. Per Jacobum Britannicum Brixiæ 1486. in Fol.

In averſa primi folii pagina *Joannes Britannicus Brixianus Senatui Populoque Brixiano Salutem* dicit. Epiſtolam hanc dedicatoriam excipit *Vita Perſii*. Demum, quid rei ſit Satyra, non nihil uberius explicatur. Folio tertio Satyræ cum Commentariis incipiunt. Tam illæ, quam hæc ſunt romano charactere pereleganti impreſſa, illæ majori, hæc minori. Paginas typographus ſignavit, idemque initiales Litteras plerumque adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In averſa ultimi folii pagina hæc impreſſa leguntur: *Impreſſum Brixiæ per Jacobum Britannicum Brixianum anno domini. M. cccc. lxxxvi. die. xvii. Februarii.* His ſubjecta typographi inſignia. Harwood (Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der Griechiſch. und Römiſchen Klaßiker &c.) Johannis Britannici Commentarios in A. Perſii Satiras. Venet. 1482. & 1494. excitavit. De præſenti vero editione nihil habet; licet eam Maittaire jam excitaverit; niſi forte eam deſignavit interpres, ubi inter editiones ſine commentariis meminit editionis Brixienſis ann. 1486. in Fol.

VIII. Juvenalis Satiræ cum Commentariis Georgii Vallæ. Venetiis per Antonium de Strata 1486. in Fol.

In fronte operis *Illuſtri Viro Johanni Tuccio Pannonico. Georgius Valla Salutem Dicit Plurimam.* Epiſtolam hanc in averſa ſecundi folii pagina exeipit interpretis Prohemium, in quo hujus operis a ſe ſuſcepti rationem reddit. Folio tertio opus ipſum incipit romano charactere, textus majori, commentaria minori impreſſum. Paginas typographus ſignavit, idemque initiales litteras adjecit. Cuſtodes vero & numeri paginarum deſunt. Inſcriptiones paginarum hujusmodi ſunt: *Satyra Prima, Satyra Secunda* &c. In fine ſubſcriptio ſequens legitur: *Finis in Decio Junio Juuenale Aquinate cōmētarii dñi Georgii Vallæ Placentini Impreſſi Venetiis per magiſtrum Antoniū de Strata Cremonenſem anno dñi M. cccclxxxvi. die. VIII. Nouēbris. Auguſtino Barbarico imperante.* Omiſit hanc editionem Harwood, licet a Maittairio jam excitatam.

IX. Summa S. Antonini Theologica, cum indice Quintuplici. Norimbergæ per Anton. Koberger 1486. & 1487. Voll. 5. in Fol. magn.

Opus iſtud gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum eſt. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes, ſignaturæ, paginarum numeri. In ſuperiori paginarum margine tituli & capitula eorundem indicantur e. g. *Titulus VIII. Capitulum III.* Ad calcem partis primæ, ſeu primi voluminis ſequen-

ſequentia leguntur: *Hic prime partis Summe Antonini. ordinis predicatorum fratris clariſſimi: archipreſulis florentini finis extat. ſolerti cura emendate. opera ac impenſis Anthonii koberger Nuremberg impreſſe: Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto currente natiuitatis dominice anno. xvj. ꝟo kls Auguſti. vñ deo omnium donanti. gratiaꝝ infinitas (juxta moduluꝫ noſtrum) referimus actões.* His ſubjecta de auctore notitia: *Obiit idem ſacre ſcripture interpres. Anno legꝭ gratie: Milleſimo quadringentiſimo quiquageſimo nono. vi. nonas Maij. cuius epithaphiuꝫ ſepulture hoc eſt affixum:*

*Hic eſt ille tuus paſtor florentia: pro quo*
*Non ceſſas meſto ſpargere rore genas.*
*Patribus haud priſcis. pietate Antoninus*
*Impar:* (ſic) *qui ſcripſit quidquid litera ſacra docet.*

Accedit regiſtrum Chartarum, ſeu quaternorum quale ceteris etiam voluminibus adjectum eſt. Volumen ſecundum, ſeu Pars ſecunda *Anno incarnationis dominice. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto. Septembris ꝟo kl's. v.* — Pars tertia *Anno ſalutis. M. cccc'xxxxvj. Menſis ꝟo decembris. kl'. xiiij.* Pars quarta *Anno ſalutis Milleſimo q̄dringenteſimo octuageſimo ſeptimo Idus ꝟo. ii. menſi februarij.* Pars quinta demum ſeu *Tabula quintuplex totius Sūme venerabilis domini Antonini compilata ꝑ dominum Johannē molitoris fratrem ordinis predicatorum conuētus colonienſis. Impreſſa ac iteꝝ atqꝫ iterum a nouo emēdata ī officina ſagacis uiri Anthonii koberger Nurēbergenſis Anno legis gratie Milleſimo octuageſimo ſexto die ỏo. x. kl's Auguſti. Laus deo.* Auctor des Leben Anton Koburgers — Dreſden und Leipzig 1786. in Catalogo librorum a Koburgero impreſſorum ad annum 1486. ſolam excitavit tabulam hanc, de partibus vero Summæ I. II. & III. eodem anno impreſſis altum ſilet. Mirum profecto, cum *Roederus* in *Catalogo Librorum Sæc. XV. Norimbergæ impreſſorum* annis amplius quadraginta ante ipſum ſingulas haſce partes diſtincte recenſuerit.

## X. Speculum Doctrinale Vincentii Bellovacenſis, Ord. Præd. Norimbergæ per Anton. Koburger 1486. in Fol. max.

Opus hoc gothicis litteris firmiſſimæ & maximæ chartæ in duabus columnis impreſſum eſt. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes, ſignaturæ, numeri paginarum. In margine ſuperiori primæ cujusvis folii paginæ typographus librum deſignavit, e. g. *Liber Tercius, Liber Septimus* &c. In fine hæc ſubſcripta leguntur: *Speculū doctrinale vincentii beluacen̄. fris diui ordinis p̄dicatoꝝ in regia impialiqꝫ ciuitate Nurembergk: expēſis itaque & ſolertiis ſpectabilis viri Anthonii kobergers inibi ciuis & incole his ereis figuris effigiatū: caſtigatū: emendatuꝫ ac fauſtiſſime ꝑ ornatū finit. Anno a natali xp̄iano. M. ccccixxxxvj. kl's. xvij. aprilis.* Interjecto exiguo ſpatio legitur denuo: *Summe & indiuidue trinitati. Jeſu chriſti crucifixe humanitati eiuſqꝫ glorioſiſſime matri Marie ſit laus; honor & gloria ꝑ infinita ſecula ſeculoꝝ Amen.* Auctor des Leben Anton Koburgers —

Dreſ-

Dresden und Leipzig 1786. in Catalogo operum a Koburgero impreſſorum ad annum 1486. N. jjj. citat *Vincentii Belluac. Speculum doctrinale cum figg.* (figuris *ereis.* At nullæ in hoc opere occurrunt figuræ æreæ. Videtur ille verba ſubſcriptionis: *his ereis figuris effigiatum* &c. non recte intellexiſſe. Non enim aliud per *ereas figuras*, quam litteras ex ære fuſas, quibus hic liber impreſſus eſt, oportet intelligere.

XI. Michaelis Savonarolæ Medici practica de Ægritudinibus. Venetiis per Andream de Bonetis de Papia 1486.

Præmiſſa eſt auctoris *Ad Sigiſmundum Polcaſtrum Uirum quippe ingenioſiſſimum operi practico deditum amicum optimum* Præfatio. Hanc excipit tabula materiarum, terminata in prima tertii folii pagina, columna ſecunda. Folio quarto opus ipſum incipit gothico charactere in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Signaturas vero, & litteras initiales parvas typographus adjecit. In fine præter alia hæc leguntur: *Michael Sauonarola Patauinus ordine equeſtri hieroſolimitanorum phiſicus & medicus clariſſim⁹ hoc diuinum medicine opus edidit.* Hæc verba excipit *Regiſtrum* Chartarum. Demum hæc leguntur: *Uenetiis per Andream de Bonetis de Papia. x. Maii. M. cccclxxxvi. Laus Deo. Finis.* Papiæ hoc anno impreſſum fuiſſe iſtud opus adfirmat Orlandi pag. 42. & 189. Sed errorem hunc ab aliis etiam bibliographis admiſſum jam animadvertit Maittaire ad h. a.

XII. *Explitiunt cõcluſiones: ſiue deciſiões tam noue q̄ ueteres de conſiliis Uenerabiliũ uirorũ dominoꝝ ſacri palatii apl'ici cauſaꝝ auditoruꝫ: De tẽpore quo reuerediſſimus pater dominus Bernardus de biſgneto: ſancte romane eccl'ie cardinalis: uir utiqꝫ magne ſcientie & clari intellectus: erat eiuſdem palatii cãrum auditor: Per eundeꝫ dominũ Bernarduꝫ de biſgneto recollecte: Et per Johanneꝫ de molendino de benignitate ſedis apoſtolice p̄dicte: rectorẽ parochialis eccl'ie ĩ lemmeſel rigenſ dioceſ ſcripte. Anno dñi. M. ccc. lxxvij. Pontificatus dñi Gregorij pape .xi. anno eius ſeptimo: Impreſſe Papie per Criſtophorũ de canibus & Steffaninũ de georgiis artis ĩpreſſorie conſotios ſolertiſſimos cura & impeſa nobilis uiri Gaſparini de ſiabertis ciuis papienſis decimo ſeptimo calẽdas Julias 1.4.8.6. Dominãte Ill^mo & excellentiſſimo diuo Joh' galeaꝫ maria Sfortia uicecomite Inſubriũ. Duce ſexto feliciſſimo.*

*ciſſimo Ad optimi maximi eterniq̃3 dei nec non eius matris uirginis ītemerate laudem & gloriam. Laus Deo.* in Fol.

Verba modo recitata leguntur ad calcem operis, quòd gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ, & amplis inſtructæ marginibus impreſſum eſt. Paginas typographus ſignavit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Ceterum conferantur dicta ad annum 1485, N. XLI. quo operis hujus pars prior prodiit, cum hac parte intimo nexu cohærens.

XIII. *Incipit lectura excellētiſſimi iuris vtriuſq̃3 interp̄tis dñi Anto. de butrio a titulo de trāſla. prela vſq̃3 ad ti. de offi. dele. ſup quibus titulis dñs Abbas nō ſcripſit. vel ſi ſcripſit reperire poteſt nemo.* Norimb. per Anton. Koburger 1486. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii columna. Eſt enim hoc opus gothico charactere ſatis luculento in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum. Habet inſcriptiones paginarum, e. g. *De filiis preſby.* — *De corpore viciatis*, & plerumque initiales litteras parvas. Caret vero ſignaturis, cuſtodibus, numeris paginarum. In fine uberior legitur ſubſcriptio, ex qua hæc pauca adſcribam: *Lectura — — Antonij de butrio — Antonij koberger — labore — — his metallicis literis elaborata — ·· finem cepit. Anno ſalutis. M. cccclxxxvj. iij. kl's Februarii* &c. Accedit *Regiſt3 q̄terno4.*

XIV. Rhazis, ſeu Abubecher Muhammed ben Sacharia Al-Raſi, Medici Perſæ, Sæc. X., Liber, dictus *Elchavi*, i. e. *Continens*, ſcilicet complectens omnia, quæ ad Medicinam ſpectant. Brixiæ per Jacobum Britannicum. 2. Voll. 1486. in Fol.

In fronte primi voluminis *Joannes Britannicus Brixianus Magnifico & ſplendidiſſimo Comiti Petro Gambarenſi ſalutem* dicit. Diſcimus ex hac epiſtola, Petrum Comitem Gambarenſem curaſſe, ut opus iſtud, quod *jam multis veluti ſepultum ſeculis in hunc uſque diem latuit*, protraheretur in lucem, & facta duorum exemplarium in *diverſis Italiæ partibus* repertorum diligenti collatione per Johannem Bugatum, Phyſicum Brixienſem, emendatum prælo pararetur. In averſa pagina primi ejusdem folii legitur Prologus ſeu introductio in opus ſequens, in quo cum de opere ipſo, tum de translatione ejusdem ex arabico in latinum juſſu Caroli Jeroſolymæ, & Siciliæ regis a quodam viro arabicæ & latinæ linguæ perito facta, & poſthac a pluribus medicis examinata, atque adprobata diſſeritur. Duobus ſequentibus foliis viginti quinque librorum, quibus

conſtat opus integrum, argumenta breviter indicantur. Folio quarto demum opus ipſum incipit gothico charactere in duabus columnis chartæ plane firmiſſimæ impreſſum. Signaturas, & plerumque etiam initiales litteras parvas ipſe typographus adjecit. Deſunt vero numeri paginarum, & cuſtodes. In ſuperiori margine liber indicatur, e. g. *Liber primus*, vel *Liber .iiii.* In fine primi voluminis hæc tantum leguntur: *Et ſic eſt finis libri .xij. Ad laudem dei amē.* Initio voluminis ſecundi legitur: *Incipit liber .xiij. de apoſtemate appellato ſquiros.* Ad calcem ejusdem: *Explicit liber .xxv. elhauy .i. cōtinētis in medicina quē ꝯpoſuit Bubikir ʒacharie errafis filius: traductus ex arabico in latinū. ꝑ magiſtrū medicū ſalerni iuſſu excellētiſſimi regis Karoli glorie gētis chriſtiane corone filioꝝ baptiſmatis & luminis peritoꝝ.* Accedunt *expoſitiōes ſimpliciū medicinarū*, ad quarum calcem legitur: *Impreſſum Brixie per Jacobum Britannicum Brixianum. Die xviij. Menſis octobris. M. cccc. lxxxvj.* Orlandi & Maittaire editionem citarunt ſub titulo: *Abuchare Mugamel inſignis medici opera* — quod minime adcuratum eſt. Plura enim idem auctor conſcripſit opera, recitata ab Hambergero in zuverläßigen Nachrichten &c. Thl. III. pag. 716. & 717. qui editionem hanc ignoravit. De Bure in *Bibliographie Inſtructive - Jurisprudence, Sciences & arts* — pag. 470. Citavit ſub titulo: *Helcavii Liber, continens Artem Medicinæ: Authore Abuchare-Mugamet Medico, Filio Zachariæ Raſis, ex Arabico Latine. Brxie, anno* 1486. 2. *Vol. in Fol.* At ne hanc quidem notitiam, quæ typographi nomen non habet expreſſum, eſſe ſatis adcuratam patet.

## XV. Carmina 1) *Tibulli* cum commentariis Bernardini Veronenſis. 2) *Catulli* cum commentariis Anthonii Parthenii. 3) Propertii cum Commentariis (in loca quædam difficiliora) Domitii (ſc. Calderini) Brixiæ per Boninum de Boninis 1486. in Fol. min.

Opera hæc eodem quidem anno, ſed diverſis menſibus ſunt impreſſa, habentque ſingula peculiares ſubſcriptiones. Quare haberi ſeorſim poſſunt. Iisdem etiam ſunt litteris impreſſa: Carmina quidem majoribus, & ſatis luculentis, commentaria minoribus, Romanis utrisque. In noſtro exemplari unum volumen efficiunt. Signaturas, & plerumque initiales litteras parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Ad calcem Tibulli legitur: *Brixiæ impreſſum per Boninū de Boninis de Raguſia anno ſalutis. M. CCCC. LXXXVI. die xviii. Februarii.* In prima pagina folii ultimi ternionis h legitur *Regiſtrum*, ſc. Chartarum. Folium primum commentariorum in Catullum vacuum eſt. In prima autem ſecundi folii pagina *Jacobus Comes iuliarius Veronenſis ſuo Parthenio* (Anthonio ſcilicet Parthenio, Commentariorum iſtorum auctori) *ſalutem*, ſuamque de hac lucubratione ſententiam dicit. In averſa pagina folii ejusdem *Antonius Parthenius Laciſius Veronēſis*

*Julio*

*Julio Pōmonio ſalutē.* Epiſtolam hanc excipit ejusdem præfatio, & *Catulli Vita.* Folio quarto demum opus ipſum incipit. Ad calcem ejusdem, ſeu in prima ſeptimi folii quaternionis *i* pagina legitur: *Brixiæ impreſſum per Boninum de Boninis de Raguſia. M. CCCC. Lxxxvi. xi. kal. Maias.* His denuo ſubjecta ſunt ſequentia: *a. b. c. d. e. f. g. h. i. tutti ſono terni excepto. i. che e quaderno.* (ſic) In averſa ejusdem folii pagina commentatoris ad lectorem epilogus legitur. Propertii carminibus præmiſſa eſt *Vita Propertii* averſam primi folii paginam, ſeu partem eiusdem potius tertiam circiter occupans. Folio ſecundo incipit *Propertii Aurelii nautæ poetæ clariſſimi Elegiarum liber primus. ad Tullum.* In fine vero hæc tantum leguntur: *Propertii Aurelii nautæ poetæ finis. Impreſſum Brixiæ per Boninum de boninis de Raguſia Anno ſalutis. MCCCCLXXXVI. xvii. Chalendas* (ſic) *Apriles.* Minus adcuratæ ſunt notitiæ, quas de hac editione dederunt Maittaire ad h. a. & Harwoodi interpres. Atque hic quidem ex una plures feciſſe editiones videtur. Nam pag. 176. habet: *Catullus, Tibullus & Propertius cum elucubrationibus Domitii Calderini &c. Bonon. Per Boninum de Boninis.* 1486. *Fol.* item *Catullus, cum Comment. Parthenii, Tibullus item & Propertius cum notis, Brixiæ* 1486. *Fol.* Pagina vero 178. denuo habet: *Domitii Calderini Elucubrationes in Catullum, Tibullum & Propertium, Brixiæ* 1486. 4*to.* Videntur diverſæ editiones ex noſtra unica enatæ fuiſſe.

## XVI. Liber ſextus Decretalium cum Apparatu Johannis Andreæ, Norimbergæ per Antonium Koburger 1486. in Fol.

Textus in duabus columnis charactere paulo majori, Apparatus, ſeu Commentaria in extremis marginibus longe minori, utroque gothico impreſſa ſunt. Cuſtodes, numeri, atque inſcriptiones paginarum, nec non, in textu quidem, initiales litteræ plerumque deſunt: ſignaturas vero, & in commentariis initiales litteras parvas typographus adjecit. In fine rubro colore ſequentia leguntur impreſſa: *Preſens huius ſexti decretaliū. Bonifacii pape octaui ꝑclar4 opus: vna cū apparatu dñi Johānis andree impēſis anthonii koberger induſtrie Nurembergē ē cōſūmatū. Anno dñi milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto: xij. Ydus Julij.*

## XVII. Clementinæ cum Apparatu Joh. Andreæ. Norimb. per Anton. Koburger 1486 in Fol.

Operis hujus exterior forma prorſus eadem eſt, quæ operis immediate præcedentis. Ad calcem rubro pariter colore hæc ſubſcripta leguntur: *Clementinarum opus ꝑutile enucleatius caſtigatū eliminatumq3 impenſa atq3 induſtria ſingulari Antonii koberger nuremberge impſſum feliciter explicit Olympiadibus dñicis. M. cccclxxxvi. xv. Marcij.* In averſa pagina incipit Bulla: *Exivi de Paradiſo, dixi: rigabo hortum* &c. quæ Clementinis alias etiam adnecti ſolet.

XVIII. Miſcellanea Hiſtorica ad illuſtrandas Religionis Chriſtianæ origines in Germania ac Suevia potiſſimum inſervientia, cum pluribus aliis anecdotis ad hiſtoriam Sueviæ ſpectantibus. Accedit Chronicon, ſeu brevis adnotatio rerum inde a Carolo Magno usque ad annum 1462 in Germania geſtarum. Theodiſce. Ulmæ per Conradum Dinckmut 1486. in Fol. min.

Incipit hoc opus verbis, charactere majuſculo impreſſis: N (In) Gottes namen Amen. Tum immediate ſequitur brevis relatio eorum, quæ in hoc opere continentur, terminata in prima pagina folii impreſſi ſecundi, linea 20. Opus germanicis eſt litteris impreſſum. Occurrunt in eo paſſim figuræ ligno inciſæ, quæ ad illuſtrandas hiſtorias pertinent. Initio miſcellaneorum, nec non Chronici typographus initialem litteram magnam ligno inciſam poſuit. Sed initio ſectionum minorum initiales litteræ deſunt. Deſunt etiam ubivis cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Easdem tamen typographus ſignavit, In fine horum miſcellaneorum, paulo poſt medium paginæ primæ folii impreſſi quinquageſimi auctor hujus collectionis ſe ipſum manifeſtat, & tempus etiam indicat, quo liber hic primum deſcriptus eſt: ich Thoman (ſic) Lirer geſeſſen zů Ranckweil das do gehårt zů dem ſchloß vñ herrſchafft Felltkirch hab diſe ding den merern tail geſehen. vnd auch vil an frumen leůten erfragt vnd erfarn. an warhafften herren rittern vnd knechten die mich des gar warlich vnderricht habent. dañ ich auch meins gnådigen herren von Werdenberg knecht bin geweſen vnd mit ym auß gefaren gen Portigal. vnd mit ym wider haim komen. vnd iſt das bůch zům erſten ab geſchriben worden in dem als man zalt von der geburt Criſti xi. hundert vnd im .xxxiiij. iar an ſant Oſwalts tag. Chronicon incipit folio 51 verbis N (In) Gottes namen Amen. ¶ Diſe Cronig iſt gemacht auff das aller kůrzeſt &c. Præcipua antiquioris hiſtoriæ capita pauciſſimis attinguntur, & folio ſtatim 52 circa medium primæ paginæ chronicon Imperatorum inde a Carolo M. incipit. Ipſum etiam hoc chronicon breviſſimum eſt: utpote jam terminatum in prima folii 64. pagina. Ultimo loco narratur urbis Moguntiæ occupatio, quæ contigit anno 1462, ut notum eſt. Demum hæc leguntur ſubſcripta: Nach der gebůrt Criſti vnſers herren. M. cccc. lxxxvj. iar. an dem. xij. tag des Jeners ward diſe Cronigk getruckt von Cůnrad Dinckmut zů Vlm. Maittairius ad h. a. tria refert Chronica germanica anno eodem Ulmæ (non addito typographi nomine) excuſa, & unum quidem ſub titulo: *Thomæ Lyreri Chronicon Suecico* (Suevico) *Germanicum* 1486. Hoc etiam, pariter ſine nomine typographi Dinckmut, Orlandi excitavit. Neuter adcuratam de noſtro hoc opere notitiam habuiſſe videtur. Nec apud alios bibliographos adcuratiorem me reperiſſe memini, Cl. Panzerum in Annalen der åltern deutſchen Literatur pag. 160. & 161. ſi excipias.

XIX.

## XIX. S. Vincentii Ferrerii ord. Præd. Tractatus de fine mundi. Accedit Tractatus de præſenti, tum quidem, Turcarum adverſus Chriſtianos perſecutione. Theodiſce. Sine loci & typographi nota 1486. in 4.

Ambo hi tractatus, germanicis litteris ſat pinguibus & luculentis chartæ firmæ quidem, ſed parum politæ, & albæ impreſſi, ita cohærent, ut ſeparari non poſſint. In prima enim ejusdem folii, trigeſimi nimirum ſecundi, pagina tractatus prior terminatur, in averſa autem poſterior incipit. Initialis littera ſingulorum tractatuum magna & florens eſt ligno inciſa. Signaturæ, cuſtodes, numeri & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine prioris legitur: Hie hat ein ende die predig ſant Vincencij prediger ordens von dem ende der welt. Der da geheyliget iſt worden. Do man zalt nach Criſti gepurt. M. CCCC. vnd in dem .lv. Jare. Ad calcem vero poſterioris: Hie endet ſich der Tractat geſamlet nach der gepurt Criſti. M. CCCC. lXXIIII. jare van etlichen prudern prediger ordens vō der gegenwertigen Durchächtung der Criſtēheyt angethan von den Türcken erklärend durch bewärte geſchr ifft wie ſy vor bezaichnet vnd gemerckt ſey. vnnd von was ſünd wegen der criſten ſy ſey angethan. vñ wān ſy werd ein end haben. Gedruckt vnd vollēdet ſäligklichen. im lxxxvj. Jar Amen. Cl. Panzerus in Annalen der ältern detſchen Litteratur pag. 451. poſterioris tantum Tractatus meminit, cujus formam ait eſſe octavam. Eſt vero quarta.

## XX. Flores virtutum, oder das Buch der Tugend. Theodiſce. Aug. Vind. per Joh Blaubirer 1486. in Fol. min.

Opus hoc metricum, figuris ligno inciſis paſſim ornatum, charactere impreſſum eſt pingui, & luculento, qui cum litteris Guntheri Zainer pinguioribus illis maximam habet ſimilitudinem. Paginas typographus ſignavit, idemque litteras initiales magnas ligno inciſas adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Operi præmiſſa eſt Die vorred in das büch der Tugent: & in fine adjectus eſt epilogus von d' Beſchlieſſung diſs büchs, isque metricus, ut præfatio, & totum opus. Circa finem epilogi annus indicatur, quo hic liber confectus eſt:

Hie mit das büch gemachet iſt
In dem namen der heyligen driualt
Do man Tauſent jar zalt
Von gotes gepurt ſicher zwar
Vnd vierhund't vñ im aylfften jar.
Zehen Tag in dem Junius
Quarto die ydus.

In

In fine epilogi legitur: **Gedruckt czů Augſpurg von Johannes Plaubirer ym Sechſundachtzigiſtẽ** (ſic, ſine voce) **Jar**, quam addidit Cl. **Zapf** in **Augsburgs Buchdruckergeſchichte** pag. 77. Accedit Regiſtrum ſeu index capitum uno folio comprehenſus.

XXI. *Sermones Theſauri noui de Sanctis.* Argentinæ 1486. in Fol.

Verba *Sermones* &c. gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima folii primi pagina. Folia undecim ſequentia indices continent. Folio 13. *Incipiunt ſermones notabiles* &c. impreſſi charactere gothico in duabus columnis. Initiales litteras parvas, ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Sermo LXXVII. De ſancta Cruce*, ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero & numeri paginarum deſunt. Ad calcem ſermonis ultimi *De dedicatione templi* legitur: *Opus perutile ſermonũ de ſanctis p circulũ anni Theſaurus nouus nuncupatuȝ: impreſſuȝ Argentine Anno dñi. M. cccc. lxxxvi. finit feliciter.* Exſtant etiam Sermones Theſauri Novi de tempore, & per Quadrageſimam. Conf. NN. 5. & 6. ad ann. 1487. Auctor horum Sermonum vulgo creditur fuiſſe Petrus de Palude, Ord. Præd. Patriarcha Hieroſolymit. qui floruit Sæc. XIV. Plura de eo habet Weislinger pag. 300.

XXII. *Uſus feudorum*, duobus libris illuſtratus per Joh. de Vankel, utriusque Juris Doctorem. Anno 1486. in Fol. min.

Verba *Uſus feudorum* leguntur in prima folii primi pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo opus ipſum incipit gothico charactere in duabus columnis impreſſum. Habet ſignaturas, & inſcriptiones paginarum, Liber primus, Liber ſecundus. Caret initialibus litteris, numeris paginarum, & cuſtodibus. In fine adnexus eſt index materiarum alphabeticus, ad cujus calcem legitur: *Expliciũt notata ſup vſib⁹ feudorũ p eximũ vtriuſqȝ iuris doctorem Magiſtrũ Joãnẽ de vanckel qȝ acuratiſſime collecta Anno dñi Mcccclxxxvi. in pro feſto Cathedre Petri.* Certo quidem affirmare non auſim annum hic deſignatum eſſe annum impreſſionis: videtur tamen id mihi probabilius.

XXIII. *Moraliſſimus Cato cũ elegantiſſimo cõmento*, ſeu Diſtica Catonis commentario illuſtrata a Roberto de Euremodio, Monacho Clarevallenſi. Baſileæ 1486. in 4.

Verba *Moraliſſimus* &c. in fronte primæ paginæ, gothico charactere majuſculo impreſſa, leguntur. His ſubjecta figura ligno inciſa, quæ duos, magi-

ſtrum

rum & diſcipulum, ſtantes, & antiquo philoſophorum habitu indutos exhibet. olio ſecundo præmiſſa commentatoris præfatione ad Petrum de Saluciis opus ſum incipit, gothico charactere pereleganti impreſſum: Diſtica ipſa quidem ajuſculo, commentaria longe minori, juſtæ tamen magnitudinis. Initialis ttera præfationis magna & florens eſt, ligno inciſa. Paginas typograpus ſignavit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine maſculo charactere gothico impreſſa hæc leguntur: *Hic finem aſpice Catonis uiri oraliſſimi: & in via morum ſane grauiſſimi Cum commento fratris Roberti de euroodio monachi Clareuallis: Tā verborem ornatu limato: q̄ȝ. ſentētiarum grauitate reclaro: vt ex Jouis cerebro videat emanatū: Impreſſum Baſilee decima quarta e Junii. Anno domini. M. cccc. lxxxvi.*

XIV. Bernardi Perger Introductorium in artem Grammaticam. Viennæ in Auſtria a Joanne Caſſe, ut videtur, impreſſum anno 1486. in 4.

In prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſum legitur: *Grāmatica noua.* Folio autem ſecundo *Johānis caſſis ciuis Uuiēnēſis | cui ms opuſculū ad imprimēdū traditū eſt | prefaciuncula* incipit. Hanc in eadem agina auctoris excipit *Prefatio in artis grāmatice* (ſic) opuſculum charactere inuto, & gracili impreſſum in tres libros diviſum eſt. In ſuperiori margine rimæ paginæ cujusvis folii folium ipſum, in averſa autem librum typographus ndicavit. e. g. *Liber II. — Folium XXX.* Occurrunt etiam ſignaturæ, cuſtodes vero, & plerumque initiales litteræ deſunt. In averſa folii LXVII. pagina circa finem leguntur ſequentia: *Artis grāmatice introductoriū In octo ꝑteſorāis In cōſtructiones In epl'as ꝯficiēdaſ! fere ex Nicolai Peroti grāmatici eruditiſſimi tradicōib⁹ a mgr̄o bernardo ꝑger trāſlatū ſtudioſiſſiē finit feliciter. Vna cū tractatulo quodā ꝑutili! proſodie & arti metro4 ſubſtuiēti.* In prima folii ſequentis, ejusque ultimi pagina exſtat *Tabula,* ſeu index ſingulorum cujusvis libri capitum, ad cujus calcem legitur: *Et ſic eſt finis Deo grās Anno dn̄i M. cccc. lxxxvj.* Puto ex deſcriptione a me data colligi poſſe, librum hunc anno 1486. Viennæ in Auſtria a Joh. Caſſe impreſſum fuiſſe: immo Johannem Caſſem in eadem civitate jam tum fixam ſedem, & officinam typographicam habuiſſe. Silet vero de hoc typographo, ipſoque adeo etiam hoc opuſculo Cl. Denis in Wiens Buchdruckergeſchichte, ut alii omues Bibliographi, præter Cl. Zapfium, qui in *Catalogo Librorum Rariſſimorum ab artis typographicæ inventoribus ad ann.* 1499. excuſorum opuſculum noſtrum deſignare videtur, dum pag. XXXVII. N. CXXXI. opuſculum excitat: *Grammatica nova.* In fine: *Et ſic eſt finis Deo gratias Anno domini M. cccc. LXXXVI.* De operis auctore vero plura habet Cl. Denis in Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 14.

XXV.

**XXV. Pauli Florentini, ord. S. Spiritus de Roma Breviarium, ſeu ſumma tam Decretorum, quam Decretalium. Memmingæ per Albertum Kunne de Duderſtat 1486. in Fol. min.**

In prima primi folii pagina auctoris imago ligno inciſa exhibetur. In averſa autem pagina incipit *Tabula optima ſup Breuiario Decreto4*, eademque terminatur in prima folii quarti pagina. Folii quinti averſa pagina continet dedicationem operis ab auctore factam Innocentio ordinis ſui miniſtro, ſeu præceptori generali. Sexto demum folio ipſum opus incipit charactere gothico in duabus columnis impreſſum. Paginarum inſcriptiones, foliorum, inde a folio ſexto, numeros, initiales litteras parvas, & argumenta e latere columnarum ipſe typographus adjecit. Deſunt vero ſignaturæ, & cuſtodes. Breviarium Decretorum terminatur in ſecunda folii CXVI. columna hancque habet ſubſcriptionem. *Finit Decreto4 Breuiariū oībus putile.* Folio CXVII. incipit *Tabula Breuiarij Decretalium*, ipſum vero Breviarium folio CXIX. Ad calcem ejusdem, in averſa nimirum pagina folii CXXIX. leguntur ſequentia: *Decretorum ac Decretaliū Sexti & Clementinarum putile Breuiariu3 cum tabula p alphabetū. Qua aperta ſtatim aderunt ad tuum omne propoſitum quelibet totius canonici iur| excerpte electiores auctoritates p magiſtrum Paulum Florentinū. diui ordinis ſcti ſpiritus. Ad Reuerendiſſimū in xpo patrem & dn̄m Innocentiū ſue religionis ac Romane dignitatis dec? Impreſſū Mēming] per Albertum kūne d' duderſtat. Anno ſalutis.* 1486. Cl. Denis in Merkw. der Garell. Bibl. pag. 123. ſeqq. uberiorem de hac editione & auctore ipſo notitiam dedit.

**XXVI. Petri de Creſcentiis Ruralium Commodorum Libri duodecim. Argentinæ 1486. in Fol. min.**

De opere ipſo & auctore ſcitu neceſſaria prælibavi Faſcic. I. pag. 26, ubi primam editionem recenſui. Editio præſens in prima primi folii pagina hunc habet titulum gothico charactere majuſculo impreſſum: *Opus ruralium commodorum Petri de Creſcentiis.* Folia quinque ſequentia auctoris Epiſtolam ad Aimericum de Placentia Ord. Præd. generalem magiſtrum, librorum capitumque indicem, Epiſtolam ad Carolum ſecundum Siciliæ Regem, nec non præfationem continent. Folio ſeptimo opus incipit charactere gothico in duabus columnis firmiſſimæ, ſed minus albæ chartæ impreſſum. Inſcriptiones paginarum, ſignaturas, & initiales litteras parvas ipſe typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, & paginarum numeri. In fine ſequentia leguntur: *Preſens opus ruraliū cōmodo4 Petri de creſcentiis hoc induſtrioſo caracteriſandi ſtilo ad cunct4 vtilitatē omnipotētis dei ſuffragio impreſſum & Argentine Anno domini Mcccclxxxvj. Finitum qnta feria ante feſtum ſancti Gregorij.*

XXVII. Libellus Metricus de Vocabulorum æquivocationibus cum commentario proſaico. Sine loco & typographo anno 1486. in 4.

In prima pagina hic titulus legitur gothico charactere majuſculo impreſſus: *Textus equivoco4 cū commento.* Folio ſecundo opus ipſum ſine ulla inſcriptione incipit, impreſſum gothico charactere, textus quidem paulo majori, commentaria minori. Signaturas, & plerumque initiales litteras typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine legitur: *Expliciunt equiuocatōnes cū notabili expoſitione. Anno domini. Mccccl xxxxvi. menſis apl' altera die ſancti Georgij martyris.* Inter libros nota anni carentes occurrit Johannis de Garlandria tractatus de Synonymis metricus, cum commentario, litteris plane iisdem, eidemque chartæ impreſſus.

XXVIII. Lucretii opera. Veronæ per Paulum Fridenberger anno 1486. in Fol. Editio Princeps.

Primum folium vacuum eſt. In fronte ſecundi *T. Lucreti* (ſic) *Cari. poetæ philoſophici antiquiſſimi de rerum natura liber primus incipit foeliciter.* Et hic quidem, ut ceteri libri, firmiſſimæ, albæ tamen, & nitidæ chartæ, ampliſſimis inſtructæ marginibus, romano charactere elegantiſſimo impreſſus eſt. Capitulis ſingulis præfixa ſint brevia argumenta. Libris quoque tribus prioribus Capitulorum ſingulorum argumenta in fine ſunt adjecta, libris vero tribus poſterioribus præmiſſa. Initiales litteras, & parvam quidem initio primi libri, nec non ſignaturas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine libri ſexti leguntur ſequentia:

*T. Lucreti* (ſic) *Cari. poetæ philoſophiq3 antiquiſſimi*
*De rerum primordia natura ad memmium*
*Liber ſextus & ultimus explicit foeliciter.*

Poſt ſpatium exiguum:

*Paulus hunc impreſſit fridenberger in uerona*
*Qui genitus eſt in Pataauia alæ magnæ.*
*Ab incarnatione chriſti: Mccccl xxxvi.*
*Die uigeſimo octauo ſeptembris calen. octobris.*

His accedunt in eadem pagina verſus metro Lucretiano ſcripti, quorum auctor anonymus partim Lucretium ipſum, partim lectorem adloquitur. Quinque poſtremos hic adſcribam:

*Si hec ſint uera ratione ſenſuq3: accede ad oqus.* (ſic pro *opus*)
*Si autē ſint falſa & ratio quoqū falſa & ſenſus: relinque.*
*Vnde ſcias quid ſit ſcire & neſcire uiciſſim:*
*Nam nihil egregius eſt: q̄ res cernere a dubiis apertas.*
*Ratio enim neminem decipit nec decipitur nunq̄. Finis.*

Editionem hanc *curante Hieronymo Auantio* prodiiſſe poſt Maittairium plures adfirmarunt, quod falſum eſt. Hieronymus quippe Avantius Lucretii editionem, anno 1500 in Ædibus Aldi Manutii excuſam curavit, minime noſtram veronenſem. Conf. *Freytag. Apparat. Litterar.* Tom. I. pag. 99. ſeqq. Ceterum in eo facile aſſenſerim Maittairio, *Patauiam* Epiſcopalem ciuitatem *Paſſau*, *Alæ Magnæ* vero nomen Alemanniam deſignare in ſubſcriptione ſupra laudata: Notam vero diei & menſis, quæ in eadem ſnbſcriptione occurrit, nimirum

*Die uigeſimo octauo ſeptembris calen. octobris*

pariter non intelligo. Forte ex typographi negligentia, omiſſa eſt vox *tertio Calen.* (das) quamuis hæc diei notatio ſit in frequens. Ceterum editionem hanc omnium primam, & rariſſimam eſſe Bibliographi paſſim teſtantur. Harwood in Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der griechiſchen und lateiniſchen Klaſſiker &c. pag, 170. teſtatur: **Ein ſehr ſchönes Exemplar von dieſer erſten Ausgabe des Lucretius ward in der Auction Dr. Askews für 12 Pf. (Sterlin) 12. Schl. gezahlt.** Noſtrum quoque exemplar elegantiſſimum, & optime conſervatum eſt.

## XXIX. Pſalterium græcum cum Canticis quibusdam veteris & novi Teſtamenti. Venetiis per Alexandrum ex Candia Cretenſem anno 1486. in 4.

Pſalterium hoc charactere impreſſum eſt ſingulari, quem uncialem adpellare liceat, & in vetuſtis codicibus manuſcriptis reperire eſt. Pſalmis ſingulis, uti etiam Canticis præfixi ſunt tituli charactere eodem, ſed rubro colore impreſſi. Eodem colore impreſſa ſunt puncta, non nihil craſſiora, quæ tum in fine, tum etiam, commatum loco, paſſim in medio verſiculorum occurrunt. In ſingulis paginis litteræ quædam, plerumque tres, eæque vel verſuum vel vocum initiales obſervantur, quæ in margine, lectori ſiniſtro ſunt poſitæ, ideoque ante lineas prominent. In Canticis omnes litteræ verſuum initiales hunc ſitum habent. Sunt vero & hæ litteræ plerumque colore rubro impreſſæ, & ceteris majores. Primum folium vacuum eſt. Etiam in fronte primæ ſecundi folii paginæ ſpatium, ſed exiguum, miniatori vacuum reliquit typographus. Idem vero mox hunc Pſalterio titulum præfixit rubro colore: δᾱδ' προφῆτȣ και βασιλεως μελος. ἁρμονιης ἱερης μελινδεια ασματα δᾱδ. Numeri pſalmis præfixi colore nigro impreſſi ſunt, uti etiam ſignaturæ, e. g. ſignatura folii tertii, quæ ex errore typographico eſt α. δ. pro α. γ. Pſalmus centeſimus quinquageſimus terminatur in prima folii centeſimi vigeſimi tertii (computato etiam primo folio vacuo) pagina, linea 22. Mox vero ſequitur Pſalmus ἰδιογραφος Davidis cum Goliath pugnantis, ſpurius. Hunc excipiunt 1) & 2) Cantica duo Moſis ex Exodi Cap. XV. & Deuteron. XXXII. 3) Oratio Annæ Matris Samuelis ex I. Reg. Cap. II. 4) Oratio ex Habacuc Cap. III. 5) Oratio Iſaiæ Iſ. Cap. XXVI. v. 9. ſeqq. 6) Oratio Jonæ ex Jon. Cap. II. 7) Oratio Azariæ ex Danielis

nielis Cap. III. inde a ℣. 26 — 45. Huic immediate etiam adjecti ſunt verſiculi 46 — 56. licet ſex priores hiſtorici ſint argumenti, & quinque poſteriores non ad canticum ſolius Azariæ, ſed commune omnium trium puerorum, a ℣. 52. jam incipiens pertineant. Forte hoc in cauſa fuit, ut cantico Azariæ hunc titulum, certe minus aptum, editor præmitteret: προσευχη των αγιων τριων παιδων. 8) Canticum tribus pueris commune inde a ℣. 57 — 88, hoc vero truncatum, & varie mutatum, ut ubivis fere duo, tresve verſiculi in vnum coaluerint. Sic e. g. quæ leguntur ℣. 74, 75, & 76 in noſtra vulgata & in aliis græcæ Verſionis ſeptuaginta viralis codicibus, nimirum: ℣. 74. *Benedicat terra Dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.* 75. *Benedicite montes & colles Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.* 76. *Benedicite univerſa germinantia in terra Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula*: præſens editio in unum verſiculum contracta exhibet: Ευλογειτω η γη ὀρη και βουνοι παντα τα φυομενα εν αυτη τον κ̅ν̅ υμνειτε και υπερυψουτε αυτον εις (ſic, ſine τους αιωνα - νας) i. e. *Benedicat terra, montes & colles, omnia germinantia in ea Dominum, laudate, & exaltate eum in* ſc. ſæcula. Huic vero Hymno quædam adjecta ſunt quæ nec in vulgata, nec in græcis codicibus aliis leguntur, nimirum: *Benedicite Apoſtoli, Prophetæ, Martyres Domini Domino &c. Benedicamus Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum &c.* Forte hæc, illa ſaltem ætate, a græcis, canticum illud publice in choro recitantibus, ſolebant adjici, quemadmodum nos latini hodie in choro adjicimus illa: *Benedicamus Patrem, & Filium &c.* 9) Canticum Deiparæ Virginis ex Luc. I. ℣. 64. ſeq. 10) Canticum Zachariæ ex Luc. Cap. I. ℣. 68 ſeq. Et hoc quidem terminatur in averſa pagina folii 155, linea 23. ſine ulla ſubſcriptione, aut epilogo. Hic enim litteris iisdem, quibus Pſalterium & Cantica, impreſſus, & lineis novem, ac parte decimæ comprehenſus legitur in prima folii 136. pagina. Recitabo integrum, græce primum, tum latine:

Εν ὀνοματι της ἁγιας τριαδος του
πατρος και του υιου και του αγιου
πνευματος. συνθεσις εμου αλεξ
ανδρου του απο του χανδακος της
κρητης. υιος δε του σοφοτα του (ſic) και
λογιωτα του κυρου γεοργιου ἱερεως
του αλεξανδρου. εν ετει χιοστω τε
τρακοσιοστω ὀγδοηκοστω εκτω μηνι
νοεμβριω πεντε και δεκατη εν βε
νετιαις

h. e. *In nomine ſanctæ Triadis Patris & Filii, & ſancti Spiritus. Compoſui* (i. e. excudi, impreſſi) *ego Alexander ex Candace* urbe *Cretæ. Filius ſapientiſſimi & eloquentiſſimi Domini Georgii ſacerdotis* του Αλεξανδρȣ. (forte per errorem typographi pro αλεξανδρινȣ Alexandrini) *Anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto menſis Novembris* die *decima quinta Venetiis.* Græcam ſubſcriptionem ſatis adcurate jam ante exhibuit Maittaire Tom. I. Part. 2. pag. 472. minus accurate Cl. Maſchius Bibl. Sacr. Part. II. Vol. II. pag. 311. Vocem quippe εμου

 peni-

penitus omiſit, pro χανδακος habet χανδωκος, pro του ante vocem eandem τυς, demum σοφωτατου pro σοφοτατου, quod poſtremum etiam habet Maittaire. Cl. Maſchius, ubi diſtincte recenſet ſingula hoc volumine contenta, omiſit etiam orationem Jonæ, quæ vero a me ſub NN. 7 & 8. enucleatius ſunt recenſita, ancipiti expreſſione, *Oratio trium puerorum*, indicaſſe videtur. Maittairius ſic expreſſit: προσευχη και υμνος των αγιων τριων παιδων. Idem adfirmat, hujus libri eundem eſſe characterem, qui Batrachomiomachiæ hoc eodem anno Venetiis per Leonicum Cretenſem editæ.

**XXX.** *Dicta Tinctoris ſuper Sūmulas Petri hyſpani.* Hæc in prima, ſequentia verba in ſecunda primi folii pagina leguntur: *Hoc percelebre opuſculū ſcd'm ſubtiliſſimi doctoris Johānis Scoti uiā copilatū ē Ab eximio uiro ſacre theologie baccalario formato Magiſtro nicolao tinctoris de guntzenhuſen quondam In alma vniuerſitate pariſienſi regente & ſcotiſante plurimum.* Per Michaelem Gryff civem Reutlingenſem 1486. in Fol. min.

Opus hoc gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ, ſed minus albæ, ac politæ impreſſum eſt. Habet ſignaturas, & paginarum inſcriptiones. Caret vero cuſtodibus, numeris paginarum, & initialibus litteris. Abbreviaturæ ſunt frequentiſſimæ. In averſa pagina folii ultimi, quod ſextum eſt ternionis b, circa finem columnæ quartæ ſequentia leguntur: *Finitum eſt & completum Hoc ſup Magiſtro Petro hyſpano. Tinctoris commentum per peritos alme vniuerſitatis Tubingenſis magiſtros correctum per me Michaelem gryff ciuem rütlingenſem. tercio Idus Junii Anno dñi. M. cccclxxxvj. De quo ſit benedictus in ſecula. Amen.* Petri Hiſpani, qui ſub nomine Johannis XXI. ſummum pontificatum geſſit, Summulæ logicales ſatis notæ ſunt, & in plerisque olim academiis, atque in noſtra imprimis, publicis prælectionibus inſerviebant. At minus certe erudito orbi cognitus eſt præſens in ſummulas iſtas commentarius, & ipſe commentarii auctor. Fuit olim academiæ noſtræ civis, & Rector. albo univerſitatis noſtræ nomen dedit anno 1474. die 4. Junii. Ad hunc quippe diem in matricula legitur: *Mgr Nicolaus Tinctoris de Guntzenhauſen pariſienſis uniuerſitatis* ſcilicet paulo ante membrum, quod ex mox dicendis clarius patebit. In actis Theologicæ facultatis authenticis ad annum 1475. Decanatum gerente Joh. (Permetter) de Adorf, de noſtro ſequentia adnotantur: *Quidam nicolaus de gonzenhuſen nomine. magr pariſienſis collegiatus collegii Ingolſtattenſis* (eorum ſcilicet ex numero Profeſſorum, qui in collegio veteri ex univerſitatis ærario vivebant. Conf. Mederer Annales Academ. Ingolſtad. P. I. pag. 22.) *cum pariſiis & mgrōs & ſuarios ad quiquennium & ultra audiſſet, ad curſum in theologia legendum concorditer aſſumptus & admiſſus fuit. Qui ex facul*ta-

*cultatis ordinatione prius datis duobus florenis pro fiſco die quinta decembris menſis principium in geneſin ut in primum curſum deinde geneſi finita in 2dam ad Timotheum, ut in ſecundum curſum ſub mgro Johanne de adorff quem in patrem elegit, fecit. Sed quia tunc accolitus non fuit, ſermonemque ad clerum non fecit, item quia curſorem nec hic nec pariſis audivit, ad ſuſcipiendum quantocius ordinem accolitatus ad faciendumque ſermonem ad clerum ipſo die katherine quem & fecit. Item ad audiendum diligenter mgrm ſederkiel in curſu ſuo quem tunc legit, facultas eum uoluit obligari.* Acta eadem ad annum 1477, Johanne de Adorff quarta jam vice Decanatum gerente, nos docent, eundem Nicolaum de Gunzenhauſen cum conſenſu Facultatis Theologicæ anno eodem lectiones ſuas in libros ſententiarum, jam ante inchoatas, continuaſſe. Anno 1478. ad Concilium Facultatis artiſticæ cum pluribus aliis adſumptus eſt *Nicolaus Tinctoris de gunzenhauſen*, ut in actis autlienticis ejusdem facultatis adnotavit Magiſter Wolfgangus Oeder, tunc Decanus. Eodem Anno Rector Academiæ electus eſt, ut in Annalibus Academ. Ingolſtadienſis ad h. a. legitur. Nihil de eo poſt hunc annum occurrit in actis Theologicæ, philoſophicæque facultatum ſeu editis, ſeu manuſcriptis, quæ diligenter evolvi, usque ad annum 1495, quo quidem eum cum pluribus aliis academiæ noſtræ Doctoribus, & magiſtris peſte Ingolſtadii graſſante obiiſſe ex actis Philoſophicæ facultatis nos docet Cl. Mederer in Annalibus Acad. Ingolſt. P. I. pag. 45. Idem eum, iisdem ex actis edoctus, tum quidem Theologiæ Doctorem, & Concionatorem Ratisbonenſem fuiſſe animadvertit. Verum anno 1491. Nicolaus noſter Bambergenſis Eccleſiæ Prædicator fuit. Id nos docet Johannis Beckenhaub Epiſtola dedicatoria commentariorum S. Bonaventuræ in quatuor libros ſententiarum hoc anno Norimbergæ in typographia Antonii Koburger editorum, inſcripta *Evangelicæ Theologiæ ſummo Doctori Domino Nicolao Tinctori de Gunzenhauſen Imperialis Eccleſiæ Bambergenſis Prædicatori*, ut videre eſt apud Weislinger in Armamentario Cathol. pag. 564. Epiſtolæ huic dedicatoriæ ſubnexa eſt Nicolai Tinctoris reſponſoria Bambergæ data anno 1491. die 2. Martii. Quo anno, ubi, quo promovente doctoralia inſignia receperit, reperire hactenus non potui.

## XXXI. Libri quinque Canonis Avicennæ cum libello de viribus cordis ejusdem auctoris Venetiis per Petrum Mauſer & ſocios, 1486. in 4.

Libri quinque canonis cum alter ab altero, tum ſimul omnes a libello de viribus cordis ſeparari, & ſeorſim haberi poſſunt. Habent ſinguli peculiares ſubſcriptiones, e. g. *Expletus eſt liber p̄mus canonis quē p̄ceps Abali Abinſceni de medicina edidit.* Inſcriptiones ſingulorum (excepto libello de viribus cordis) ſunt rubro colore impreſſæ. In fine libri quinti hæc habentur impreſſa: *Adeſt ꝯplementū libri quinti q̄ dicit antidotariū libri toti⁹ canonis ſenis regis aboali haſſen filii hali abinſceni cuius ꝯplemento totus iſte liber finitus eſt ſūma ac diligētia emendatus.*

*datus. Impſſ⁹ venetiis impenſis ac ingenio magiſtri petri mauſer gallici ꝛ ſocio4. Anno incarnatõis dñi. M. cccc. lxxxvi. die x. menſis Junij.* In fine vero libelli de viribus cordis brevior habetur ſubſcriptio: *Expletus eſt libellus de viribus cordis quem princeps Auicẽna edidit. Impreſſus Uenetiis Anno incarnationis dominice. M. cccclxxxvi.* Poſteriorem hanc ſubſcriptionem etiam Orlandi, & poſt eum Hambergerus excitarunt: priorem vero, quæ ad calcem libri 5ti legitur, uterque ignorarunt. Hinc editionem hanc inter editiones notam typographi non habentes numerarunt. Orlandi pag. 41. aliam operis ejusdem editionem excitavit ab eodem typographo Venetiis anno 1483 curatam. Porro Petrus Mauſer tribus in locis, primum quidem Paduæ, tum Veronæ, demum Venetiis typographicam artem exercuit ut videre eſt apud Orlandi pag. 41. 145. & 152. Sed ad præſentem revertamur editionem Canonis Avicennæ. Impreſſa eſt gothico charactere minutiſſimo in duabus columnis chartæ ſubtili & nitidæ. Initiales litteras parvas, ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Lib. j. Fen. iij. Doc. ij.* ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero, & paginarum numeri deſunt. Conf. de hac editione etiam Cl. Gemeiner in Nachricht von der Regensburgiſchen Stadtbibliotheck &c. pag. 160.

## XXXII. Petri Lombardi libri IV Sententiarum Venetiis impenſa Franciſci de Madiis per Hannibalem Parmenſem 1486. in Fol.

Exemplar noſtrum initio mutilum eſt. Prima enim pagina impreſſa, in cujus prima columna in fronte legitur: *Incipit Sententiarum Liber Primus de miſterio trinitatis*, ſignata eſt *a* 4. Duo ergo ſaltem folia impreſſa, forte indicem complectentia, deſunt. Opus gothico charactere in duabus columnis ſubtili. & nitidæ chartæ impreſſum eſt. Signaturas, & initiales litteras parvas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber .I.*, *Liber .II.* typographus adjecit. Cuſtodes vero, & paginarum numeri deſunt. Ad calcem libri quarti legitur: *Celeberrimus ac famoſiſſimus ſententiarum liber magiſtri Petri lombardi ſacre theologie doctoris eximii feliciter explicit. Impſſus Uenetiis anno dñi* 1486. *die. xxij. martij. Laus deo ꝛ virgini marie.* Quarta columna ultimi hujus folii *Regiſtrum*, ſc. chartarum exhibet. Huic ſubnexa leguntur ſequentia: *Impreſſum venetiis opera ꝛ impenſa Frãciſci de Madiis per Hãnibalẽ Parmenſem & ſocios.* Demum typographi, ſeu Bibliopolæ potius inſignia exhibentur. De hac editione nihil reperi apud Bibliographos, qui mihi ad manus ſunt. Maittairius editionem Baſileenſem anni ejusdem excitavit, immo & alterius meminit ſub titulo: *Petri Lombardi opera.* Fol. Baſil. 1486. Cl. Gemeiner loc. cit. pag. 168. plures editiones recenſuit, noſtram vero omiſit. Oportet igitur rara eſſe ejus exemplaria.

**XXXIII.** *Uocabularius breuiloquus cuꝫ arte diphthōgādi. punctādi ⁊ accētuandi.* Baſileæ per Nicolaum Keſler 1486. in Fol.

Quæ tituli loco recitavi, leguntur charactere majuſculo impreſſa in prima primi folii pagina. Averſa ejusdem pagina præfationem continet. Ars diphtonganti, punctandi, & accentuandi foliis quinque ſequentibus comprehenditur. Folio ſeptimo vocabularium incipit in tres partes diviſum, quarum prima complectitur ordine alphabetico nomina, altera vero eodem ordine verba, tertia demum partes orationis indeclinabiles. Ad hujus calcem legitur: *Finit vocabularius breuiloquus. triplici alphabeto diuerſis ex autoribus nec nō corpore vtriuſqꝫ iuris collectus ad latinū ſermonē capeſſendū. vtiliſſimus. Impreſſus Baſilee p Nicolauꝫ Keſler. Anno dn̄i. M. cccc. lxxxvj.* Subjecta ſunt typographi inſignia. Opus in duabus columnis gothico charactere pereleganti chartæ firmæ, ſed minus politæ impreſſum eſt. Habet ſignaturas, initiales litteras, & inſcriptiones paginarum, quæ quidem non ſunt aliæ, quam duæ priores litteræ vocabulorum in pagina quavis occurrentium, e. g. *BA*, *DR*. Cuſtodes vero, & numeri paginarum deſunt. Septem editionibus hujus vocabularii a Cl. Gemeiner pag. 191. & 192. indicatis & hæc noſtra, & alia quædam Colonienſis eodem anno 1486. excuſa, & a Maittairio Tom. I. part. 2. pag. 480. commemorata addi potuiſſent. Nec alius, præter Weislingerum (in Armamentar. Cathol. pag. 360.) editionem noſtram excitavit Bibliographus.

**XXXIV.** *Homelie Chryſoſtomi ſuper Johannē.* Coloniæ apud S. Laurentium 1486. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur gothico charactere majuſculo impreſſa in prima primi folii pagina. Folio ſecundo incipit editoris præfatio, in qua de eo potiſſimum lector monetur, ipſum S. Joh. Chryſoſtomum alia uſum eſſe ſcripturæ verſione, quam quæ tum quidem erat in uſu, vulgata nimirum, ut adeo variæ lectiones interpretis vel negligentiæ vel ignorantiæ adſcribi non poſſint. Hanc excipit index materiarum alphabeticus, cui ſubjunctus eſt index homiliarum ſecundum feſta & ferias per annum diſpoſitus. Folio undecimo incipit præfatio Franciſci Arretini, interpretis, ad Coſmum Medicen terminata in prima folii duodecimi columna, linea 4. Tum immediate ſequitur *Johannis Chriſoſtomi cōmentarii ſuper ioh'is euangelio prologus.* Tam prologus iſte, quam ſequentes homiliæ, uti præcedentes indices, ſunt gothico charactere firmæ, ſed minus albæ, ac politæ chartæ in duabus columnis impreſſæ. Folia inde a folio undecimo numerata ſunt, e. g. *Fo. i. Fo. lxxxxij.* Paginæ hoc vel ſimili modo inſcriptæ ſunt *Capitu. decimū* (ſc. evangelii S. Johannis) *ho. lix.* Signaturas quoque typographus adjecit. Initiales vero litteræ deſunt. In averſa folii numerati clxxxiii. pagina ſequens legitur ſubſcriptio: *Homelie lxxxvij. Beati Johannis Chryſoſtomi ſuper euangelio Johannis Colonie apud ſanctū laurentium impreſſe &*

*dili-*

*enter correcte. Anno dñi. M. CCCC. lxxxvi. feliciter finiuntur.* Meminerunt
us editionis etiam Maittaire, & Weislinger pag. 362. Opus idem dudum
ehac, nimirum Romæ anno 1470 in Monaſterio S. Euſebii typis ex ſcriptum
Conf. Catalogus Hiſtorico - Criticus Romanarum Editionum Sæculi XV. —
tore Joh. Bapt. Audiffredi — pag. 97. ſeqq.

## XXV. Flavii Joſephi Judæi 1) Libri XX. Antiquitatum Judaicarum. 2) Libri ſeptem de Bello Judaico. 3) Libri duo de antiquitate Judæorum. Venetiis per Johannem Vercellenſem 1486. in Fol.

In fronte voluminis ſeu primæ paginæ impreſſæ capitalibus litteris impreſſa leguntur ſequentia: *Joſephi Judei Hiſtoriographi Viri Clariſſimi Prologus In Libros Antiquitatum Viginti incipit Foeliciter: Et De Græco In Latinum Traductos: Per Venerabilem Preſbyterum Ruffinum Aquileienſem Virum Doctiſſimum.* Sequitur jam Prologus, quem excipit index capitum primi libri, qualis etiam libris reliquis ſingulis eſt præfixus. Litteræ romanæ ſunt perelegantes. Charta admodum nitida. Signaturas typographus adjecit: cuſtodes vero, numeri & inſcriptiones paginarum, nec non initiales tam capitum quam librorum litteræ deſunt. Ad calcem libri vigeſimi antiquitatum legitur *Vita Joſephi* quam paucis delineavit *Hieronimus ſquarzaficus alexandrinus.* Huic accedit regiſtrum chartarum & nihil aliud. Poteſt igitur volumen, libros viginti antiquitatum complectens, ſeorſim a duobus ſequentibus auctoris ejuſdem operibus haberi. Attamen cum ambo iisdem litteris & eidem chartæ impreſſa ſint, nullum eſt dubium, quin ſimul ex eadem typographia prodierint. Libris ſeptem de Bello Judaico hic quaſi titulus, capitalibus litteris impreſſus præfixus eſt: *Joſephi Mathathiæ Filii Hæbrei Genere Sacerdotis Ex Hieroſolymis De Bello Judaico In libros Septem Prologus Per Ruffinum Aquilenſem Traductos.* Forma dixi exterior hujus operis eſt prorſus eadem cum priori volumine. Librum ſeptimum de B. J. in eadem pagina ſtatim excipit liber primus de antiquitate gentis judaicæ. Ad calcem libri ſecundi legitur:

*Impreſſum Veneciis per Joannem vercelenſem Anno ſalutis M. cccc. lxxxvj. die. xxiii. octubris.* (ſic)

Accedit regiſtrum chartarum, & nihil aliud. Editionis hujus jam Orlan-
Maittaire meminerunt. Hinc miror eam a recentioribus Bibliographis De
& Harwood non fuiſſe excitatam.

## XXXVI. Guilielmi Ord. Prædicatorum Poſtilla in Evangelia & Epiſtolas de tempore & Sanctis, nec non pro defunctis. Ulmæ per Conradum Dinckmut 1486. in Fol. min.

De operis auctore, quem falſo non nulli pro Wilhelmo Pariſienſi Epiſcopo, anno 1249. defuncto habuere, ſcitu neceſſaria prælibavi Faſc. I. pag. 170. Hæc editio in prima primi folii pagina auctoris præfationem continet, in averſa notitiam de iis, *Ad quos ſanctus Paulus ſcripſit Epiſtolas.* Folio ſecundo *Epiſtolarũ & euangeliorũ de Tempore & Sanctis liber incipit.* Impreſſum eſt hoc opus charactere germanico, admodum luculento in duabus columnis chartæ rudi, & impolitæ. Deſunt ubivis litteræ initiales, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum: has vero typographus ſignavit. In poſtilla ſuper Evangelium de communi virginum: *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus* &c. verbis illis: *Moram autem faciente ſponſo dormitaverunt omnes* &c. ſequens adjecta eſt expoſitio: **Mora iſta eſt decurſus tẽporis ab aſcenſione xp̃i uſq3 ad diem iudicii. qd' tempus propter longitudinem vocatur mora. iam enim durauit per mille quadringentos z.** *lxxxvj.* **annos.** Patet ergo, hic loci annum ab editore vel typographo fuiſſe mutatum, & in editionibus hujus operis, nota anni carentibus ad hunc locum eſſe recurrendum, ut annus impreſſionis dubius detegatur. Conf. dicta eadem de re Faſc. I. pag. 170. & 171. Circa finem primæ ultimi folii impreſſi paginæ typographus hanc adjecit notitiam: **Poſtilla Guillerini ſuper Epiſtolas et Euangelia de Tempore et Sanctis et ep Defunctis Finit feliciter. Anno dñi. M.** cccc. lxxxvj. **per Cunradum Dinckmut ciuem Vlmenſem Impreſſa.** Præter hanc iſtius operis editionem exſtat etiam alia anno eodem Baſileæ per Nicolaum Kesler facta. Utramque recenſuit Weislinger in Armamentario Cathol. ad h. a. pag. 360. & 383.

## XXXVII. Horatii opera cum commentariis Chriſtophori Landini Florentini. Venetiis per Bernardinum de Tridino. 1486. in Fol.

In averſa primi folii pagina legitur: *Ad Horatium Flaccum Ode Dicolos Tetraſtrophos Angeli Politiani.* Folio ſecundo interpretis Prooemium, tertio ejuſdem de vita & ſcriptis Horatii brevis commentatio, jam in prima folii quarti pagina terminata, legitur. Folii quarti averſa pagina Odarum liber primus cum commentariis incipit. Et Odæ quidem romano charactere pingui & luculento, commentaria vero fuſiſſima ea quidem, pariter romano, ſed longe minori, utroque pereleganti impreſſa ſunt. Foliorum numeros romanos inde a folio ſecundo, quod numerum II. habet adjectum, ſignaturas initiales litteras parvas, & inſcriptiones paginarum, e. g. *Carminum Liber Primus, Epodon Carmen, Liber Secun-*

*Secundus Sermonum* &c. ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero deſunt. Opus terminatur in prima folii CLXXVIII. pagina, hancque habet ſubſcriptionem:

*Impſſū uenetiis p magiſtrū Bernardinū de tridino ex mōteferrato*
*Anno ſalutis. M. cccc. lxxxvi.*

Accedit in eadem pagina regiſtrum chartarum. Primam etitionem hujus commentarii Florentinam eſſe anni 1482. adfirmat Cl. de Bure n. 2717. quam & ibidem deſcribit. Editionem venetam, non adjecto typographi nomine, anni 1483. excitavit Harwood: ejusdem vero interpres adjecit Horatii editionem Venetam anni 1486. per Bernardinum de Tridino factam cum *Comment. Lambini.* (ſic) Forte pro *Lambini* ſcribere voluit *Landini*, ſicque noſtram deſignare editionem. Orlandi, Maittaire ad h. a., de Bure aliiqui Bibliographi qui mihi ad manus ſunt, de hac editione, elegantiſſimæ Chartæ, & nitidiſſimis typis impreſſa ſilent.

## XXXVIII. Bernardi de Breydenbach Decani & Camerarii Moguntini Itinerarium in terram ſanctam ad viſendum Chriſti ſepulchrum, & in montem Sion ad corpus S. Catharinæ Virg. & Mart. Moguntiæ per Erhardum Reuwich anno 1486. in Fol. min.

De Bernardo de Breydenbach, ſeu potius Braitenbach, quæ familia hodiedum Burggrafiorum Fridbergenſium dignitate, & titulo eminet, de itinerarii hujus argumento, variis ejus editionibus, operis ipſius auctore conſulendi ſunt Joh. Wilhelm Feuerlin in der Abhandlung von Bernhard von Breydenbach in das gelobte Land — *Weislinger* in Armamentario Catholico pag. 371. & 372. Freytag in Apparatu Literario Tom. I. pag. 48. ſeqq. *Clement* in Bibliotheque curieuſe Tom. V. pag. 222. ſeqq. Ex his pauca tantum adnotabo, nimirum 1) iter hoc ex urbe Oppenheimenſi Bernardum de Breydenbach cum pluribus aliis nobilibus, & Religioſis viris ſuſcepiſſe anno 1483. ipſo die S. Marci, finiiſſe autem nave Venetiis appulſum die 8. Januarii 1484. 2) Inter itineris ſocios fuiſſe etiam Erhardum Reuwich Trajectinum, Pictorem, qui urbium aliorumque locorum delineationes, huic operi inſertas, fecit. 3) Deſcriptionem itineris non ipſius eſſe Breydenbachii ſed ex ejus voto factam eſſe *per quendā aliū doctū virum*, ut ipſe adfirmat in Præfatione circa finem. 4) Itinerarium hoc primo omnium typis exſcriptum fuiſſe per eundem Erhardum Reuwich Moguntiæ anno 1486, non anno 1484. ut ex errore typographi legitur in Feuerlini Abhandlung &c. Jam editionis noſtræ deſcriptionem dabo, quam potero adcuratiſſimam. In averſa primi folii pagina imago, affabre ligno inciſa, virginis, ut videtur, Saracenicæ conſpicitur, quadrangulo incluſa, & variis circum figuris ornata. A dextris Breydenbachii ipſius, a Siniſtris Johannis Comitis in Solms & Domini in Minzenberg, infra autem Philippi de Bucken (forte Bicken, vel

Bin-

Binken) Militis inſignia repræſentantur. Hos duos poſteriores Breydenbachius inter itineris ſocios, tanquam præcipuos, numeravit. Folio ſecundo Epiſtolæ Breydenbachii dedicatoria ad Archiepiſcopum Moguntinum incipit, eademque terminatur in prima folii tertii pagina, linea 39. In averſa pagina folii ejusdem **Continentiam huius operis ſubjecta monſtrabunt.** Sequitur breve operis argumentum. terminatum in prima folii quarti pagina, linea 40. In averſa pagina ejusdem folii *Prefatio in opus tranſmarine peregrinationis ad venerandū & glorioſum ſepulcrū dominicū in Iheruſalē eius tū laudes tū fructus paucis attollens. intentionēq3 exprimē auctoris & operis diuiſionem Incipit feliciter.* Hæc verba charactere miſſali impreſſa ſunt. Præfatio hæc, *Intentionis explicatio*, & *Operis diuiſio* terminantur in averſa ſeptimi folii pagina, linea 28. Folio octavo demum **Sequitur inicium peregrinationis a ſolo natali vſq3 Venecias.** Opus litteris impreſſum eſt germanicis, iisque perelegantibus, albæ & nitidæ chartæ. Deſunt initiales litteræ, (exceptis initialibus Dedicationis, & Præfationis, quæ magnæ ſunt, & florentes) cuſtodes, ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum. Occurrunt hinc inde icones tum urbium, locorumque aliorum, tum animalium, tum etiam rerum aliarum ad ritus, & conſuetudines regionum declarandas adcommodatæ. Opus in duas partes diviſum eſt. Pars prima hiſtoriam continet itineris ex Oppenheim Venetias, & inde Jeroſolymam usque ſuſcepti, & hac clauditur ſubſcriptione: **Prima huius operis pars finit.** In averſa pagina folii ejusdem in quo hæc leguntur, *In ſecundā peregrinationē ab Jeruſalem per ſolitudinē Synai ad ſanctam Katherinam pfatio cōmendatitia incipit feliciter.* Tam hæc verba, quam lineæ quatuordecim priores ipſius præfationis charactere miſſali impreſſa ſunt. In fine hujus ſecundæ partis legitur: **Sanctarū peregrinationū in montem Syon ad venerandū** *xp̄i* **ſepulcrū in Jeruſalem. atq3 in monte Synai ad diuā virginē et martirē Katherinā opuſculum hoc cōntentiū ꝺ Erhardū reüwich de Trajecto inferiori impreſſum In ciuitate Moguntina Anno ſalutis. M. cccc. lxxxvj. die. xj. Februarii Finit feliter.** (ſic) His ſubjecta ſunt typographi inſignia, quæ æri inciſa exhibentur in *Bibliotheca Moguntiua Libris Sæculo Primo Typographico impreſſis inſtructa* — Tab. II. ad pag. 123. Nobiliores Bibliographi editionem hanc omnium primam minime ignorarunt. At pauciſſimis tamen eam videre contigit. Rariora igitur eſſe oportet ejus exemplaria.

## XXXIX. Idem Itinerarium eodem anno 1486. ab eodem typographo impreſſum Moguntiæ. Theodiſce. in Fol. min.

Theodiſca hæc editio iisdem eſt litteris impreſſa, quibus editio latina. In fronte primæ paginæ incipit Epiſtola dedicatoria, inſcripta **Dem hochwirdigſten vatter yn criſto. vnd herren hern** (ſic) **Bertholdo. des heyligen ſtūles zū Menz Erzbiſchoff.** &c. &c. Hæc una cum argumento libri quatuor folia priora, & quinti decem lineas non integras, implet. Folio quinto **Eyn**

Vorred vn diſʒ nachgehende werck der fart vber mer &c. &c. vahet an ſeliglichen. Præfatio hæc, & quæ eidem adnexa ſunt Der meynung diß büchs angebers vßdruckung, & diß büchs vßteylung quatuor ſunt foliis comprehenſa. Folio decimo Hye nach volget die beſchribung der vßfart von yedes heymat biß gen Venedig. Exterior forma in germanica hac editione eadem eſt, quæ in editione latina. Deſunt nimirum & hic cuſtodes, initiales litteræ (& hæ quidem etiam initio Dedicationis & præfationis) ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum. Attamen delineatio urbis Venetæ in noſtro quidem exemplari non exſtat integra, ſed tantum pars ejusdem quarta, omnino autem deeſt Delineatio inſulæ Rhodenſis, unacum initio narrationis de eadem. Sed hæc culpa fuit eorum, ad quos olim hic liber pertinebat. In fine ſequens legitur notitia ab ipſo typographo adjecta: Diſes werck ynnhaltende die heyligen reyßen gen Iheruſalem zu dem heiligen grab vnd furbaß zů der hochgelobten jungfrawen vnd mertreryn (ſic) ſant Katheryn durch Erhart rewich von Vetricht ynn der ſtatt Meynʒ getrucket ym iar vnſers heylß. tuſent, vierhũdert. vñ lxxxvj. yn dem .xxj. tag des Brachmonedts. Endet ſich ſeliglichen. Subjecta ſunt eadem inſignia, quæ editioni latinæ. Editiones ambas, latinam ſcilicet, & germanicam, Weislingerus in Armament. Cath. ad h. a. recenſuit. Germanica indicatur tantum in *Bibliotheca moguntina*, ad N. præced. laudata: latinæ vero ſubſcriptio, ſed minus adcurate, integra profertur. Sunt vero differentiæ quædam inter germanicam, & latinam editiones: nec illa hujus mera translatio, dici poteſt. Multa enim paſſim occurrunt in germanica editione, quæ minime adſtricta ſunt textui latino. Perpauca ſunt, quæ in ed. lat. narrantur de Inſula Creta, ſeu Candia: multo plura de eadem occurrunt in editione germanica. In eadem, ubi de montibus agitur Iſraelis, fuſior legitur narratio de monte Carmelo, in latina vero de eodem perpauca dicuntur, & alio ordine. In fine vero editio latina duo capitula, quorum prius inſcriptum eſt: *De regimine pegrinãtiũ in trãſmare ſcribit Hali medicus in hũc modum*, poſterius: *De cautela contra pediculos ac pulices & muſcas in mari Hali vbi ſupra*, exhibet, quæ non habentur in editione germanica.

## XL. *Queſtiones venerabilis domini Johãnis Verſoris ſuper veterē & nouā logicam Areſtotelis.* (ſic) Coloniæ per Conradum de Bopardia 1486. in Fol. min.

Verba tituli loco recitata gothicis characteribus majuſculis impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. In prima folii ſecundi columna ipſum opus ſine ullo titulo incipit *Irca* (circa) *initium logice queritur* &c. Ab hoc folio usque ad finem in prima cujusque folii pagina numerus foliorum expreſſus eſt, & in fronte quidem folii ſecundi legitur *Folio ij.* & ſic deinceps, e. g. *Folio xlj.* Auerſa cujusvis folii pagina inſcriptionem continet, e. g. *Predicabilia Porphirii.*

*Porphirii.* Opus in duabus columnis gothico charaćtere admodum minuto & & gracili chartæ firmiſſimæ, ſed impolitæ & rudi impreſſum eſt. Deſunt cuſtodes, & initiales litteræ in principio librorum, ſc. Prædicabilium Porphyrii, Prædicamentorum Ariſtotelis, ſex principiorum Gilberti, primi & ſecundi Perihermenias, primi & ſecundi priorum, primi & ſecundi poſteriorum, quatuor topicorum, primi & ſecundi Elenchorum & libri diuiſionum Boetii. Quæſtiones in libros Prædicabilium Porphyrii usque ad finem 2di Perihermenias ſeparari a ſequentibus poſſunt, & ſeorſim haberi. In fine ſecundæ columnæ folii lxxix. legitur: *Queſtiones dñi verſoris ſup̲ veteri arte Areſtotelis finiūt feliciter.* Accedit Tabula, ſeu index Quæſtionum in præcedentes libros. Tomus hujus editionis ſecundus incipit a libro primo priorum, complećtiturque reliquos libros, paulo ante recenſitos. Hic tomus, quoad externam formam priori eſt ſimillimus. Habet uterque ſignaturas. Poſterioris primum folium impreſſun numerum habet: *Folio .i.* & ſic cetera omnia ſuis ſunt numeris inſignita. In fine libri diviſionum Boetii ad calcem fere primæ columnæ folii (quod numero caret, ut ſequens ultimum CVI. ſequens legitur ſubſcriptio; *Queſtiões venerabilis dñi Johannis verſoris artiū mḡri ac ſacre theologye doćtoris p̄clariſſimi ſup̲ veterē & nouā logicam Areſtotillis.* (ſic) *nec nō ſup̲ lib4 diuſionū Boetii feliciter finem habēt. Et diligētiſſimo ſtudio Colonie ſūt impreſſe. per me Cōradum de Bopardia eiuſdē opidi incolam. Anno dñice incarnatōnis. M. cccc. lxxxvj. quinto nonas Junij.* Sequentibus quinque columnis leguntur tituli queſtionum impreſſi, & ad calcem eorundem *Finis tabulæ.* Aućtor operis Coloniæ Philoſophiam docuit, fuitque ſocius Burſæ Montis. Orlandi pag. 426. Doćtorem Pariſienſem adpellat, forte, quod Pariſiis doćtoralia inſignia receperit.

**XLI.** Nicolai de Tudeſchis, vulgo Abbatis Siculi, Conſilia Juridica a Ludov. Bolognino Equite, Juris utriusque Doćtore, & Profeſſore Ferrarienſi correćta, & ad impreſſionem jam parata anno 1484. Impreſſa vero 1486. per Peregrinum de Paſqualibus & Dominicum de Bertochis. Venetiis in Fol. magn.

In fronte voluminis, ſine ullo titulo, legitur Ludovici Bolognini præfatio, ex qua deſumpſi, quæ tituli loco recitavi. Hanc ſtatim excipit index materiarum alphabeticus gothico charaćtere in duabus columnis firmiſſimæ & præſtanti chartæ ut ipſa conſilia, impreſſus, & in averſa folii impreſſi quarti pagina terminatus. Prima pagina folii quinti aliud continet regiſtrum conſiliorum quatuor, a Ludov. Bolognino primum adjećtorum. Folio ſexto demum incipiunt conſilia *In dei omnipotentis nomine amen.* Signaturas ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt, uti etiam initiales litteræ, quas tamen, ſed vix ter, quaterve, parvas hinc inde obſervavi, & quidem ſtatim initio conſiliorum.

lu

In averſa pagina folii tertii duernionis *m*, circa finem columnæ quartæ ſequens legitur ſubſcriptio: *Expliciūt conſilia reuerendi. Do. nicolai abbatis monacenſis doctoris excellentiſſimi camereq3 apoſtolice auditoris digniſſimi. nec non tria vel quatuor. alia alioru3 eximio4 doct4 predictis adiuncta, emendata per celeberrimum iuris utriuſq3 doctorem equitemq3 inſignē dominu3 Ludouicum bologninum de bononia. Uenetiis impreſſa per optimos uiros Peregrinum de paſqualibus z Dominicum de bertochis bononienſes. Anno domini. M. cccc. lxxxvj. die xiij. menſis decembris. Inclito Auguſtino barbadico duce feliciſſimo regnante. zc. Laus deo.* Accedit *Regiſtrum. A a b c d e f g h i k l m. omnes ſunt terni niſi m q eſt duernus.*

XLII. *Tractatus de ieiuniis compoſitus per dominum Antoniū de Roſellis vtriuſq3 iuris doctorem.* Romæ per Stephanum Planck 1486. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ paginæ folii ſecundi: in averſa autem pagina folii primi exſtat *Tabula hujus tractatus*, ſeu indiculus quæſtionum in hoc opuſculo reſolutarum. Impreſſum eſt gothico charactere, & præſtanti chartæ: conſtat vero non niſi ſex foliis, quæ numeris, inſcriptionibus, & ſignaturis carent. Poſt lineam primæ ſexti folii paginæ decimam hæc leguntur ſubſcripta:

*Explicit tractatulus de Jeiuniis Impreſſus per magiſtrum*
*Steffanū Plannck de Patauia: Rome anno dñi Mcccclxxxxvj.*
*die vero ſabati viceſima prima menſis Januarij.*

Inter libros nota anni carentes occurret aliud ejusdem auctoris opuſculum de uſuris, eodem charactere impreſſum.

XLIII. *Clariſſimi ac famoſiſſimi vtriuſq3 iuris illuminatoris domini. Baldi de peruſio ſuper vſibus feudorum. cōmentum Incipit feliciter.* Accedit ejusdem Tractatus de Pace conſtantiæ. Venetiis per Andream de Calabriis 1486. in Fol. magn.

Folium primum vacuum eſt. In fronte primæ columnæ folii ſecundi verba tituli loco recitata leguntur, eodem charactere gothico impreſſa, quo opus ipſum in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum eſt. Inde a folio inter impreſſa quinto paginarum inſcriptiones, a folio a 2 — o ſignaturas, ac plerumque initiales litteras parvas typographus adjecit. Deſunt vero foliorum numeri, & cuſtodes. Commentum de uſibus feudorum terminatur in ſecunda columna folii *n ij*, & in eadem tractatus de pace conſtantiæ incipit, terminatus in columna quarta folii *o*. Folia ſex ſequentia, & partem columnæ primæ folii ſeptimi index occupat materiarum. In eadem columna ſeptimi folii *Explicit cōmentum dñi. Baldi de peruſio iuris vtriuſq3 doc. excellentiſſimi ſuper vſibus ſeu-*

Librum Ingolſtadii compoſitum, & correctum fuiſſe, nullus dubito. Auctor quippe in exemplis epiſtolarum Ingolſtadii ſæpius meminit. Ubi de ſubſcriptionibus Epiſtolarum agit, hæc habet: *Exemplum Datū jngolſtat·die ſolis Annō lxxxvj.* In fine paginæ averſæ folii 20. aliud occurrit exemplum: *A Clariſſimis doctorib⁹ iuris vtriuſq3 ad octo ānos iure in vtroq3 lectiōes diligētiſſime jngoldtſtat audiui.* Non hic quidem de ſe ipſo loquitur, ſed tantum exemplum dare voluit. Attamen ex loco priori haud obſcure colligi poteſt, Paulum Leſcherum anno 1486. Ingolſtadii adhuc commoratum fuiſſe licet ejusdem in annalibus Academiæ noſtræ nullibi excitetur memoria. Quæ de eodem demum explorare potui, hæc pauca ſunt. Primum quidem, ex Eſslingen fuiſſe oriundum. In pluribus enim epiſtolis, quas exempli cauſa huic opuſculo inſeruit, nomen ſuum his verbis expreſſit: *Paulus leſcher de eſslingen artium magiſter.* Alterum vero nos docent acta Manuſcripta authentica Facultatis artium hujatis. In his enim ad annum 1478. primo loco occurrit Paulus Leſcherus inter eos, qui hoc eodem anno die 15. Maii ad concilium facultatis artiſticæ ſunt admiſſi decanatum gerente Magiſtro Wolfgango Oeder. Annorum ſequentium acta de Leſchero prorſus ſilent. De impreſſione opuſculi hujus Ingolſtadii facta non auſim certam ferre ſententiam. Verba enim ſubſcriptionis *In almo gimnaſio ingoldtſtat* de operis compoſitione, & correctione Ingolſtadii facta poſſunt intelligi. Operis ejusdem editionem Heidelbergæ factam anno 1488. excitavit Weislinger in Armamentario Catholico pag. 493.

## III. *Sūma Rudium*, ſeu compendium doctrinæ Chriſtianæ, potiſſimum ad formandos mores, ex S. Scriptura, SS. Patribus, aliisque fontibus hauſtum, ac compillatum ab auctore anonymo. Impreſſum Reutlingæ ſumptibus Johannis Otmar 1487. in Fol. min.

Verba, *Sūma Rudium*, gothicis litteris majuſculis impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo poſt prologum auctoris incipit Tabula materiarum, quæ in averſa folii octavi pagina terminatur. Folium nonum vacuum eſt. Decimo demum incipit ipſum opus gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum. Signaturas, & paginarum inſcriptiones typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, litteræ initiales, & numeri foliorum. In averſa pagina folii quinti ternionis *k*, columna quarta paulo poſt medium *Explicit Summa Rudium autentica impreſſa expenſis magiſtri Johānis Otmar in Reuttlingē Anno M. cccc. lxxxvij. Adiuuamine miſericordis & miſerātis domini Eſcam dantis timētibus ſe in quem ſperamus.*

**IV.** *Gaietani de Thienis Vincētini philoſophi ꝑclariſſimi recollecte ſuper octo libros phyſicoꝝ Aꝝ. incipiunt feliciter.* Vincentiæ per Henricum de S. Urſo 1487. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ primæ itidem paginæ folii primi impreſſi, quod ſignaturam *a* 2 habet. Charta firma, ſatis alba & polita eſt. Litteræ ſunt romanæ perelegantes, & quævis pagina in duas columnas diſtincta eſt. Signaturas, & interdum litteras initiales parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine recollectorum in librum octavum Phyſicorum ſequens legitur ſubſcriptio: *Impreſſum eſt hoc opus ꝑ Henricum de ſancto urſo in Vicētia anno domini M. cccc. lxxxvii. die. xxiii aprīlis.* Accedunt index ſingulorum ordine librorum & capitum, ſeu potius quæſtionum, & recollectionum, & Regiſtrum chartarum, duobus foliis comprehenſa. Orlandi & Maittaire Tom. I. de hac editione nihil habent. Nec alii, qui ad manus mihi ſunt, Bibliographi eam excitarunt.

**V.** *Sermones Theſauri noui de tempore.* Argentinæ per Martinum Flach 1487. in Fol.

Verba *Sermones* &c. leguntur in prima primi folii pagina charactere gothico majuſculo impreſſa. Folio ſecundo incipit *Tabula ſermonuꝫ* (alphabetica materiarum) *de tempore theſauri noui*, foliis undecim comprehenſa, & gothico charactere, ut ipſi ſermones, in duabus columnis chartæ minus firmæ, minusque albæ impreſſa. Folia duo ſequentia indicem complectuntur ſingulorum ordine ſermonum. Folio decimo quinto *Incipiunt ſermones notabiles atque ꝑutiles qbꝫ ab editore ſuo doctore & ꝑdicatore famoſiſſimo nomē vt. Theſaurꝰ nouꝰ intitulentᷣ niditū* (ſic pro *inditum*) *eſt.* Signaturas, litteras ſermonum initiales parvas, paginarum inſcriptiones, e. g. *Dominica ſeptuageſime. Sermo XLIX.* ipſe typographus adjecit. Numeri vero paginarum, & cuſtodes deſunt. Ad calcem ſermonis ultimi, qui eſt CLXXVIII. de Dominica XXV. poſt Trinitatis legitur: *Opus perutile ſermonū dominicaliū totius anni Theſaurus nouus nuncupatū impſſum Argentinæ per Martinum flach Anno domini. M. cccclxxxvij. Finit feliciter.* Cl. Gemeiner pag. 146. horum ſermonum plures recenſet editiones, noſtram vero ignoravit. Exſtant vero etiam apud nos, ab eodem indicati

**VI.** *Sermōes quadrageſimales Theſauri noui.* Argentinæ, ſine adjecto typographi nomine, 1487. in Fol.

Verba, *Sermones* &c. gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folium ſecundum tabulam exhibet ſingulorum ordine

ſermonum. Folio tertio *Incipiũt ſermões quadrageſimales notabiles atq3 perutiles qui theſaurus nouus intitulantur.* Exterior forma horum ſermonum quoad omnia convenit cum ſermonibus de tempore immediate præcedentibus. Quare hos etiam a Martino Flach impreſſos fuiſſe nullus dubito, licet in ſubſcriptione: *Opus ꝑutile ſmonũ quadrageſimaliũ Theſaurus nou⁹ nũcupatũ Argentine impreſſum. Anno dñi. M. cccclxxxvij. Finit feliciter.* Typographi nomen non ſit expreſſum. Orlandi pag. 121. excitavit Theſaurum nouum ſermonum. Fol. 2. Vol. per Martinum Flach 1484. & 1485. Noſtram hanc cum Maittairio ignoravit. Editionem Sermonum de Sanctis pariter argentinam recenſui ad annum 1486. N. XXI. Denuo alia eorundem ſermonum editio Martini Flach occurrit ad annum 1488. N. V. Sermonum de ſanctis aliam editionem anno 1487. Antonius Koburger adornavit, ſtatim recenſendam. De auctore, qui vulgo creditur, horum ſermonum quædam dixi ad annum 1486. N. XXI.

## VII. Theſaurus novus ſermonum de Sanctis. Per Anton. Koburger Norimbergæ 1487. in Fol.

Folium primum vacuum eſt. Folio ſecundo *Tabula alterius partis Theſauri noui de ſanctis ſc3 pro quolibet numerum ꝛ quottam ſermonũ ex ordine ſuo certificans ſubſequitur.* Folio tertio *Incipiunt ſermones notabiles atque perutiles de ſanctis* &c. in duabus columnis gothico charactere firmiſſimæ chartæ, & ſatis albæ impreſſi. Signaturas, & paginarum inſcriptiones typographus ipſe adjecit. Cuſtodes vero, initiales litteræ, & numeri paginarum deſunt. In fine ſequentia typographus adjecit. *Opuſculũ ſmonũ Theſaur⁹ nou⁹ haud imerito intitulatũ de tp̄e & ſctis ꝑ toti⁹ ãni curriculũ ſacris dogmatibꝫ ꝓornatũ. Expēſis anthonij koberger impial' ciuitatis Nurembergē. incole per lucide exaratũ. Anno ſalutis. M. cccclxxxvij. finem clauſit. x. kl'. Marcii.* Subſcriptionem hanc, mutata tamen, pro more ſuo, orthographia, & omiſſis, quod minime fieri oportuerat, vocibus, *de Tempore*, recitavit etiam Cl. Gemeiner pag. 145. qui integrum hujus editionis exemplar ſermones tam de tempore, quam de Sanctis complectens, in Bibliotheca Ratisbonenſi civica exſtare teſtatur. Apud nos non niſi ſermones de ſanctis exſtant. Editos autem a Koburgero hoc vel præcedenti jam anno fuiſſe etiam ſermones Theſauri novi de tempore, patet ex ſubſcriptione modo recitata. Roederus in *Catalogo* Librorum, qui Sæc. XV. Norimb. impreſſi ſunt, pag. 33. meminit tantum ſermonum de tempore, uti poſt Roederum auctor des Leben Anton Koburgers &c. pag. 27. Roederus tamen in nota animadvertit, in Catalogo Bibliothecæ Gottwicenſis ſcriptos ſe reperiſſe ſermones de Sanctis. Cl. Panzerus in noviſſimo opere, quod hac primum hora ad manus meas pervenit (älteſte Buchdruckergeſchichte Nürnbergs pag. 104. non niſi ſermonum de Sanctis meminit, & in ſubſcriptione cum Cl. Gemeiner voces *de Tempore* pariter omiſit.

**VIII. Sermonum Meffreth Partes tres, duæ, Hyemalis, & Æſtivalis, de tempore, & tertia de Sanctis. Norimbergæ per Anton. Koburger 1487. in Fol.**

In prima primi folii columna *Incipit p̄s hyemalis Sermonū Meffreth. al's. Ortulus regine. Prologus.* Ex hoc prologo diſcimus, auctorem ſermones de Sanctis anno 1443. compleviſſe, eodemque anno *ad honorem dei — — - ob honorē deniq3 miſnenſiū dioceſ. cui⁹ ſedē cp tūc Reuerendus in chriſto pater & dn̄s dominus Johānes doctor egregius feliciter gubernauit* &c. ſermones de tempore inchoaſſe. Atque hæc ſunt, quæ de auctore horum ſermonum, qui ſub nomine Meffreth ſæpius typis excuſi ſunt, certo conſtant. Conf. Denis Merkwürdigkeiten der garelliſchen Bibliotheck pag. 133. ſeqq. Prologus terminatur in averſa pagina folii primi, columna prima, linea 16. Tum incipit *Dominica prima aduentuſ. ſmo primus.* Opus gothico charactere minuto admodum in duabus columnis ſirmæ, & albæ chartæ impreſſum eſt. Signaturas, & paginarum inſcriptiones typographus ubique adjecit. Hæ vero aliter ſe habent in parte operis prima ſeu hyemali, quam in duabus reliquis partibus. Sunt enim illæ ejusmodi: *Dominica Tercia poſt Epiphanie.* — *Feria Quarta* — (ſc. poſt præcedentem Dominicam quadrageſimæ) *Dominica In Palmis* — *In Die Paraſceues* — Præterea, quod primam partem attinet, in ſuperiori margine cujusvis folii e parte dextra major exſtat littera, e. g. *A*, *B*, vel etiam *AA*, *BB* &c. ad deſignandos plagularum faſciculos. Folia octo poſtrema primæ partis, quæ ſermones de tempore a Dominica prima adventus, usque ad Paraſceven complectitur, litteram DD. duplicem exhibent, & folium inter numerata poſtremum in averſa pagina, columna ſecunda hanc ſubſcriptionem: *Finit pars hyemalis huius operis.* Accedit tabula materiarum alphabetica octo foliis comprehenſa. Initiales litteræ, cuſtodes, & numeri paginarum in ſingulis partibus deſunt. In fronte partis ſecundæ, ſeu primæ columnæ primi folii *Incipit pars Eſtiualis ſermonum Meffreth al's Ortulus regine Sermo primus.* Porro inſcriptiones paginarum in hac, & ſequenti parte de Sanctis ejusmodi ſunt, ut in prima cujusque folii pagina numerus ſermonis, in averſa dies, vel nomen Sancti, de quo eſt ſermo, indicetur, e. g. *Dominica. XVI. poſt Trinitatis Sermo LXXXIII.* — *De ſancta Appolonia. Sermo XXXVIII.* Continet pars ſecunda univerſim ſermones de tempore CIII. inde a Dominica Paſchæ usque ad Dominicam XXIII. poſt Trinitatis. Huic etiam parti adnexa eſt Tabula alphabetica materiarum foliis 12. comprehenſa. Pagina partis de Sanctis prima *Prologus* (auctoris) *de ſanctis in Sermones Meffret. al's Ortuli regine Incipit feliciter.* In averſa autem pagina folii ejusdem incipit *De ſancto Andrea. Sermo primus.* Ad calcem ſermonis de Sancta Catharina, qui eſt in ordine CXXI, ſequens legitur ſubſcriptio: *Opus ſermonū triptitum: partis uidelicet hyemalis: eſtiualis & de ſanctis. Hortulus regine vl' Meffret inſcriptum: variis ſacre pagine documentis comptiſſime fulcitum. Cuilibet in xp̄i plebe ſalutifere fructificare volenti perutile. Expenſis ſpectabilis uiri Anthonii*

*thonii kobergers Nurenbergeñ. incole atq3 conciuis cura puigili emendatũ: medullitus etiã perſpectũ: ſollerterq3 his ereis Iris effigiatũ. & fine ꝯ ſalubri completũ Salutis anno. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo. xvj. kls Marcij.* Tabula huic parti annexa non niſi tribus conſtat foliis, & ad calcem ejusdem ſequentes leguntur verſus:

*Melliſluos fructus frondoſis lector in hortis*
*Inuenies. nardum. balſamacumq3 croco.*
*Sepe etiam ſuccos hortus deſudat amaros.*
*Et ſalices lentas fert ſimul & tribulum.*
*Sic varios fructus noſter. tibi candide lector*
*Dat liber. en quicquid ꝑcupis emptor habes.*
*Hortulus oblectat ſpecioſas ſepe puellas.*
*Reddit & ꝑ eum qui perit añ vigor.*
*Hortulus iſte ferax herbas. mihi crede. ſalubres.*
*Cultori refert. ac medicamen holus.*
*Languoreſq3 graues aĩe demunt tibi flores.*
*Illius. hi tribuunt gaudia multa tibi.*
*Hortulus iſte quidẽ de cuius gramine paſcit.*
*Se regina Saba. ſponſaq3 ſancta dei.*
*Plurima quid referã dictum memorabile ſiquid*
*Percepere patres. hortulus iſte dabit.*
*At libri nomen lector ſi ſorte requiris.*
*Regine* (ſic) *Meſſret hortulus. ipſe Uale.*

## IX. Baldi Peruſini commentaria in quinque libros priores Codicis cum Apoſtillis Alexandri Tartagni Imolenſis. Venetiis per Nicolaum Jenſon 1487. in Fol. 2. Voll.

In fronte primi voluminis, quod libros tres priores complectitur, plura leguntur in laudem, ac commendationem hujus editionis præ aliis omnibus præcedentibus. Diſcimus etiam ex hic dictis, quod in ſubſcriptionibus non legitur, editionem a *fida ſocietate* (ſc. typographorum) *veneta — — litteris diuine ſculptis ac conflatis. Ingenio acutiſſimi gallici Nicolai Jenſon* eſſe procuſam. Cum Nicolaus Jenſon jam ante annum 1487. obierit, non aliter hæc intelligi poſſunt, quam quod litteris iisdem, quas celeberrimus olim iſte typographus adhibuit, impreſſum fuerit. Sunt vero litteræ gothicæ ſatis elegantes. Paginæ ſingulæ in duas columnas diviſæ ſunt. Carta magna eſt, & præſtantiſſima. Signaturas, initiales litteras parvas, paginarum inſcriptiones, e. g. *De in offi. teſta.* — *De pactis* typographi adjecerunt. Cuſtodes vero, & numeri paginarum deſunt. Ad calcem primi voluminis ſeu averſæ paginæ folii quinti ternionis *c c*, columnæ primæ hæc leguntur ſubſcripta: *Deo Max. & Diue Marie virgini piẽtiſſime glia.* Interjecto exiguo ſpatio: *Baldi ꝑuſini iuriſcõſulti clariſſimi*

in

*teſtate imperatoris ac pape. Et an apud papam ſit poteſtas vtriuſq3 gladii. Et de materia cōſiliorum:* (conciliorum) *qui appellatur monarchia: Editus p excellētiſſimū vtriuſq3 iuris doctorem dominū Antoniū de roſellis de aretio.* Tum ipſe ſtatim tractatus incipit gothico charactere in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſus. Deſunt cuſtodes, & paginarum inſcriptiones: ſignaturas vero, numeros foliorum arabicos, & plerumque initiales litteras parvas typographus adjecit. In averſa ultimi folii, quod eſt numeratum 111, pagina legitur ſubſcriptio ſequens: *Finit tractatus de poteſtate imperatoris ac pape: & an apud papam ſit poteſtas vtriuſq3 gladii: & de materia cōcilio4 qui appellat' monarchia editus p excellentiſſimū vtriuſq3 iuris doctorem dominū Antoniū de roſellis de aretio. Impenſiſq3 & arte Hermāni Lichtenſtein Coloniēſis ē impreſſum anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo. Nō. calē. Julii Uenetiis.* Accedit in eadem pagina *Regiſtrum charta4.* Subnexus eſt totius operis conſpectus folio integro, & dimidio fere comprehenſus. Hæc duo autem folia non ſunt numerata. Opus ratione argumenti certe notatu dignum eſt. Auctor hoc habuiſſe propoſitum videtur, ut juſtos utriusque poteſtatis limites figeret, quod plerumque etiam factum eſt. Interim quædam in hoc opere obſervata ſunt, quæ in cauſa fuerunt, ut in indicem librorum prohibitorum reponerent cenſores romani, donec expurgetur. Auctorem ob denegatam ſibi, quod bigamus eſſet, cardinalitiam dignitatem minus, quam ceteri plerique illius ætatis canonici juris interpretes, pontificiæ ſedi tribuiſſe, a non nullis aſſertum, at non ſatis probatum invenio. Candidum veritatis ſtudium tum in præfatione teſtatus eſt, tum vero in ipſo opere monſtravit. Quodſi igitur erravit, non id malevolentiæ tribuendum eſt. De auctore, celeberrimo ſua ætate (Sæc. XV.) jurium interprete def. an. 1467, & aliis ejusdem operibus, quæ maxima ex parte reperiuntur collecta in tractatu tractatuum ex univerſo Jure, ſcitu neceſſaria ſuppeditant Poſſevinus & Oudinus. Opus præſens Goldaſtus inſeruit ſuæ Monarchiæ imperii. Seorſim raro videtur editum. Oudinus editionem Venetam anni 1483, Cl. Gemeiner loc. cit. pag. 169. præter noſtram hanc pariter venetam anni 1499. excitarunt. Editio Colonienſis anni 1487, a Becmanno in Bibliotheca Francof. commemorata forte a noſtra hac non differt, & Colonienſis dicta eſt a typographo, qui Colonienſis fuit, quæ Cl. Gemeiner conjectura eſt. Noſtram editionem Orlandi pag. 61. inter libros Venetiis ſine nota typographi impreſſos excitavit.

## XII. Digeſtum Novum. ſeu Pandectarum Libri XXXIX — L. cum Gloſſis. Venetiis per Baptiſtam de Tortis. 1487. in Fol. max.

Exemplar noſtrum initio mutilum eſt. Incipit enim folio numerato 3, & ſignato *a* 3. Quod maximopere dolendum eſt. Eſt enim hæc editio plane ſplendidiſſima, utpote charactere gothico elegantiſſimo & præſtantiſſimæ chartæ im-

impreſſa. Litteras librorum initiales typographus vel omiſit, vel parvas poſuit: in ipſo vero librorum contextu plerumque magnas easque rubras adhibuit. Folia ſignaturas, & numeros, paginæ inſcriptiones habent. Conſtat integrum volumen foliis numeratis 305. Accedit vero folium non numeratum, cujus prima pagina partem majorem tabulæ Rubricarum alphabeticæ, jam in averſa folii 305. pagina inchoatæ, *Regiſtrū digeſti noui* (ſc. Chartarum) & hanc ſubſcriptionem continet: *Uenetiis per Baptiſtam de tortis. M. cccclxxxvij. die. viij. Januarij.* Pars igitur hujus editionis longe maxima jam anno 1486. impreſſa fuit. Orlandi, & Maittaire de hac editione nihil habent, nec alii etiam, qui ad manus mihi ſunt, Bibliographi. Oportet igitur rariora eſſe ejus exemplaria.

## XIII Angeli Peruſini conſilia Juridica, cum repertorio eorundem. Venetiis per Johannem Vercellenſem 1487. in Fol.

Volumen ante medium primæ primi folii columnæ incipit his verbis:

*primo*
*De eo qui fecit murari quendam murum cōem ẜfe-*
*cit in eo trabes ĩmitti ꝛc.*

Tum ipſum opus incipit gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum. Initiales litteræ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Signaturas vero typographus adjecit, & primum quidem folium impreſſum ſignatum eſt *a* 2. In averſa folii ſexti ternionis *t* pagina, columna tertia opus terminatur ejusque ad calcem uberior legitur notitia, ex qua diſcimus, Baptiſtam de ſancto Blaſio conſilia hæc in hac quidem editione emendaſſe, eademque *emēdata atq3 ſuo* ordine correcta. Atque Venetiis magna *curaq3* (ſic) *cū diligentia ĩpreſſa* (fuiſſe) *ꝑ magiſtrū Joannē vercellēſe3 ad honorē laudē ꝛ gloriā ōpotēt| dei anno do. M. quadrigēteſimo octuageſimo. tertio kal'. martij.* Repertorium hujus operis alphabeticum ſeorſim impreſſum eſt, & tribus quaternionibus A. B. C. comprehenſum. Terminatur autem in prima folii ſeptimi quaternionis C pagina, columna ſecunda, hancque habet ſubſcriptionem: *Finis huius repertorii ho4 conſilio4 Angeli de Vbaldis de Peruſio fratris Baldi de vbaldis de Peruſio M. cccclxxxvij. die. xiiij. menſis aprilis. Uenetijs.* Accedit in eadem pagina Baptiſtæ de S. Blaſio Epiſtola dedicatoria ad Jacobam Zenum Epiſcopum Patavinum: averſa autem pagina folii ejusdem *Regiſtru3* (chartarum) *huius operis* continet. Orlandi & Maittaire editionis iſtius non meminerunt, uti alii etiam, qui ad manus mihi ſunt, Bibliographi. Attamen ſine adjecto typographi nomine excitatur in *Raritate Librorum Bibliothecæ* Cann. Regg. Novacell. pag. 43. his verbis: *Angeli de Ubaldis conſilia. Venetiis* 1487. *f. m.*

XIV.

XIV. *Incipit lectura Reuerẽdiſſimi in chriſto patris z domini dñi Franciſci ʒabarellis Cardinalis ſuper Clementinas.* Venetiis per Joh. de Forlivio, & Gregorium fratres. 1487. in Fol. magn.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ folii primi. Mox operis Procœmium inipit, charactere gothico, ut ipſum opus, pereleganti in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum. Signaturas paginarum inſcriptiones, & ubivis fere initiales litteras parvas typographi adjecerunt. In fine voluminis legitur: *Explicit lectura Reuerendiſſimi in chriſto patris z dñi dñi Franciſci de ʒabarellis Cardinalis digniſſimi ſup Clemẽtinis. Impreſſa Uenetiis p Joannẽ de Forliuio z Gregorium fratres exactiſſima diligentia ac cura. Anno donum* (ſic) *M. cccclxxxvij. die ix. Junij.* Subjecta ſunt rubro colore typographorum inſignia, in averſa autem pagina *Regiſtrum cartarum* legitur.

XV. *Faſciculus tempo4.* Hæc gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima pagina. Ad calcem vero voluminis: *Impreſſum Argentine p Johannem pryſs. Anno dñi. Mcccclxxxvij.* In Fol. min.

In averſa primi folii pagina incipit tabula, ſeu index alphabeticus materiarum, in averſa folii ſexti pagina terminatus. Folio ſeptimo auctoris Prologus incipit gothico charactere, quo ipſum opus, & index, ſatis luculento & pingui firmiſſimæ chartæ impreſſus. Ab hoc folio usque ad finem operis in prima cujusvis pagina folii numerus, e. g. *Folium .I. — Folium XLVI.* in averſa autem ætas mundi ab ipſo typographo adnotata ſunt, e. g. *Quinta etas. Tranſmigratio. Sexta etas. Criſtus.* Signaturas quoque, & initiales litteras typographus adjecit. Cuſtodes vero deſunt. In averſa folii XC. pagina opus terminatur in hac quidem editione usque ad annum 1484. continuatum. Conf. N. XXVI. ad ann. 1480. Conſtat igitur volumen integrum foliis 96. Ex his vero ſex priora, indicem complectentia, non ſunt numerata.

XVI. Angeli Carlati de Clavaſio, Ord. min. Summa de caſibus conſcientiæ, vulgo *Summa Angelica.* Venetiis per Georgium de Rinabenis 1487.

Primum folium vacuum eſt. In fronte ſecundi legitur *Epſa. F. Hieronymi tornieli lectoris. Ad R℞. p. F. Angeluʒ de clauaſio preſentis operis Auctorem: in qua orat eius Reuerentiam: ut ipſum opus imprimi faciat: ꝓpter talem z tantã dicti operis excellentiam z vtilitatem.* Huic epiſtolæ ſubnexa eſt auctoris reſpon-

reſponſoria, eaque breviſſima, qua poſtulatis annuit. Folio tertio poſt auctoris prologum incipit tabula, ſeu index materiarum alphabeticus, quem excipiunt duo alii indices, prior quidem auctorum, qui citantur, alter abbreviaturarum. Folio ſeptimo demum *Incipit ſumma angelica*, in duabus columnis minuto & nitido charactere gothico præſtantiſſimæ chartæ impreſſa. Deſunt initiales litteræ, cuſtodes, & inſcriptiones paginarum. Signaturas vero, & foliorum numeros arabicos inde a folio ſeptimo typographus adjecit. Conſtat opus foliis impreſſis, iisque numeratis 454. Terminatur in ſecunda primæ ejusdem folii paginæ columna, linea 10. In eadem columna primum quidem hi verſus leguntur:

*Humano Angelicas quicūq3 audire loquelas.*
*Ore cupi3: preſens perlege lector opus.*
*Hic ſacros canones: hic ꝛ ciuilia iura*
*Hic ſancte inuenies religionis opes.*
*Maxima multo4 qdˀ vix dabat ante libro4*
*Sarcina: id Angelica dat tibi ſumma breuis.*
*Angelus eſt auctor: ſacri decus ordinis ingens.*
*Seraphici: ꝛ tante religionis honos.*
*Auctorem atq3 opus impreſſum felicia dona.*
*Clauiſſina tulit terra beata viro.*
*Nec carleta minus gens felix vnde creatus.*
*Angelus Angelicis dignus adeſſe choris.*

His ſubjecta eſt ſequens notitia: *Explicit ſūma Angelica de caſibus ꝯſcie per fratrē Angelū de clauaſio ꝯpilata: maxima cū diligentia reuiſa: ꝛ fideli ſtudio emēdata ſicut ipm opus ꝑ ſe ſatis atteſtabit Uenetiis impreſſa per Georgiū de Riuabenis Mātuanū. al's Parēte3* (Parentem) *Anno dñi. M. cccclxxxvij. xj. kl. nouēbris.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* Adjectæ demum ſunt *Rubrice Juris ciuilis, & canonici,* foliis impreſſis, & non numeratis 10. comprehenſæ. Eandem editionem Maittaire Tom. I. pag. 489. & Freytag in *Apparat. litter.* Tom. I. pag. 573. ſeqq. excitarunt: hac vero antiquiorem a nemine excitatam memini. Quare primam eam eſſe haud abs re ſuſpicatus eſt Freytag loc. cit. Plures alias Sæc. XV. factas recenſet Weislinger in *Armament. Cathol.* qui etiam poſt Freytagium de ipſo auctore ſcitu neceſſaria breviter expoſuit. Annus auctoris emortualis non adeo certus eſt: probabilior autem ſententia eſt, eum circa annum 1494. vel 1495. diem obiiſſe ſupremum. Opus alphabetico ordine magna diligentia & eruditione elaboratum, & pro genio ſæculi illius, magno adplauſu exceptum eſt, quod frequentes monſtrant editiones.

## XVII. Sermonum Meffreth Partes duæ, Hyemalis, & de Sanctis. Per Nicolaum Keſsler Baſileæ 1487. in Fol.

Editionem hujus operis, quæ partem etiam Æſtivalem complectitur, ſupra recenſui ad h. a. N. VIII. ubi pauca quoque de auctore dixi. Hæc præ-

 ſens

ſens in prima primi folii pagina hunc titulum, gothico charactere majuſculo impreſſum, exhibet: *Sermones Meſſreth. al's Ortulus regine de tempore. Pars Hyemalis.* Folio ſecundo *Incipit pars hyemal' Sermonū Meſſreth alias Ortulus regine. Prologus.* Prologus hic terminatur in averſa pagina ejusdem folii, columna 3, linea 1. Tum incipit *Dñica pma aduent? Sermo pmus.* Opus gothico charactere pereleganti & luculento in duabus columnis nitidæ chartæ impreſſum eſt. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, & numeris paginarum. Habet vero ſignaturas, & inſcriptiones paginarum, e. g. *Dominica In Sexageſima,* Terminatur hyemalis in prima columna folii ſexti quaternionis 2, linea 35, cui ſequens adjecta eſt ſubſcriptio: *Finit pars hyemalis huius operis.* In columna folii ejusdem ſecunda incipit index materiarum alphabeticus, qui & reliquum hujus folii ſpatium, & ſequentia undecim folia integra, ac præterea partem majorem primæ folii duodecimi paginæ occupat. *Sermones Meſſreth al's Ortulus regine de ſanctis* ſeorſim a præcedentibus haberi poſſunt: Sunt vero iisdem litteris, eidemque chartæ impreſſi, cetera quoque, quæ ad externam ſpectant formam, eadem ſunt. Paginarum inſcriptiones ſic ſe habent: e. g. Sermo XXIIII, — LX &c. In fine ſermonis CXXI. leguntur verſus: *Mellifluos fructus* &c. a me recitati ad h. a. N. VIII. ad calcem vero tabulæ, ſeu indicis materiarum alphabetici ſequens ſubſcriptio: *Opus ſalutiferum ſermonum Meſſreth in tres ptes diuiſu hyemalem videlicet. Eſtiualem & de Sanctis explicit Impreſſū Baſileæ per Nicolaum Keſler. Anno domini. Milleſimo quadringēteſimo octuageſimo ſeptimo. die Saturni. xx. Mēſis Januarii.* Subjecta ſunt typographi inſignia. Patet ex hac ſubſcriptione, partem quoque horum ſermonum Æſtivalem ab eodem typographo fuiſſe typis excuſam. Sed hæc quidem apud nos non exſtat.

XVIII. *Speculū exemplorū omnibus chriſticolis ſalubriter inſpiciendū ut exemplis diſcant diſciplinam.* Hæc gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Argentinæ ſine nomine typographi 1487 in Fol.

Folio ſecundo *Incipit tabula exemplorum* ſeu index materiarum alphabeticus, foliis impreſſis triginta comprehenſus. Folium trigeſimum ſecundum vacuum eſt. Folio 33. *Incipit prologus,* in quo miratur auctor anonymus, *impreſſoria arte jam dudum longe, lateque per orbem diffuſa,* neminem exſtitiſſe, qui opus ejusmodi, exempla ex variis auctoribus collecta complectens, ediderit. Folio 34. *Incipit ſpeculum exemplo4* &c. Operis auctor ipſe decem fecit diſtinctiones, ſeu partes, pro numero fontium, ex quibus narrata ad verbum, ut fatetur, hauſit. In margine ſuperiori primæ cujusvis folii paginæ notatur Diſtinctio, e. g. *Diſtinctio Prima,* in averſæ autem paginæ margine fons, e. g. *Ex dyalog. Grego.* — *Ex uitaſ* (ſic) *patrum.* Singulæ paginæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Characteres ſunt gothici ſatis elegantes. Initiales litteras parvas, ſignaturas, &, ut ex dictis patet, paginarum inſcriptiones typographus adjecit.

jecit. Cuſtodes vero, & numeri paginarum deſunt. Ad calcem columnæ quartæ folii ſexti quaternionis *T* hæc ſubſcripta leguntur: *Ad laudē ꝛ gloriā ſempiterne indiuidueq3 trinitatis. beatiſſime Marie ṽginis. omnium ſanctoꝝ ꝛ angeloꝝ in ciuitate Argētina Anno dñi. M. ccccLxxxvij. in die ſancti Adriani martyris glorioſi. in martio.* Duo poſtrema ejusdem quaternionis folia ſunt vacua. De operis œconomia pluribus agit Weislinger in *Armament. Cathol.* pag. 394.

## XIX. *Opus originale Ruperti abbatis Tuicienſis de victoria verbi dei in tredecim libros diuiſum.* Aug. Vind. per Anton. Sorg. 1487. in Fol. min.

Quæ tituli loco recitavi, leguntur in prima primi folii pagina litteris gothicis majoribus impreſſa. Folio ſecundo incipiunt tituli, ſeu brevia ſingulorum cujusque libri capitum argumenta, foliis ſeptem comprehenſa. Folio nono *Incipit capitulū libri primi. Et primo prologus* &c. Ab hoc folio folia ſingula numerata ſunt, e. g. *Folium iii.* Librum quoque in ſuperiori margine ſecundæ cujusvis folii paginæ typographus notavit, e. g. *Liber Primus*, *Liber Tredecimus.* Idem initiales litteras parvas, & ſignaturas adjecit. Liber Tredecimus terminatur in ſecunda columna folii *cv*, linea 22, cui ſequens adjecta eſt notitia: *De victoria verbi dei volumen originale Ruperti Abbatis Tuicienſ. ſacre pagine cpfeſſoris egregii ſacramenta pentateucon ceterorumq3 veteris ac noue legis librorum occulta In tredecim libros diuiſum feliciter explicit. Impreſſum per Anthonium Sorg ciuē Auguſtenſ. Anno dñi. M. cccc. lxxxvij.* De auctore, qui ſæculo duodecimo floruit, conferendus eſt. *P. Ceillier* in *Hiſtoire Generale des Auteurs Sacrés & Eccleſiaſt.* Tom. XXII. Brevior de eo eſt Hamberger in zuverläſſigen Nachrichten T. IV. pag. 121. ſeqq. Hæc ejus operis editio omnium prima habetur. Haud tamen adeo rara videtur. Eam quippe paſſim excitarunt Bibliographi, Orlandi, Maittaire, Hamberger, Freytag, Zapf, alii. Opera auctoris ejusdem, ſua ætate celeberrimi, collecta primum prodierunt Coloniæ 1577. III. Tom. in Fol.

## XX. Opera medica eadem, quæ ad annum 1483. N. XV. jam recenſita, & eodem ordine iterato typis impreſſa ſunt Venetiis per Baptiſtam de Tortis anno 1487. in Fol.

Præſentis editionis cum præcedenti ad annum 1483. N. XV. recenſita tanta eſt, quoad externam formam, convenientia, ut, ſi nomina deeſſent typographorum, facile una pro altera haberi poſſent. Sunt tamen ambæ editiones revera a ſe diverſæ. Et litteræ quidem, quibus impreſſus eſt textus, in priori editione ſunt notabiliter majores, quam in præſenti. Inſcriptio in fronte primæ columnæ folii ſecundi, non romanis capitalibus, ut in præcedenti,

 ſed

ſed gothicis minoribus impreſſa hujusmodi eſt: *Incipiunt iſagoge Joannitii ad tegni Galieni, Primus liber medicine.* Folia 2, 3, & 4. in priori editione ſignata ſunt *a* 2, *a* 3, *a* 4 in poſteriori vero hac *aa* 2, *aa* 3, *aa* 4. Conveniunt vero ambæ editiones in eo, quod folia 151, 152, 153, & 154 numeris careant, adeo quidem, ut in utraque editione folium, in ordine 155, numerum habeat 151. Hæc quatuor folia non numerata ſi addantur foliis numeratis, volumen integrum utriusque editionis conſtabit foliis 216, non 212. Quamvis vero paſſim paginæ, & folia in una editione plures paucioresve compleċtantur lineas, quam ſunt in altera: tamen poſterior hæc editio ad normam prioris faċta videtur. Jusjurandum Hippocratis in editione poſteriori pariter in ſecunda columna folii 211 terminatur, eademque in columna typographus hæc tantum adjecit: *Uenetiis per baptiſtam de tortis. M. cccc. lxxxvij. die vigeſimo Auguſti.* Averſa pagina folii ejusdem in utraque editione Epiſtolam continet Franciſci Argilagnis Valentini, qui operis correċtionem in ſe ſuſcepit, ut patet ex ſubſcriptione, a me recitata, editionis prioris. Addam non nulla, quibus altera ab altera adcuratius diſcerni poteſt: linea ultima columnæ ſecundæ folii 42 in editione priori his verbis terminatur: *in cōtinētiā ſui*, in poſteriori vero his: *poſteriori ſūt.* Folii 86 columna prima in utraque editione incipit verbis textus: *in uſu eius:* aſt eadem columna in editione priori terminatur: *venerar4 pulſatiliū* 2, in poſteriori vero: *vēa q̄ noiat.* Folii 190 columna ſecunda in priori editione incipit: *do qum periit*, in poſteriori: *vero quorum generatio.*

## XXI. Summa S. Antonini Archiep. Florent. Theologica. Partes I. II. & IV. 1487. Pars III. anno 1488. Spiræ per Petrum Drach. Voll. 4. in Fol.

Primi voluminis, ſeu Partis folium primum in noſtro exemplari deeſt. Folio ſecundo *Incipit prologus in tabulas totius ſumme domini Anthonini archiepiſcopi florentineñ. ordinis predicatorū viri doċtiſſimi.* Prologus non ipſius auċtoris eſt, ſed editoris. Poſt hunc in ſecunda columna paginæ ejusdem terminatum *Sequitur ergo tabula prima*, ſeu alphabetica materiarum, quæ in ſingulis quatuor partibus pertraċtantur. Hanc excipiunt indices alii non alphabetici 1) Sermonum, ſeu traċtatuum, qui hoc in opere occurrunt, de B. Virgine Maria. 2) Locorum S. Scripturæ, qui exponuntur. 3) Expoſitionum ſuper Epiſtolas, & evangelia de tempore per annum, & 4) ſermonum, vel traċtatuum de Sanċtis. Atque hi quidem indices foliis impreſſis 135. ſunt comprehenſi. Tandem in prima ſequentis folii pagina hæc verba leguntur: *Prima Pars ſumme Anthonini*, & nihil aliud in toto hoc folio. Demum, præmiſſo prologo, ipſa incipit ſumma, ſeu pars ejusdem prima gothico charaċtere in duabus columnis chartæ firmæ, albæ, & mundæ impreſſa. Deſunt initiales litteræ, paginarum numeri, & cuſtodes. Signaturas vero, & paginarum inſcriptiones e. g. *Titulus primus*, *Capitulu3 ſecundum* ipſe typographus adjecit. Paulo poſt medium Columnæ

ſecun-

ſecundæ folii octavi quaternionis *M* hæc verba leguntur: *Hic prime partis Summe Anthonini ordinis p̄dicatorū fratris clariſſimi, archiēpſulis florentini finis extat. vigilāti cura emēdate. opera ac impenſis Petri Drach conſularis Spireñ. ciuitatis. M. cccc. octuageſimo ſeptimo natiuitatī dominice anno currente. kalendas ꝟo Octobris. vnde deo omniuꝫ ſummo fauente gratiarū actiones iuxta modulū cōſuetū reſerimus infinitas.* Tres reliquæ partes eandem habent externam formam quam pars prima: in his tamen partibus hinc inde litteras initiales parvas obſervavi, forte & in prima aliquoties, & in reliquis ſæpius obſervandas, niſi miniator eas colore obduxiſſet. Habent omnes quatuor partes poſt Prologum auctoris, qui cuivis peculiaris eſt præfixus, tabulam ſeu indicem titulorum præfixum. Recitabo igitur, quæ huc pertinent, ex ſubſcriptionibus, quæ ſingulis etiam partibus peculiares ſunt. Pars Secunda impreſſa eſt *Anno incarnationis dominice. Milleſimo quadringēteſimo octuageſimo ſeptimo Auguſti vero Nonas pridie. — Spire ꝑ Petrum drach* &c. Pars Tertia ꝑ — — *Petrum trach* (ſic) *conſularem ſpirenſis ciuitatis. His ereis figuris Impreſſa — — Anno ſalutis M. ccccLxxxviij. Sexto id⁹ februarii.* Demum Pars Quarta *Explicit feliciter Anno natiuitatis dominice. M. ccccLxxxvij. kalendas vero Martij. xiij.* Pars igitur quarta hujus editionis ante omnes reliquas prodiit. Tantum abeſt, ut anno primum 1488. prodierit, ut adfirmat Cl. Denis Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibliothek pag. 128. Idem typographus partem hujus operis ſecundam jam anno 1477. impreſſit. Conf. N. II. ad h. a.

**XXII. Biblia latina cum gloſſa Nicolai de Lyra, Additionibus Pauli Burgenſis, & Replicis Matthiæ Doringii. Nurenbergæ per Anton. Koburger 1487. in Fol. Voll. 4.**

Textus Bibliorum majori, ſatis luculento, gloſſa vero, additiones, & replicæ minuto admodum charactere, utroque gothico, impreſſæ ſunt. Deſunt cuſtodes, initiales litteræ, foliorum numeri, & in primo quidem volumine etiam ſignaturæ, quæ quidem in voluminibus tribus reliquis ſunt adjectæ. Paginas typographus inſcripſit, e. g. *Geneſis* — vel *Liber Exo.* — *Liber Nume.* — *Epiſtola Pauli ad Romanos.* Volumen primum præter Pentateuchum, ad cujus calcem legitur: *Explicit Deuteronomiū.* Complectitur Libros Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, & duos Paralipomenon. In fine 2di Paralipomenon legitur: *Explicit liber Dabreiamin* (ſic) *ſiue Paralypomenon ſecūdus.* In eadem columna ſtatim *Incipit oratō manaſſes* (ſic) *regis iuda cū capt⁹ teneretur in babylone*: In columna ejuſdem paginæ altera *Explicit oratio manaſſes* (ſic) *regis iuda.* In fine gloſſæ in hanc orationem denuo iisdem litteris, quibus gloſſa impreſſa eſt, impreſſum legitur: *Explicit oratio regis manaſſes.* & nihil amplius. Volumen ſecundum ſignatum A. B. - - - X. y. Z. & Aa. Bb - - - Pp. Complectitur duos libros Eſdræ, ſeu libros Eſdræ, & Nehemiæ, librum Eſdræ vulgo tertium, ſub nomine libri Eſdræ ſecundi, Apocryphum, Tobiam, Judith, Eſter, Job, Pſalmos, Proverbia, Eccleſiaſten,

ſiaſten, Canticum canticorum, Sapientiam, Eccleſiaſticum. Præfatio gloſſatoris in Pſalmos incipit in prima pagina folii ſignati *M.* Terminatur vero gloſſa in Pſalmos, ipſeque Pſalmus CL. in averſa pagina folii ſeptimi quaternionis *Dd.* Octavum eiusdem folium vacuum eſt. In prima folii octavi quaternionis *Pp* pagina. Columna ſecunda *Explicit liber Eccleſiaſticus*, i. e. textus libri hujus. Volumine tertio comprehenſi ſunt libri ſequentes Iſaias, Jeremias cum Threnis & Baruch, Ezechiel, Daniel, (terminatus in averſa pagina decimi folii quinternionis BBB) duodecim Prophetæ minores, duo libri Machabæorum. Ad calcem textus ſecundi libri legitur *Explicit ſcds' liber Machabeorum;* in fine vero gloſſarum: *Explicit poſtilla Nicolai de lyra ſup vetus teſtm cum expoſitōibus britonis in ꝑlogos Hieronymi. ꝛ cum additōibus Pauli epi burgeñ. ꝛ correctoriis earundē additionum editis a Mathia doringk ordinis minorum;* & nihil amplius. Folia hujus voluminis ſignata ſunt litteris AA — ZZ & AAA — NNN. Quartum denique volumen libros omnes novi Teſtamenti continet. Folia ſignata ſunt litteris a — ȝ. & aa — qq. In averſa pagina folii ſexti ternionis f textus & gloſſa evangelii ſecundum Johannem terminantur: Textus vero, & gloſſæ in Apocalypſin in prima pariter pagina folii ſexti ternionis *qq.* Ad calcem paginæ ejusdem ſequentia leguntur ſubſcripta: *Exactū eſt Nuremberge inſigne hoc: ac inuſitatū opus biblie vnacū poſtillis venerādi viri ordinis minorū fratris Nicolai de lyra: cūqȝ additōnibus per venerabilē epiſcopū Paulum burgenſem editis: ac replicis magiſtri dorinck eiuſdem ordinis miorū fratris ꝛ theologi optimi: charactere ꝓo impſſum habes iucundiſſimo: impenſiſqȝ Anthonii kobergers pſate ciuitatis incole: Anno incarnate deitatis. M. ccccixxxvij. die ꝓo Nona4. iii. decembriū. De quo honor inuictiſſime trinitati nec non intemerate virgini Marie ihū xpi gerule: Amen.* In averſa pagina folii ejusdem *Incipit libellus editus per mgrm Nicolaum de lyra ordinis mino4 theologie ꝓfeſſoreȝ: in quo ſunt pulcerrime qones iudaicā ꝑfidiam ꝛ catholica fide improbātes.* Terminatur iſte libellus in prima pagina folii ſexti ternionis rr, columna ſecunda, linea 44, cui hæc tantum ſubjecit typographus:

*Et ſic eſt finis. Laus deo.*

Indicavit eandem editionem Cl. Panzer in Geſchichte der Nürnbergiſchen Bibel-Ausgaben pag. 77. Adfirmat autem, forte per errorem typographi, eam quinque voluminibus conſtare.

## XXIII. Auguſtini Triumphi, vulgo Anconitani, Ord. Eremit. S. Auguſtini, Summa de Eccleſiaſtica poteſtate. Venetiis per Johannem Leoviler de Hallis ſumptibus Octaviani Scoti 1487. in 4.

In prima primi folii columna ſtatim ab initio incipit *Prologus epiſtolaris in ſummaȝ de eccleſiaſtica poteſtate: catholici doctoris: fratris Auguſtini de Ancona*, eſtque idem, qui editioni hujus operis ad annum 1479. N. XII. recenſitæ

tæ præfixus eſt a Paulo Lulmeo. Hinc in averſa pagina columna quarta excipit prologus, ſeu dedicatoria epiſtola ipſius auctoris ad ſummum Pontificem Johannem XXII. Opus impreſſum eſt gothico charactere in duabus columnis albæ, & præſtanti chartæ. Habet ſignaturas, & paginarum inſcriptiones: caret vero initialibus litteris, cuſtodibus, & paginarum numeris. In columna ſecunda primæ paginæ folii duodecimi ſexternionis *pp* ſequens ſubſcriptio legitur: *Explicit ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate edita a fratre Auguſtino de Ancona Ordinis fratrum heremitarū ſancti Auguſtini: Impreſſa Uenetiis arte ꝛ ingenio Joannis Leoviller de Hallis Impēſis Octauiani ſcoti Modoetienſ Anno dñi M°. cccclxxxvij. xiij. kal. octobris.* In averſa pagina exſtat *Regiſtrum* chartarum. Accedit tabula, ſeu index ſingularum ordine quæſtionum octo foliis comprēhenſus.

## XXIV. Bibliorum Germanicorum Pars ſecunda. Auguſtæ Vind. per Johannem Schönsberger 1487 in Fol.

Folia hujus editionis numerata ſunt, & pars ſecunda incipit folio CCCC. cujus prima pagina, Hieronymi Præfationem in proverbia continens, inſcriptionem habet: Die Vorrede in das bůch Der ſprůch. Vetus Teſtamentum, ſeu liber Machabæorum ſecundus terminatur in prima folii ccccccxLi. (641.) pagina columna ſecunda. In averſa autem pagina folii ejusdem Præfatio in quatuor evangeliſtas incipit. Epiſtolæ ad Epheſios in prima pagina folii cccccccxxxviii. (738.) præmiſſa eſt epiſtola ad Laodicenſes ſpuria. Singulis quatuor evangeliis præmiſſa eſt figura ligno inciſa; quales, data occaſione, inſertæ ſunt Libris Danielis, Machabæorum, & Apocalypſi. Non ſatis accurata ſunt, quæ ſcripſit *Beyer* in *Arcanis Sacris Bibliothecarum Dreſdenſium* pag. 94. ubi de præſenti loquens editione ait: *In Daniele, Libro Macchabæorum & apocalypſi Johannea, nec non in Euangeliſtarum narrationibus venerandis paſſim occurrunt figuræ ligno inſculptæ.* Nam in Daniele quinque tantum, in libris Machabæorum quatuor, in ipſo evangeliſtarum contextu (ſeu, ut Beyeri verbis utar) *in Euangeliſtarum narrationibus venerandis* omnino nulla, ſed tantum ab initio, Apocalypſi demum una eſt præmiſſa, & ſeptem ipſi textui inſertæ ſunt. Terminatur Apocalypſis in averſa pagina folii cccccccxcix (799.), columna tertia, linea 46. Columna quarta ejusdem paginæ ſequentem continet ſubſcriptionem: Diſes durchleůchtigiſt werck der ganczen heyligen geſchryfft. genant die bibel für all ander vorgetrucket teůtſch biblen. lauterer. klarer. vnnd warer nach rechter vnnd gemeyner teůtſch. mit holcz (ſic, pro hohen) vnd groſſen fleyß. gegen dem lateyniſchen text gerechtuertigt. vnderſchidlich punctirt. mit überſchrifften bey dē meyſten teyl der capitel vnd pſalm. jren jnhalt vnnd vrſach. anzaygende. vñ mit ſchönen figuren die hyſtorien bedeůtende hat hie ein end. Gedruckt durch hannſen ſchönſperger in der löblichen keyſerlichen reychſtat Augſpurg. Nach der geburt criſti des geſeczs der gnaden vierzehenhundert vnd in dē .lxxxvij. jar. an ſant Urbans tag. vmb wölich volbringung.

bringung. ſey lob. glori. vnd ere. der hohen heyligen driualtigkeit vnd ynigem weſen. dem vater. vñ dem ſun vnd dem heyligen geyſt. der do lebt vnd regieret got ewigklich. Amen. Deſunt in hac editione cuſtodes & ſignaturæ. Præter foliorum autem numeros Romanos typographus paginarum inſcriptiones & litteras initiales magnas ligno inciſas, easque florentes adjecit. Litteræ germanicæ ſunt, eæque admodum luculentæ.

XXV. Scriptores veteres de re militari. 1) Flavii Vegetii Epitoma Inſtitutorum Rei Militaris. 2) Sexti Julii Frontini Stratagematicon libri quatuor. 3) Æliani de inſtruendis aciebus liber. 4) Modeſti libellus de Vocabulis Rei militaris, Romæ per Eucharium Silber alias Franck. 1487. in 4.

Quatuor hæc opuſcula ſeorſim haberi poſſunt, eſtque ſingulis ad calcem adjecta peculiaris ſubſcriptio. Quare a Cl. P. Audiffredi in *Catalog. Roman. Edit. Sæcul. XV.* diſtinctis quatuor numeris recenſentur. Recenſebo ſingula eo ordine, quo in exemplari noſtro compacta occurrunt. Bibliopegum ordinem temporis, quo prodierunt, non obſervaſſe, lector ipſe facile deteget. In averſa primi folii pagina

*Jo. Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite*
*Juueni generoſo & ſtrenuo. S. P. D.*

Adfirmat Sulpitius in hac epiſtola, ſe tres de re militari Scriptores egregios, Vegetium, Aelianum, & Frontinum, nuperrime recognoviſſe, & ut ſimul ederentur quam emandatiſſimi, curaſſe. Nulla vero Modeſti fit mentio, quem forte poſt tres illos ſcriptores jam imprcſſos, Sulpitius adjecit. In fronte folii ſecundi capitalibus litteris hæc leguntur impreſſa: *Flavii Vegeti Viri. Illus. Ad Valentinianum Auguſtum Epitoma Inſtitutorum Rei Militaris Ex Commentariis Catonis: Celſi: Traiani: Hadriani: Et Frontini Liber Primus.* In averſá pagina folii 58 legitur: *Impreſſum Romę per venerabilem uirum Magiſtrũ Eucharium Silber | alias Franck. Anno domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo. Die uero quarto kal'. Februarii.* Accedit in eadem pagina *Regiſtrum*, ſc. Chartarum & emendatio loci cujusdam. Sequentis operis primum folium vacuum eſt. In fronte autem folii ſecundi *Sexti Julii Frontini Viri Conſularis Strategematicon liber primus;* quem tres alii excipiunt. In Exemplari, quod deſcripſit Cl. P. Audiffredi, videntur verba *Sexti Julii Frontini* capitalibus litteris impreſſa eſſe; ita enim tres hæ voces impreſſæ exhibentur: In noſtro vero exemplari iisdem ſunt litteris impreſſæ, quibus verba immediate ſequentia, & ipſe textus operis. Inſuper in exemplari Audiffredii pro *Conſularis* legitur *Conſolaris.* In reliquis notis characteriſticis nulla eſt differentia. In averſa pagina folii 47. ante medium paginæ legitur: *Impreſſum Rome p Venerabilem uirum Magiſtrũ Eucharium Silber: alias Franck Anno. M. cccc.* lxxxvii. die vero prima Junii

*Junii.* Sequentis folii prima pagina tantum exſtat *Regiſtrum.* ſc. chartarum. Folium primum Aeliani vacuum eſt. In fronte autem folii ſecundi *Aeliani de inſtruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum: a Theodoro Theſſalonicēſe latinum factum & Antonio Panormitę Alphonſi Regis pręceptori dicatum:* ſc. incipit. Sequitur vero immediate præfatio. In prima folii 28 pagina paulo poſt medium legitur: *Impreſſum Romę per Venerabilem uirum Magiſtrū Eucharium Silber, alias Franck. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo. Quinto decimo kal. Martii.* Accedit in eadem pagina *Regiſtrum,* ſc. chartarum. *Modeſti Libellus De Vocabulis Rei Militaris Ad Tacitum Auguſtum* (hæc capitalibus impreſſa litteris in fronte primæ paginæ leguntur) ſex tantum conſtat foliis impreſſis, & in prima ſexti folii pagina hanc habet ſubſcriptionem: *Impreſſum Romę per Venerabilem urm* (ſic) *Magiſtruȝ Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini. M. cccc. lxxxvii. Septimo Idus Junii.* Quatuor hæc opuſcula eodem charactere, romano nimirum, eidemque chartæ, admodum nitidæ, impreſſa ſunt. Carent cuſtodibus, ſignaturis, numeris, & inſcriptionibus paginarum: habent vero initiales litteras parvas, excepto opuſculo Modeſti, quod unicam, in fronte nimirum, litteram initialem habet, eamque majuſculam R.

XXVI. Wenceslai Brack, Artium Profeſſoris, & Examinatoris Conſtantienſis 1) vocabularium latino - teutonicum ſecundum materias diſpoſitum. 2) Ethymologiæ Iſidori. 3) Vocabularium alphabeticum breviſſimum verborum, 4) Tractatus de modo conſcribendi epiſtolas. 5) Hugonis Didaſcalon, ſine nota loci & Typographi anno 1487. in 4.

In prima primi folii pagina paulo prolixior legitur operis Titulus. Folio ſecundo *Incipit Tabula vocabularii,* ceterorumque opuſculorum hoc volumine contentorum, terminata in averſa pagina folii quarti. Quatuor hæc folia non ſunt numerata. Folio quinto, columna prima *Enceſlaus* (Wenceslaus) *brack artium profeſſor ꝛ examinator in Conſtancia, ſuis ſcolipetis ſalutem plurimaȝ dicit.* In ſecunda columna paginæ ejusdem incipit vocabularium, & primum quidem exponuntur voces *De celo ꝛ eius partibus.* Ab hoc folio & deinceps folia numerata ſunt, ita quidem, ut idem numerus ſit expreſſus in ſuperiori margine utriusque paginæ, e. g. *Folium* CIX. ſignaturas etiam typographus adjecit. Deſunt vero initiales litteræ. Vocabularium ſecundum materias diſpoſitum terminatur in prima columna folii lxvj. & in eadem incipit *De verbis paruula poſitio ob tabule paruitatem.* Ars Epiſtolandi, ſeu inſtructio ad conſcribendas Epiſtolas terminatur in columna prima folii CVIII, quod numero caret. Folio CIX *Incipit prologus in didaſcolion* (ſic) *hugonis.* Ad hujus libri calcem in prima columna folii clxiii., quod pariter numerum non habet adjectum, ſequens legitur ſubſcriptio litteris gothicis majuſculis impreſſa: *Explicit ſextus ꝛ per cōſequens*

*quens totus hugoniſ in didaſcoliō liber: qui eſt de modo ſtudēdi ⁊ ordine legēdi Anno domī Mccccl̄xxxvii in die ſāčte Crucis.* De loco impreſſionis, & typographo non habeo, quæ dicam. Litteræ gothicæ ſunt oblongæ, minus pingues, ſuoque in genere elegantes: Charta plane firmiſſima, ſed minus alba & polita. Prodierunt hæc eadem opuſcula conjunctim, ſine loci pariter, & typographi mentione, anno 1483. Vid. N. I. ad h. a. & Weislinger Armament. Cathol. pag. 280. Cl. Panzer in noviſſimo opere: Annalen der ältern deutſchen Literatur editionis prioris pag. 132. meminit quidem ut ab aliis excitatæ poſteriorem vero penitus ignoravit.

XXVII. *Autoritates Areſtotelis Senece Boecii Platonis Apuley Affricani Porphirij & Gilberti porretani.* Coloniæ per Johannem Guldenſchæff. 1487. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima pagina folii primi gothico charactere majuſculo impreſſa. In averſa pagina folii ejusdem legitur index librorum, ex quibus auctoritates, ſeu ſententiæ depromptæ ſunt, e. g. *Auto. iij. & iiij. li. meta. folio iiij.* Folio ſecundo *Incipit prolog⁹ cōpendii auctoritatū* &c. Opus gothico eſt charactere impreſſum, & quidem firmiſſimæ chartæ, at minus albæ, & politæ. Signaturas, & foliorum numeros, e. g. *Folio - xv.* ipſe typographus adjecit. Cuſtodes vero, inſcriptiones paginarum, & initiales litteræ deſunt. Folio xxxiiij. pagina prima, linea 5 *Sequūtur auto. iiij. libri politicoꝝ areſto.* In prima vero pagina folii lij. linea 27 terminatur editoris epilogus, cui in eadem pagina adjecta eſt ſequens ſubſcriptio:

*Finitū & cōpletū eſt hoc opuſculū per*
*me iohānē guldēſchaeff ciuē colonien*
*ſem. Anno dn̄i noſtri. M°. cccc. lxxxvij.*

Nihil de hoc opere habent Bibliographi, qui mihi ad manus ſunt.

XXVIII. Johannis Sulpitii Verulani commentariolus in eam Quintiliani partem, quæ de compoſitionis ratione inſcribitur. Accedit Quintilianus de compoſitionis ratione. Romæ per Eucharium Silber, alias Franck. 1487. in 4.

Præmiſſa eſt *Jo. Sulpitii Verulani: In Commentariolum de Compoſitione orationis ad Clariſſimum Virum Falconem Sinibaldum: Patritium Romanum: Protonotarium apoſtoliciq; erarii Prefectum: Queſtoremq; pontificium. Prefatio.* Folio ſecundo *Jo. Sulpitii Verulani* ad eundem *Commentariolus* incipit, charactere romano, & præſtanti chartæ impreſſus. Initiales literas parvas in fronte præfationis, & opuſculi utriusque typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum. Ad calcem averſæ paginæ folii

impreſſi

impreſſi 27 leguntur ſequentia: *Impreſſum Rome per Venerabilem uirum magiſtrū Euchariū Silber alias Franck. Anno dñi. M. cccc. lxxxvii. Die Lune. xi. kal. Nouembris.* Folio ſequenti incipit *Quintilianus de Compoſitionis Ratione* qui terminatur in prima folii impreſſi quadrageſimi pagina ſine ulla ſubſcriptione, præterquam, quod vox *Finis* charactere majuſculo ſit adjecta. In averſa pagina folii ejusdem impreſſum legitur *Regiſtrum* ſc. chartarum opuſculi utriusque cum ſubſcriptione: *Sulpitius emendauit.* Quamvis igitur opuſculum poſterius nota anni, loci, & typographi careat: recte tamen ex Regiſtro, opuſculis ambobus communi, colligitur, ambo ſimul, & eadem ex typographia prodiiſſe in lucem.

XXIX. Sacramentale, ſeu Tractatus Theologicus de Sacramentis auctore Petro de Ailliaco, Cardinali, & Epiſcopo Cameracenſi. Lovanii per Egidium van der Heerſtraten. 1487. in 4.

Operi præmiſſus eſt index titulorum ſingulorum ordine capitum, ſeptem foliis impreſſis comprehenſus. Folio 8 *Incipit libellus ſacramētalis domini Petri de alyaco epiſcopi ꝛ cardinalis Cameracenſis*, gothico charactere ſatis luculento firmiſſimæ chartæ impreſſus. Deſunt initiales literæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Folia literis a - l ſignata ſunt inde a folio octavo. Præcedentia ſignaturam A habent. Opus terminatur in prima pagina folii ſeptimi quaternionis *l*, linea 18. In hac pagina nihil aliud, quam hæ duæ voces *Deo gratias*, legitur: in averſa autem pagina ſubſcriptio ſequens: *Explicit Sacramētale domini Petri de Alyaco, cardinalis ꝛ epiſcopi Cameracē. Alma in vniuerſitate Louanieñ Impreſſum per Egidium van der Heerſtraten Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo die xiiij. Aprilis.*

XXX. *Vocabularius Rerum.* Latino - Theodiſcus ſecundum certas materias diſpoſitus, Auctore Wenceslao Brack, Profeſſore & Examinatore Conſtantienſi. ſine nota loci, & typographi. Anno 1487. in 4.

Verba *Vocabularius Rerum*, gothico charactere majuſculo impreſſa tantum leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo *Incipit tabula vocabularii De celo ꝛ eius partibus* (qui primus eſt articulus, ſecundus *De nominibus dei* — tertius *De filio dei* &c. &c.) terminatur hæc tabula in averſa pagina folii tertii, linea 5, quæ eſt:

*De lapidibus ꝛ gemmis.*

Folium quartum vacuum eſt, Folio quinto poſt auctoris præfationem ad Scolipetas ſuos ipſum incipit vocabularium charactere gothico nitidæ chartæ impreſſum. Ab hoc folio, & deinceps typographus chartas ſignavit literis a - i. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum, nec non initialis litera in

fronte præfationis. Terminatur opuſculum in averſa pagina folii ſexti ternionis i. Legitur ibidem auctoris nota, ſeu indiculus ſcriptorum, qui de gemmis & lapidibus plura ſcripſerunt. Accedit anni nota: *Anno. M. cccclxxxvij.* quæ abs dubio impreſſionis annum deſignat, non compoſitionis. Nam opuſculum hoc jam anno 1483 impreſſum eſt, ideoque ab auctore dudum ante annum 1487. compoſitum. Conf. Faſc. II. pag. 115. Editionem ejusdem aliam ab hac diverſam ejusdem anni 1487. paulo ante N. XXVI. recenſui.

XXXI. *Incipiūt ſermones ſancti Auguſtini ad heremitas ⁊ nōn nulli ad ſacerdotes ſuos: ⁊ ad aliquos alios. Et primo de īſtitutiōe regularis vite ſ̄mo p̄.* Venetiis per Paganinum de Paganinis 1487. in 8

Præcedit index ſermonum, in averſa ſecundi folii pagina terminatus. In fronte primæ columnæ folii tertii verba leguntur tituli loco recitata. Sermones porro iſti charactere gothico in duabus columnis impreſſi ſunt. Initiales literas parvas typographus ſæpe adjecit, ſæpe omiſit. Chartæ literis a - r ſignatæ ſunt. Cuſtodes, foliorum numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Ad calcem ſecundæ columnæ folii ſexti ternionis r legitur: *Impreſſum Venetiis per Paganinuʒ de paganinis Brixianū. Anno Domini M. cccc. lxxxvij. die. xxvj. Maij.* Continet hæc editio ſermones, Sancto Auguſtino adſcriptos, quinquaginta novem. Accedunt vero de Sancta Monica ſermo lx. Caliſti narratio de converſione S. Auguſtini. Sigisberti de eodem narratio ex epiſtola ad Macedonium. Excerpta quædam ex chronico Bedæ. Relationes aliæ incertorum auctorum. Oratio de Paſſione Domini, a nonnullis Sancto Auguſtino adſcripta, quam per quadraginta continuos dies recitantibus Bonifacius VIII. plenariam conceſſit indulgentiam.

## ANNO 1488.

I. Neſtoris Dionyſii Novarienſis Ord. Min. Opus Grammaticum a Guillielmo de Tridino (Venetiis) impreſſum ann. 1488. in Fol.

In averſa primi folii pagina legitur auctoris Epiſtola dedicatoria, verſibus ſcripta, ad Ludovicum Sfortiam. Folio autem ſecundo *Neſtoris. Dionisii Nouariēſis. ordinis Minorum liber primus. foeliciter incipit.* Conſtat opus octo libris, quorum ſex priores Lexicon continent grammatico - Philoſophicum vocum ſelectarum duo vero poſteriores de diverſis agunt partibus orationis. Accedunt operi *Primo* quidem Catalogus Auctorum, ex quorum ſcriptis auctor ſua deprompſit

prompſit plerumque, quosque in operis ipſius margine jam citaverat. Secundo Carmina quædam tum latina, tum italica auctoris. Tertio auctoris cenſura in libellum Sulpitii de quantitate ſyllabarum. Tandem Regiſtrum chartarum & ſubſcriptio ſequens: *Habes humaniſſime lector, Neſtoris Dionyſii Novarieſis opus exactiſſime emendatum: & ſuo loco, quotcunq3 vocabula in priore exemplari* (nimirum in editione operis hujus Mediolanenſi an. 1483.) *mance erant diligenter appoſita. Quapropter candide lector, operis conditori: nec minus huiuſmodi caſtigatæ impreſſionis auctori Guiglielmo de tridino perpetuò felicitatem optare non pigeat. Vale. Die 26. Junii.* 1488. Ceterum litteræ ſunt romanæ ſatis elegantes. Deſunt cuſtodes. Litteras vero initiales parvas (excepta prima magna & florente) ſignaturas, & numeros foliorum typographus adjecit. De auctore, & operis ipſius indole conf. *Denis* Merkwürdigkeiten der garelliſchen Bibliotheck pag. 131. ſeqq.

## II. Nicolai de Tudeſchis, Archiep. Panormitani, vulgo Abbatis Panormit. Ordo Judiciarius. Venetiis per Joh. Antonium de Birretis & Franciſcum de Gyrardengis. in Fol. mag.

In fronte primæ primi folii columnæ legitur: *Incipit eximius hic iudiciarius ordo.* Typi ſunt paulo majores & ſatis pingues. Paginæ ſingulæ in duas columnas diviſæ ſunt. Paginas typographus ſignavit, idemque literas initiales parvas adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine ſequentia leguntur: *Preſens domini Panormitani practica d'. modo procedendi in iudicio tam ſummarie ꝛ de plano: q̄3 mere ꝛ cum ſtrepitu iudiciali: in omnibus ferme curijs obſeruari cōſueta: hic finit cū laude dei. Uenetijs impreſſa. M.cccclxxxviij. nonis octobris. Cura ꝛ ipēſa dñi Joānis antonij de birretis ꝛ Franciſci de gyrardenghis.*

## III. Friderici de Petrucciis Senenſis Conſilia Jurid. Senis per Henricum Harlem & Joh. Valbeck 1488 in Fol.

Incipit hoc opus ſine ullo titulo: aut inſcriptione, eſtque gothico charactere minuto & minus pingui in duabus columnis firmiſſimæ, at minus albæ ac politæ chartæ, amplis inſtructæ marginibus impreſſum. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Habet vero ſignaturas. In fine legitur: *Hic finiunt Conſilia cum eorum tabula* (quæ in noſtro exemplari primum ſequitur) *Excellētiſſimi decretorum doctoris domini Friderici petruccii Senenſis diligentiſſime reuiſa per eximium legum doctorem dominū Bernardinum paſturinu3 de pontremulo Impreſſioniq3 dedite Senis per Henricū Harlem & Johannem Valbeeck Socios. Anno ſalutis. Mcccclxxxviij. Die decimo quinto Januarij.* Orlandi & Maittaire nullum noverant librum Senis ante annum 1489. impreſſum.

IV.

IV. Alberti Magni Commentaria in octo libros Phyſicorum Ariſtotelis a Matthæo Battiferro edita, & Venetiis per Joh. de Forlivio & Gregorium Fratres impreſſa anno 1488.

In averſa primi folii pagina *Excellētiſſimo medico p̄clariſſimoq3 philoſopho dño Jacobo battiferro patri obſeruādo. Matheus battifero vrbinas artium doctor & medicine. S.* ſc. ſalutem dicit. In hac epiſtola miris encomiis celebratur hoc Alberti M. opus. Recenſentur etiam labores, quos editor in operis emendatione inſumpſit. Folio ſecundo ipſum opus incipit gothico charactere pereleganti in duabus columnis chartæ firmiſſimæ, nitidæ tamen & albæ, impreſſum. Signaturas, paginarum inſcriptiones, & plerumque initiales litteras parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, & numeri paginarum deſunt. Ad calcem operis ſequentia leguntur: *Explicit cōmentum Doctoris excellentiſſimi Alberti magni ordinis p̄dicatorū in libros phyſicorū. Impreſſū Uenetiis p Joānem de forliuio & Gregoriū fratres. Anno dñi. M°. cccc°lxxxviij. die. viiij. Januarij.* Accedit Regiſtrum *charta4 huius libri.*

V. *Sermones Theſauri noui de ſanctis.* Argentinæ per Martinum Flach 1488. in Fol.

Verba, *Sermones* &c. leguntur gothico charactere majuſculo impreſſa in prima primi folii pagina. Folia novem ſequentia indicem continent alphabeticum materiarum: Folium vero undecimum indicem ſingulorum ordine ſermonum. Folium duodecimum vacuum eſt. Folio demum 13. *Incipiunt Sermones* &c. Sunt hi ſermones Theſauri novi de tempore, & quadrageſimales ad annum 1487. NN. V. & VI. recenſiti. Cetera etiam omnia, quæ ad externam ſpectant formam, ſunt eadem. Ad calcem legitur: *Opus perutile ſermonum de ſanctis per circulum anni Theſaurus nouus nuncupatū impreſſu3 Argentine p Martinū flach Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. finit feliciter.*

VI. Summæ Theologicæ S. Antonini Pars III. Spiræ per Petrum Drach. 1488. in Fol.

Pertinet ad editionem totius Summæ S. Antonini, quam recenſui ad annum 1487. N. XXI.

VII.

VII. Angeli Carlati de Clavaſio Ord. min. *Summa* de caſibus conſcientiæ, vulgo *Angelica*. Norimbergæ per Anton. Koburger 1488. in Fol.

De opere ipſo & auctore ſcitu neceſſaria prælibavi ad annum 1487. N. XVI. Præſens editio in fronte primæ paginæ impreſſæ hunc quaſi titulum habet: *Summa Angelica de caſibꝫ ꝯſcientie ꝑ venerabilem fratrem Angeluꝫ de clauaſio ꝯpilata: Incipit feliciter.* Poſt hæc verba ſpatium vacuum, quod imprimendis viginti circiter lineis ſuffeciſſet, typographus reliquit: mox vero opus ipſum incipit, gothico charactere minutiori in duabus columnis impreſſum. Signaturas, paginarum inſcriptiones, e. g. *Abſolutio*, initiales literas parvas, & foliorum numeros romanos ipſe typographus adjecit. Terminatur opus in ſecunda columna folii CCCII. Typographus primum quidem adjecit verſus: *Humano angelicas* &c. recitatos ad annum 1487. N. XVI. Tum vero ſubſcriptionem ſequentem: *Explicit ſumma Angelica de caſibꝫ conſcientie ꝑ fratrē Angelū de clauaſio cōpilata: maxima cuꝫ diligētia reuiſa: ꝛ fideli ſtudio emēdata ſicut ipm opus ꝑ ſe ſatis atteſtabit Nurenberge impreſſa ꝑ Antoniū koberger inibi conciuem Anno dñi M. cccclxxxviij. v. kal. Septembris.* In averſa pagina folii ejuſdem incipiunt *Rubrice iuris ciuilis & canonici* &c. Terminatæ in columna quarta folii CCCX.

VIII. Ambroſii Spieræ, Ord. Servorum B. M. V. Quadrageſimale de Floribus Sapientiæ dictum, ſeu Sermones XLV. Quadrageſimales. Venetiis ſumptibus Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum 1488. in Fol. min. ſeu 4 maj.

Operi præmiſſi ſunt indices 1) Sermonum, e. g. *In qnto* (ſermone ſc. agitur) *de ſapia — In ſexto de generali iudicio* — 2) Alphabeticus materiarum in tribus columnis minutiſſimo charactere, quo ipſum opus, impreſſus, & in ſexta folii noni columna terminatus. Folio decimo *Incipit quadrageſimale de floribus ſapiētie* &c. &c. in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum. Signaturas, initiales literas parvas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Sermo X.* — *Sermo XXXIII.* typographus adjecit. Cuſtodes vero, & foliorum numeri deſunt. In ſecunda columna folii ſeptimi quaternionis *PP.* ſequens legitur ſubſcriptio: *Hoc opꝰ diligētiſſime fuit emēdatū ꝑ Reuerēdū doctorē ſacre theologie Magrm Marcū Uenetū ordinis ſuoꝝ Btē Marie. Impreſſūqꝫ Uenetiis ſumma cura ꝛ diligentia Boneti Locatelli. ſumptibus ꝛ expenſis. D. Octauiani Scoti. decimo kalendas martii.* 1488. His ſubjecta ſunt quatuor diſticha:

*Siquis ades doctus Ambroſi nomen adorans*
*Et libros properas velle videre nouos.*
*Hos eme quis manibus nocteqꝫ dieqꝫ retentis*
*Ediſces: valeant quid documenta dei.*

Et

*Et quo predicanda modo ſint nomina Chriſti*
*Et quo te pariter virgo beata docet.*
*Cunctaq3 preterea. que ad ſumi culmina celi*
*Deducunt: facilem dantq3: prebentq3 viam.*

In eadem columna Octaviani Scoti inſignia exhibentur. Averſa autem pagina *Regiſtrum* ſc. chartarum continet. Operis ejusdem duas alias editiones pariter venetas ann. 1481, & 1485. excitavit Cl. Gemeiner loc. cit. pag. 100. ſeqq.

## IX. Guilielmi Ockami, Ord. Min. Logica, Pariſiis impreſſa 1488. in Fol.

In averſa primi folii pagina legitur editoris præfatio, ſine ullo titulo aut inſcriptione, eandemque in eadem pagina excipit auctoris ipſius præfatio. Folio ſecundo, pariter ſine ullo titulo operis prima pars incipit rotundo charactere chartæ præſtanti in duabus columnis impreſſa. In margine ſuperiori primæ cujusvis folii paginæ indicatur pars operis, e. g. *Prima pars — Tertia pars.* in averſæ autem paginæ ſuperiori margine folii numerus romanus expreſſus eſt, e. g. CXIII. — CXXIII. Signaturas, & initiales literas parvas typographus adjecit. Ad calcem columnæ ſecundæ folii CXXIV. ſequens legitur ſubſcriptio: *Explicit tractatus logice fratris guillermi ockam diuiſus in tres ptes & vnaqueq3 pars p capitula diſtincta eſt. Impreſſu eſt hoc opus Pari. i vico clauſo brunelli. M. cccc°lxxxviii.* In averſa pagina folii ejusdem *Incipiūt capitula ſup ſuma logices* &c. terminata in ſecunda columna folii CXXVI. Carent vero poſtrema hæc tria folia numeris. De editione hac Logicæ Ockami nihil reperi apud Bibliographos qui ad manus mihi ſunt.

## X. Bartholomæi de S. Concordio, vulgo Piſani, Ord. Prædicat. *Summa* caſuum conſcientiæ, dicta *Piſanella*, & *Magiſtrucia* cum ſupplementis Nicolai de Auſmo Ord. Min. Norimbergæ ſumptibus Anton. Koburger per Georgium Stuchs impreſſa. 1488. in 4. maj.

Operis hujus editionem omnium forte primam Faſciculo I. pag. 133. & aliam Norimbergæ per Anton. Koburger anno 1478. curatam Faſciculo II. pag. 24. recenſui. Summam vero ſolam, ſine ſupplementis Nicolai de Auſmo pariter Faſc. I. pag. 148. recenſitam invenies.*) Editio præſens hujus ſummæ cum Sup-

*) Cl. Panzer in noviſſimo opere: älteſte Buchdruckergeſchichte Nürnbergs pag. 91. adhuc dubitat, an editio a me indicata Faſc. I. pag. 148. ſupplementis careat, licet duduu a me ea de re certior per litteras factus. Idem denuo adfirmanti mihi num fidem habiturus ſit, neſcio.

Supplementis gothico charactere admodum minuto firmiſſimæ, & præſtanti chartæ impreſſa eſt. Caret initialibus literis, cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Habet vero ſignaturas. In fronte primæ primi folii, ſignati *a* 2, columnæ

*In nomine dñi noſtri ihu xpi amen.*
*Incipit liber q̄ dicitur ſupplementu3.*

Terminatur vero idem in columna quarta, linea 19. folii ſexti quaternionis xx. folio ſequenti *Incipit tabula capitulo4 hui⁹ libri.* Hanc excipiunt abbreviaturæ explicatæ, & Rubricæ juris tam civilis, quam canonici. Accedunt demum canones pœnitentiales ex Summa Aſtenſi verbotenus extracti, ad quorum calcem in quarta folii ſeptimi quaternionis 33 columna primum quidem ſequentes leguntur verſus:

*Sacra docēs popl'os oracula p̄ſbr alme*
*Fit tibi ne dubites vtilis iſte liber.*
*Deniq3 coḡſces frueris dū claue ſupna*
*Soluere confeſſor: q̄dve ligare potes.*
*Hec al's multo tibi ſūt ſerutāda labore*
*Sed cito: ſed breuit' do piſanella tibi.*
*Incola Nurēberge Ant⁹ koburgē vt illā*
*Impmet Jeorg⁹ ſtuchs dediter⁹* (æris) *opē.*
*Edi⁹ hē ſultzbach docuit nurēbga polite*
*Impmat vt libros: nūc dec⁹ art⁹ h3.*

Tum vero ſequens anni, & diei notitia

*Anno xpi. M. cccc. lxxx.*
*UJJJ. Menſis Juni* (ſic) *die xx.*

Roederus in Catalog. Libr. Sæc. XV. Norimb. Impreſſ. pag 35. N. 172. excitavit *Nicolai de Auſmo ordinis Minorum ſupplementum ſeu ſummarium caſuum per Anton Koburger Nurembergæ* 4to. & ibid. N. 276. *Summæ Piſanellæ ſupplementum per Anton Koburger.* 4to. Vix dubito, quin noſtram utroque in loco deſignarit editionem, quam non ipſe vidit, ſed ſub diverſis titulis a diverſis Bibliographis excitatam invenit. Scriptor noviſſimus des Leben Anton Koburgers — pag. 28. pariter bis eandem excitavit editionem, Roederum ſecutus. Nec apud alios Bibliographos adcuratiorem de hac editione notitiam inveni. Videtur hactenus minus cognitum fuiſſe, Georgium Stuchs ſumptibus Ant. Koburger imprimendis libris operam dediſſe. Cl. Panzer in Nürnbergs Buchdruckergeſchichte pag. 111. perpauca habet de hac editione.

XI. Decreta Baſileenſia, & Bituricenſia, quæ *Pragmatica* adpellantur, juſſu Caroli VII. Franciæ Regis Biturigis anno 1438. edita, & cum ampliſſimis Commentariis Coſmæ Guymier impreſſa Lugduni 1488. in 4.

In averſa primi folii pagina interpretis præfatio legitur. Folio ſecundo opus ipſum incipit. Decreta charactere magno gothico eleganti & luculento, commentaria minuto admodum & gracili impreſſa ſunt. Decretis ipſis conciliaribus præmiſſum eſt decretum Caroli VII. quod terminatur in prima pagina folii 17, ſignati *c* 1. In averſa pagina ejusdem folii incipit Decretum *De auctoritate & poteſtate ſacro4 gñalium cōcilio4* &c. Signaturas, & plerumque etiam initiales literas parvas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In fine voluminis ſeu ad calcem primæ paginæ folii ſexti quaternionis G ſequens legitur ſubſcriptio:

*Finiunt decreta baſilienſia & bituricens*
*lia* (ſic) *quā pragmaticam vocant gloſata p*
*magiſtrum Coſmā guymier in vtroq3*
*iure licenciatum & lugdoni* (ſic) *in preſſa*(ſic)
*Anno dñi. M. cccc. lxxxviij.*

In averſa pagina leguntur *Rubrice pragmatice.* His ſubjecta ſunt inſignia quæ literis I & G typographi, aut Bibliopolæ nomen exprimunt. Decreta hæc ſub nomine, *Sanctio Pragmatica*, ſatis nota ſunt eruditioribus. Hæc vero editio in ipſa Gallia minus cognita eſſe videtur. Cl. De Bure in *Bibliographie Inſtructive* eam non excitavit. Maittaire Tom. I. pag. 500. ejus mentionem fecit ſub titulo: *Baſilienſia Decreta, quæ pragmatica nominantur. Lugduni* 1488. Ibidem vero in notis n. 5. ex Simleri Bibliotheca nomen Commentatoris *Guymier* expreſſit per *Grimier.* Orlandi eandem editionem deſignaſſe videtur, ubi pag. 184. excitavit: *Decreta Baſilicaſia* (ſic habet etiam in indice pag. 325.) *quæ pragmatica appellantur* 1488. Patet Bibliographis iſtis minus cognitam fuiſſe noſtram hanc editionem.

XII. *Lectura ſuper Canone miſſe in alma vniuerſitate Tuwingenſi ordinarie lecta.* Hæc tantum leguntur in prima primi folii pagina. Reutlingæ per Joh. Otmar 1488. in Fol.

In prima folii ſecundi columna uberior legitur de hoc opere notitia. Diſcimus ex eadem, Gabrielem Biel eſſe quidem ejus, ut nunc edita eſt, auctorem: eundem tamen pleraque mutuaſſe ex prælectionibus Johannis Eggelingi Brunswicenſis, qui eas Moguntiæ præſentibus Clericis habuit. In eadem columna Præfatio incipit, terminata in quarta columna folii tertii. Folio quarto incipit *Tabula contentorum*, ſeu ſingularum ordine lectionum brevis ſumma.

Hanc

Hanc in averſa folii 23. pagina excipit index materiarum alphabeticus, ad cujus calcem circa finem columnæ tertiæ folii 26. hæc leguntur: 16. *Septembris Anno* 1488. *Manu propria collector| in alma vniuerſitate Tuwingeñ. ꝑmum lecture hui⁹ exemplar. vna cum tabulis directiuis ꝙ diligenter calamo exaratum eſt. Laus deo.* Porro ex ſubſcriptione ad calcem voluminis adjecta diſcimus, opus hoc prælo exiiſſe eodem anno 15. *die Nouembris.* Oportet igitur plagulas operis prioris jam ante, quam auctor illud abſolveret, typographo ad imprimendum fuiſſe transmiſſas. Ad calcem lectionis LXXXIX. legitur *Concluſio operis*, in qua ingenue fatetur Gabriel Biel, ſe pleraque ex prælectionibus Joh. Eggelingi hauſiſſe *paucis omiſſis nõnullis additis vel mutat|.* In averſa pagina folii ejusdem hæc exſtat nota: *Finitũ legendo* 4. *nouembris Anno dñi* 1488. tum *ſeqtur additio que ſup̄ lectione* 57. *ſcribi debuit ante ſolutionē dubii quinti.* Hæc additio terminatur columna quarta folii noni quinternionis ʒ. In eadem columna uberior legitur ſubſcriptio, quæ incipit: *Immenſas igitur omipotenti.* &c. &c. clauditur his verbis: *Impſſum attamen feliciterq3 ꝯſummatũ impenſis & ſingulari cura Magiſtri Johãnis otmar ciuis Rutlingenſ Anno.* 1488. *in ꝑfeſto Otmari ſancti abbatis.* 15. *die Nouembris.* Ceterum editio hæc gothico eſt charactere impreſſa in duabus columnis. Chartæ ſatis ſirmæ, & albæ. Signaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Lectio — LIX.* typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, numeri paginarum, & initiales literæ. In margine ſuperiori cujusvis columnæ litera alphabeti major expreſſa eſt, ita quidem, ut prima columna, in qua lectio incipit, literam A, ſecunda literam B & ſic deinceps præmiſſum habeant. Maittaire Tom. I. pag. 493. ad annum 1488. abs dubio editionem hujus operis Tubingenſem, ſumptibus Friderici Meynberger anno 1499. curatam deſignavit, ubi ait: *Gabrielis Biel expoſitio Canonis Miſſæ: per Fredericum Meynberger* 8vo *Tubingæ* 1488. Eſt mihi nunc utraque editio præ oculis, habentque ambæ formam folii, non octavi. Idem tamen Bibliographus editionem quoque Reutlingenſem, ſed minus adcurate, excitavit ibid. pag. 781, ubi hæc habet: *Lectura ſuper Canone Miſſæ in alma Uniuerſitate Lowingenſi* (ſic) *ordinarie lecta. fol. Rutling.* 1488.

## XIII. Joh. Baptiſtæ de Salis, Ord. Min. de obſervantia Summa caſuum conſcientiæ Alphabetico ordine concinnata. Norimbergæ per Anton. Koburger 1488. in Fol.

In averſa primi folii pagina auctoris præfatio legitur. Folio ſecundo *Incipit Summa caſuũ vtiliſſima* &c. gothico charactere minuto in duabus columnis impreſſa. Signaturas, paginarum inſcriptiones, e. g. *Excũmunicatio - Jejuniũ*, foliorum numeros romanos (inde a folio ſecundo, quod numerum I. habet, ſcilicet *Folium I.*) & plerumque initiales literas parvas ipſe typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes. Terminatur opus in ſecunda columna folii CCLXVII. cujus tres ultimæ lineæ eiusmodi ſunt:

*expletũ eſt in Nuremberg impiali ciuitate partis germanie : p Anthoniũ koberger inibi cõciuem. Anno currente. M. ccccLxxxviij.* His ſubjecta leguntur:

*Sit laus deo.*

In averſa pagina folii ejusdem legitur Bulla Sixti IV. quæ incipit: *Et gregĩ ſaluti* &c. data anno *M.º ccccº. lxxix. die tercio kl'. Januarij.* Hi jecta ſunt novem diſticha in laudem operis. Accedunt Rubricæ Juris ta nonici, quam civilis, octo foliis non numeratis comprehenſæ.

XIV. *Incipiunt comentaria* (ſic) *glorioſiſſimi* (ſic) *doctoris Thome de aquino ordinis predicatorũ ſuper libris ariſ* (ſic) *de anima.* Hæc in fronte leguntur primæ col operis Papiæ impreſſi per Martinum de Lavalle 1488. ii

Opus in duabus columnis gothico charactere admodum minuto ſum eſt. Habet initiales literas parvas, & ſignaturas: caret vero cuſt numeris, inſcriptionibus paginarum. In averſa pagina folii ſeptimi qu nis k ſequens legitur notitia: *Explicit commentum ſancti Thome de aquin nis predicato4 ſuper libros ariſtotelis de anima. Papia* (ſic) *Impreſſum pe tinũ de lavalle de mõſerato. Anno Chriſti. M. cccc. lxxxviij. die ultim ſeptembris.* Accedit in eadem columna regiſtrum chartarum.

XV. *Gloſa cõtinua collectoris* (Petri de Harentalis Priori reſtienſis Ord. Præmonſtrat.) *ſuper librum pſalmorum.* lingæ 1488. in Fol.

Hujus operis editionem antiquiorem ad annum 1480. N. XIII. 1 Hæc præſens tituli loco verba a me recitata: *Gloſa cõtinua* &c. majuſc ractere gothico impreſſa exhibet in prima primi folii pagina. Folio *Expoſitio libri pſalmo4 regii epphete* &c. &c. ſcilicet incipit. Sequitur au mediate auctoris epiſtola dedicatoria ad Johannem de Arkel. Opus charactere in duabus columnis ſat firmæ chartæ impreſſum eſt. Caret bus literis, foliorum numeris, & cuſtodibus: habet vero ſignaturas, narum inſcriptiones, e. g. *Pſalmus — XIII.* In fine adnexa eſt 1) 2) Pſalmorum recommendatio, & 3) eorundem index alphabeticus. A calcem legitur: *Finis gloſe ɔtinue ſup librum pſalmo4 in Reuttlingñ . Anno. M. cccc. lxxxviij. q̃ Romano4 rex Maximilian⁹ captus tenebatur flandrie ac deinde liberatus auxiliante dño noſtro ieſu chriſto qui eſt bened ſecula ſeculo4.* Videtur & hoc opus per Joh. Otmar excuſum fuiſſe iisdem literis impreſſum, quibus lectura in canonem miſſæ paulo ante recenſita.

XVI. *Proprietates Rerum domini bartholomei anglici.* Hæc tantum leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Sine nota loci & typographi 1488. in Fol.

Folio ſecundo *Ncipiunt* (I) *tituli libro4 ꝛ capitulo4 venerabil' Bartholomei anglici de ꝓprietatibꝫ rerum*, comprehenſi foliis quinque. Folio ſeptimo Poſt Prohemium opus ipſum incipit in duabus columnis gothico charactere impreſſum. Habet ſignaturas, foliorum in ſuperiori margine primæ paginæ inſcriptiones, e. g. *Liber .XIII.* & plerumque literas parvas initiales, quæ ſæpe tamen deſunt. Deſunt ubique numeri foliorum, & cuſtodes. Liber XIII. in columna tertia folii ſignati *B*3, Liber vero XIX, isque ultimus in columna ſecunda folii octavi quaternionis DD terminatur. In eadem columna ſequens legitur ſubſcriptio: *Explicit liber de ꝓprietatibus rerum editus a fratre Bartholomeo anglico ordinis fratrum minorum. Anno domini Mcccclxxxviij. kalēdas vero Junij. xij.* De operis auctore quædam dixi in *Faſcicul. I.* pag. 171. De editionibus hujus operis aliis Conf. Clement *Bibliotheque curieuſe* &c. Tom. II. pag. 467. ſeqq. Noſtram hanc editionem Weislingerus pag. 492. rariſſimam vocat.

XVII. **Johannes Boccatius von den erlychtē frouen** Hæc tantum leguntur in prima primi folii pagina magno charactere impreſſa. Argentorati per Johannem Pruſs 1488. in Fol.

Folio ſecundo incipit **Das Regiſter,** ſeu brevia ſingulorum hujus operis capitum argumenta, quæ terminantur in prima folii ſexti pagina. In averſa pagina folii ejusdem incipit *Epiſtola*, ſc. dedicatoria interpretis Henrici Steinhöwel, Medic. Doctoris Ulmenſis, inſcripta **Der durchlüchtigſten Fürſtin vnd frowen frow Elienorij herzogin zu öſtrich** &c. data Ulmæ 1473. Hanc epiſtolam in prima folii octavi pagina terminatam in averſa folii ejusdem pagina excipit interpretis inſtructio **Von den puncten,** i. e. ſignis interpunctionum ab eo uſurpatis. Folio demum nono, cui inſcriptum eſt: **Das erſt blat,** opus incipit literis germanicis figura ad modernas manuductas prope accedentibus impreſſum. In prima cujusvis folii pagina folium indicatur, e. g. **Das** .XXXIII. **blat.** in averſa autem capitulum, e. g. **Das** .XXIIII. **capitel.** Initiales literas magnas, & figuras quam plurimas ligno inciſas ipſe typographus adjecit, idemque paginas ſignavit. In averſa pagina folii XCV ſubſcriptio ſequens legitur:

**Getruckt zu Straßburg durch Johannem pruß Anno Mcccclxxxviij.**

Auctor alias quoque adpellatur Johannes de Certaldo, unde familia originem traxit. Ipſe vero Florentiæ natus eſt. De hoc Petrarchæ diſcipulo, & familiari, plurium aliorum operum auctore, paſſim agunt ſcriptores hiſtoriæ literariæ.

Hanc

Hanc germanicæ verſionis editionem fruſtra hactenus apud Bibliographos quæſivi. Eorum non nulli editionem ejusdem Auguſtanam jam anno 1471. factam excitarunt. Conf. Zapfs Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 11. Verum cum hæc verſio germanica ab Henrico Steinhöwel anno primum 1472. fuerit inchoata non potuit ea anno 1471. Auguſtæ imprimi. In Epiſtola quippe dedicatoria anno 1473. ſcripta interpres ait, anno præterito ſe huic operi manum admoviſſe.

XVIII. *Caii Suetonii Tranquilli De Uita Xij. Cæſarum Liber Primus Incipit.* Bononiæ per Platonem de Benedictis 1488. in Fol.

In fronte primæ paginæ *Auſonius Heſperio Filio Salutē*: (dicit) *In libros Suetonii.* Sequuntur nempe noti verſus *cæſareos proceres*: *in quorum regna ſecundis* &c. & Monoſticha 1) de ordine 2) de ætate in imperio, 3) de obitu Cæſarum. Accedit *Philippi beroaldi Bononienſis*: *viri clariſſimi de vita Caii Suetonii Tranquilli.* In fronte primæ paginæ folii ſecundi verba leguntur quæ tituli loco recitavi, impreſſa charactere majuſculo gothico. Tum ſtatim incipit opus impreſſum literis gothicis luculentis & perelegantibus. In ſuperiori margine primæ paginæ cujusvis folii nomen legitur cæſaris, cujus vita deſcribitur, e. g. *Octauius cæſar. aug.* in margine vero ſuperiori paginæ averſæ liber indicatur. e. g. *Secundus liber — Quartus liber — Undecimus liber.* Literas initiales capitum, & ſignaturas typographus adjecit. Literæ vero initiales librorum (excepto libro tertio) deſunt, quemadmodum etiam numeri foliorum, & cuſtodes. Averſa pagina folii ſignati *l* 1. per errorem typographi inſcriptionem habet: *Sextus liber*, pro *Quintus liber.* In prima pagina ultimi folii primum quidem legitur ſequens *Ad lectorem* monitum: *Quicunq; Tranquillum emendatiſſimæ lectionis habere cupis*: *hunc eme*: *& ſecurus abi. Nam Simon paſqualis Jodertinus* (*veſtrum ardulides delitium*) *accurata id egit emendatione*: *vt quod impediat legētes iam fruſtra hic perquiratur. quare vel ex hac impreſſione vnum habeas vel nullum emendatum quæras.* Tum alia ſequitur notitia: *Opus hoc exactum & impreſſum eſt Bononiæ diligentiſſime per me Platonem de Benedictis ſtāpatorē eiuſdem ciuitatis ciuē*: *Anno ſalutis. M. cccc.* lxxxviij. *ſeptimo calendas Martias Joanne Bentiuolo Bononienſis Senatus principe.* His ſubjectum eſt *Regiſtrum* ſc. chartarum ſequentis tenoris: *Omnes ſunt terni niſi duo extremi quorum a eſt quaternio q vero duo continet ſolia* (non duo, ſed quatuor folia, ſeu duas plagulas) *Laus Deo.* Adjecta demum ſunt typographi inſignia. Nihil de hac editione habent Orlandi, De Bure, Harwood. Maittaire Tom. I. pag. 501. eam indigitaſſe videtur, ubi hæc habet: *Suetonius de Vita Cæſar. Fol. Bonon.* 1488. In nota (8) ſe editionem hanc in Bibliotheca Maſtrichtiana Bremenſi vidiſſe, ſed de hoc opere (Annalibus ſc. Typographicis) nondum cogitantem typographum non

adno-

adnotaſſe teſtatur. Videtur plane hæc editio inter rariſſimas, & præſtantiſſimas locum mereri.

XIX. *Repertorium* (Juris utriusque alphabeticum) *Milis*-(Johannis Veronenſis J. U. D.) *alias Abſenti.* (quæ prima vox eſt hujus lexici) Baſilieæ per Nicolaum Keſsler. 1488. in Fol.

Verba *Repertorium Milis alias Abſenti* gothico charactere magno impreſſa leguntur in prima folii primi pagina, in averſa autem folii ejusdem pagina ſequentes leguntur verſus:

*Exuperat cunctas hec iuris practica milis.*
*Ne modo materias inuenit illa tibi.*
*Sed butrii firme ꝛ alioꝝ dicta reſoluit.*
*Hanc eme qui reliquis doctior eſſe cupis.*
*Si mihi nõn credis: doctoꝝ conſule queq̃ꝫ*
*Conſule: vel potius qui ſapis ipẽ vide.*

Folio ſecundo *Repertorium clariſſimi viri: domini Johannis Milis: in vtroqꝫ iure doctoris excellentiſſimi* ſine prologo, aut præfatione incipit a voce *Abſenti;* unde nomen huic repertorio abs dubio eſt indtum. Opus in duabus columnis gothico charactere pereleganti & præſtanti chartæ impreſſum eſt. Deſunt initiales literæ vocum prima, aut una tantum vice occurrentium, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. In ſuperiori tamen margine expreſſa eſt litera majuſcula, quæ prima eſt ſubjectarum vocum. Signaturæ ab a — ʒ decurrunt. Poſt medium Columnæ ſecundæ folii octavi quaternionis ʒ ſequentes primum leguntur verſus:

*Noſcere forte voles q̃ꝺ ſculpſerit hõc op⁹ ere*
*Preſſerit has chartas quiſue caracteribus*
*Ne mirere: licet terſum mendiſqꝫ ſolutum.*
*Immune & viciis hoc opus inuenias.*
*Ille quidem keſler Nicolaus: littore rheni.*
*Urbs dedit inſignem cui Baſilea domũ.*
*Ille inq̃ꝫ impenſis q̃ nunq̃ꝫ (crede) pepercit.*
*Lector amice: dabit his liber ille fidem.*
*Hic etẽm* (ſic) *ſecreta. obſtruſaqꝫ palladis arce.*
*Fortia iura oĩs legulus inueniet.*
*Cõperiet p̃ns quicquid queſiſſe neceſſe eſt.*
*Abſenti q̃ꝫuis nomẽ vbiqꝫ gerat.*

Tum ſequens notitia:

*Idibus Martij Anno ſalutis octuageſimo*
*octauo ſupra milleſimũ quaterqꝫ cẽteſimum.*

Subjecta ſunt typographi inſignia.

XX.

## XX. Libri Novem Codicis Juſtiniani Imperatoris cum Gloſſis. Norimbergæ per Anton. Koburger 1488. in Fol.

Operi præmiſſus eſt index alphabeticus materiarum, tribus foliis comprehenſus. Folio quarto opus ipſum cum gloſſis incipit gothico charactere, (Textus paulo majori in duabus columnis, gloſſa vero minori in quatuor marginibus) impreſſum. Ab hoc folio & deinceps foliorum numeros romanos, e. g. *Fo. III.* & paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber Primus — Liber Quintus* rubro colore typographus adjecit. Idem paginas ſignavit, & ſingulis libris figuram quandam ligno inciſam, & argumento correſpondentem præmiſit. Plerumque etiam initiales literas majuſculas rubro colore impreſſas addidit. In averſa pagina folii CCCCII. (402.) rubro pariter colore hæc leguntur impreſſa:

*Codicis domini Juſtiniani principis ſacratiſſimi. repetite pre lectionis liber nonus explicit feliciter.*

*Deo gratias.*

*Noſtre redemtõnis Anno M. cccclxxxviij. kl's. Februarij. Sub Impio Federici* (ſic) *principis inuictiſſimi anno imperii eius. xxvij. Inſculptũ eſt hoc opus in Nuremberga oppido Germanie celebratiſſimo iuſſu Anthonij kobergers ciuis Nurembergenſis.*

## XXI. *Lombardica Hyſtoria* (in prima primi folii pagina) ſeu Legendæ Sanctorum auctore Jacobo de Janua. Ulmæ per Conradum Dünckmut 1488. in Fol.

De opere & auctore ſcitu neceſſaria dixi ad annum 1478. N. VI. In averſa pagina primi folii hujus editionis legitur Prologus, in quo etiam de uſu & œconomia tabulæ, ſeu indicis materiarum alphabetici, qui folio ſecundo incipit, & in ſecunda folii 14. pagina terminatur. Pagina averſa hujus folii *Incipit Prologus ſup legendas ſanctoꝝ* &c. Hunc excipit index ſingulorum ordine ſermonum, terminatus in quarta columa folii 16. Folio demum 16. opus ipſum incipit literis gothicis, partim germanicis, admodum luculentis in duabus columnis impreſſum. Deſunt foliorum numeri, cuſtodes, & initiales literæ. Paginarum vero inſcriptiones, e. g. *De ſancto Dominico Legenda cviii. — De ſanctis Sauiniano & Sauina. Legẽ. cxxii.* & ſignaturas typographus adjecit. Legenda de S. Silueſtro terminatur in columna tertia, linea 9. folii primi quaternionis g: legenda autem *De inuentione Crucis* (in ordine) *lxiiii.* incipit initio ſtatim columnæ primæ folii *t* 1. In quarta columna folii ſignati DD 1 *Explicit legenda Lombardica de Uoragine ordinis Predicatorum. Epiſcopi Januenſis*:· In prima autem ſequentis folii columna incipiunt, ſeu *Sequunt' quedã legende a quibuſdã aliis ſuperaddite. Et primo de decẽ milibus* (ſic: *martirũ.* Ad calcem ultimæ harum legendarum circa finem columnæ ſecundæ folii decimi quinternionis GG hæc

hæc leguntur gothico charaſtere majuſculo impreſſa: *Expliciunt quorundam ſanctorū legende adiuncte poſt Lombardicā hyſtoriā. Impreſſe in Ulm p Conradū Dinckmut. Anno. M. cccclxxxviii.*

XXII. *Incipit expoſitio Chriſtofori Georgii de honeſtis florentini ſuper Antidotario Meſue.* Ferrariæ per Andream Gallum 1488. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ folii primi ſignati a. Tum opus ipſum incipit gothico charaſtere eleganti in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum. Signaturas, & initiales literas parvas typographus adjecit: cuſtodes vero numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Expoſitio ſuper antidotario Meſue terminatur in columna quarta folii ſexti quaternionis g. In eadem vero columna *Sequitur tractatulus valde vtilis de aqua ordei, & de modo faciendi ptiſana3 ſm cōe3 modū practicantiū;* qui terminatur in columna tertia folii ſequentis. In fronte columnæ quartæ *Explicit utilis expoſitio Xpofori Georgii de honeſtis florentini ſuper antidotario Meſue cū tractatu d' aqua ordei. Et de modo faciendi ptiſanā ſm cōe3 modū practicantiū diligentiſſīe emēdata. Impreſſa Ferrarie p prouidū vi4 magiſtrū Andreā Gallū. Anno domini. M. cccc. lxxxviij. die xx. Martij.* Accedit *Regiſtrum charta4.*

XXIII. Opera, ſeu Tractatus medici complures Antoni Guanerii Papienſis. Papiæ per Anton. de Carcano 1488. in Fol.

In fronte primæ columnæ folii primi ſignati *a Incipit tractatuſ d' egritudinibus capitis. editus per Magiſtrum antonium Guayneriū artiu3 & medicine doctorē papiēſem,* gothico charactere minuto in duabus columnis firmæ, & albæ chartæ, quæ latiſſimos habet margines, impreſſus, ut ceteri etiam tractatus. Tractatum de ægritudinibus capitis in columna prima folii ſeptimi quaternionis g terminatum in eadem columna excipit *Comētariolus de pleureſi.* In ſecunda columna folii ſignati *i De paſſionib' ſtomaci* (ſic) *cōmentariolus feliciter incpit.* (ſic) Tractatum hunc, ſeu commentariolum excipiunt ſequentes hoc ordine tractatus de fluxibus, de Matricibus, ſeu ægritudinibus mulierum propriis, de Arthetica, & calculoſa paſſione, de peſte, & venenis, de febribus, de balneis, demum accedit auctoris ejusdem antidotarium. Ad huius calcem in columna prima folii decimi quinternionis F ſequens legitur notitia: *In hoc uolumīe aggregati ſunt ōes tractat' quos clariſſīm' & veriſſīm' medicīe iterpres Antoni' guaineri' papiēſis ad diuerſas corporis hūani egritudines edidit. & diligentiſſime emēdati p pſtantiſſimū artiu3 & medicine doctorē magr3 Franciſcū bobiēſem. Theoricā medicine de mane legentē ī felici ſtudio papiēſi. Et aureum ē volumē. & iuuenib' ad op' practicū nouiter accedētib' maxīe vtile. Per magr3 Antoniū d' carcano ipſius*

*gymnaſij generalē iuriſta4 bidellū diligētiſſime Papie impſſi. M. cccc. lxxxviij. die xa Januarij.* Accedit in ſequenti columna *Regiſtrum* ſc. chartarum. Ceterum initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit: cuſtodes vero, numeri & inſcriptiones paginarum deſunt.

XXIV. *Tractatus ſacerdotalis de ſacramentis deq3 diuinis officiis & eorū adminiſtrationibus*. Argentinæ 1488. in 4.

Verba hæc gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo incipit *Prologus*, ſeu potius epiſtola hujus operis commendatitia Stanislai Epiſcopi Poſonienſis, qui hoc opus a Capellano ſuo Nicolao de Ploue, Decretorum doctore, conficiendum curavit, & Clericis ſuæ diœceſeos pro norma præſcripſit, ut ex contextu diſcimus. In columna ſecunda folii tertii paulo poſt medium hujus columnæ incipit tractatus *De ſacramētis* in genere, gothico charactere ſatis luculento in duabus columnis firmiſſimæ, ſed minus albæ, & politæ chartæ impreſſus ut ceteri tractatus. Paginarum inſcriptiones e. g. *De ſacramento — Penitētie — Expoſitio tertie — Partis miſſe* — ſignaturas, & initiales literas parvas typographus adjecit. Ad calcem operis primum leguntur verſus:

*Suſcipe cōplecti laudes o chriſte laboris*
*Quas cordis leti vox ſubdita reddit amoris*
*Sit merces operis oratio ſancta legentis*
*Que iungat ſuperis nos toto robore mentis. Amen.*

Tum vero ſequens notitia: *Finit tractatus perutilis de adminiſtratione ſacramētorum. d' expoſitione officii miſſe. de dicēdis horis canonicis. deq3 cenſuris eccl'iaſticis canonice obſeruandis. Impreſſus Argentine Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. prima die menſis Octobris.* Accedit tabula, ſeu index ſingulorum ordine capitum, qui terminatur in prima columna folii octavi, ejusque ultimi quaternionis q.

XXV. Quæſtiones in libros Phyſicorum Ariſtotelis Auctore Johanne de Ganduno. Accedunt Eliæ Hebræi Cretenſis Philoſophi, & Medici Annotationes ad dicta quædam commentatoris, Joh. ſcilicet de Ganduno. Venetiis per Joh. Lucilium Santritter 1488. in Fol.

Folio primo index, duobus ſequentibus vero præfatio exhibetur. Folio quarto *Queſtiones ſuper libros phiſicorum Ariſtotelis. Magiſtri Johannis Jendonis viri perſpicaciſſimi. Incipiunt feliciſſime.* Ab hoc folio ad finem usque operis foliorum numeros typographus adjecit, nempe 1. 2. &c. Opus gothico charactere admodum minuto in duabus columnis firmæ, at minus albæ chartæ impreſ-

preſſum eſt. Signaturas, & plerumque initiales literas magnas florentes typographus adjecit: cuſtodes vero, & paginarum inſcriptiones deſunt. Ad calcem Columnæ ſecundæ folii 185. legitur: *Hoc opuſculum annotationum ꝛc. finitum* (ab auctore completum) *fuit anno latinorum.* 1485. *in fine Julii Florentie.* Ex his verbis forte nata eſt editio hujus operis Florentina anni 1485, quam Orlandi, Maittaire, & alii excitarunt Bibliographi. In averſa pagina folii ejusdem præter alia hæc leguntur: *C. Joannes Lucilius Santritter helbrõnenſis ꝛ hieronymus de ſanctis venetus ſocii Uiroruꝫ quidem ſolertiſſimorum Petri benzon ꝛ Petri cremonenſis impenſis nõ minimis at curis ſuis ꝛ ſolicitudinibus diligentiſſimis impreſſione ꝯpleuerũt ãno ſalutis.* 1488. 12. *calen. decemb. Uenetiis.* Accedit *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* Auctor Quæſtionum Gandenſis fuit. Hinc diverſæ adpellationes de Janduno, de Ganduno, de Gandavo, & Jandunus. Editionem quæſtionum Johannis de Janduno antiquiorem ad annum 1480. N. XIV. recenſui.

## XXVI. Alberti Magni Libri IV. Methaurorum (Metheororum) per Renaldum de Novimagio 1488. in Fol.

Opus hoc gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum eſt. In ſuperiori margine primæ cujusvis folii paginæ numerus libri, & tractatus expreſſus eſt charactere romano, in averſæ autem paginæ ſuperiori margine libri & tractatus nomina ſunt expreſſa hac ratione:

*Liber* ——— *II.*
*Tractatus* — *III.*

Signaturas quoque typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, & plerumque initiales literæ. Liber quartus terminatur paulo ante medium columnæ quartæ folii quarti quaternionis q, & hæc tantum habet ſubſcripta:

*Laus deo in ſecula ſeculoꝝ.*

Folio ſequenti *Tabula libri Methaurorum Alberti magni Incipit ꝛ habet quatuor libros.* Sequitur nempe index argumenta exhibens ſingulorum ordine capitum, quem excipit *Regiſtrum* ſc. Chartarum. Ad hujus finem in ſecunda octavi folii quaternionis ejusdem columna ſequens notitia legitur: *Expliciunt libri quatuor Methauroruꝫ Alberti magni excellentiſſimi ſacre theologie doctoris nec non ph'ie principis ordinis predicatorum impreſſi ꝑ Renaldum de Nouimagio theotonicum. Anno dñi M. cccc.* lxxxviij. *Menſis Maii die. xxiiij.* Locus impreſſionis hic quidem non indicatur. Conſtat vero Renaldum de Novimagio circa hæc tempora Venetiis operam dediſſe imprimendis libris.

XXVII. *Alexandri aphrodiſei* ꝓ*blemata per Georgiū vallā in l tinū cōuerſa. Ariſtotelis problemata* ꝑ *Theodorū gazā. Pl tarchi problemata per Johannē petrū lucenſem impreſſa V netiis per Antonium de ſtrata Cremonenſem.* Anno 14; in Fol.

In averſa primi folii pagina *Victor Piſanus Ludouico mucenigo: præcel ti in eloquentia uiro. S. P. D.* & præſentem Vallæ, ſui & Ludovici Mucenigæ P ceptoris, interpretationem commendat. Finita hac epiſtola legitur in ead pagina *In hoc uolumine continētur Alexandri aphrodiſei* &c. quæ tituli loco r tavi. Folium ſecundum interpretis Epiſtolam exhibet dedicatoriam ad Joh Marlianum Mathematicum, quo hortante interpretationem hanc Georg. V ſuſceperat. Folio tertio incipiunt *Alexandri Aphrodiſei Problemata: Per G gium Vallam Placentinum In Latinum Tranſlata*, charactere rotundo pereleg ti, & præſtanti chartæ impreſſa. Initiales literas parvas & ſignaturas ty graphus adjecit: cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſi Problemata Alexandri Aphrodiſei terminantur in prima pagina folii ſexti nionis *d*. Typographus in eadem pagina hæc ſubſcripſit: *Impreſſum Venetiis magiſtrum Antonium de ſtrata cremonenſē. Anno domini. M. cccc. lxxxviii. oc calēn. decembris.* In averſa pagina folii ejusdem *Nicola.* (ſic) *Gupalatini V ti phyſici præfatio in problemata Ariſto. ad Sixtum .iiii. pontificem maximum* ſtola legitur, in qua teſtatur, Theodorum Gazam ſummam in emendando opere adhibuiſſe diligentiam, cum jam typis eſſet imprimendum. Folio ſequ *Ariſtotelis Philoſophi Problematum Particula Prima Interprete Theodoro Per timam* (ab ipſo Theodoro Gaza adhibitam) *emendationem* ſc. incipit. Termi tur hæc Problemata in averſa pagina folii ſexti ternionis *m*. Ex ſubſcript ad calcem hujus paginæ adjecta diſcimus impreſſioni finem fuiſſe impoſi *A. M. cccclxxxviii. xv. klēn. Januarii.* Folio ſequenti *Calphurnius Marco Au uiro clariſſimo ſalutem* dicit, adfirmatque ſe latinam Petri lucenſis verſio Problematum Plutarchi corruptiſſimam ab impreſſoribus accepiſſe, & hinc ram dedidiſſe, ut nunc quidem quam emendatiſſima prodiret in lucem. eadem pagina Plutarchi — — *Problemata Emendatiſſima* incipiunt ead que terminantur in prima folii octavi quaternionis o pagina linea 19. In dem pagina

*Calphurnius Brixienſis ad Domini*
*cum Siliprandum mantuanum.*
*Quos radi optabas ſia Siliprande libellos*
*Imprime nil poſſet iūgere docta manus.*
*Qui leget hoc æquus grates tibi lector habebit*
*Atq3 idē optabit candida fata mihi.*
*Nā modo mendoſus latiis errabat in oris*
*Plutarchus: raſa nūc bene pelle nitet.*

*Au*

*Aureliiq3 mei claras feſtinat ad ædes*
*Qui colit ex toto pectore pieridas.*

His ſubjecta eſt ſequens notitia: *Expliciũt problemata Alexandri aphrodiſei: e græco in latinũ traducta p Georgiũ Valla. Et Ariſtotelis problemata Theodoro interpte. Et Plutarchi problemata: ſimul ſeriati. q̄ emẽtatiſſima: exceptis iſtæ* (ſic) *Plutarchi tribus uel ad ſũmum quatuor locis ubi græcũ exẽplar mancũ erat: tu cũ melius habueris tua diligentia iungito. Vale. Impreſſũ Venetiis per Antonium de ſtrata cremonenſem. Anno ſalutis nr̃æ. M. cccclxxxviii. die Sabbati iii. no. ianuarii.* Accedit *Regiſtrum* chartarum. b — n ſunt terni: a & o vero quaterni.

XXVIII. *Almanach magiſtri Johãnis de monte regio ad ãnos. xviij. acuratiſſime* (ſic) *calculata.* Auguſtæ Vindel. per Erhardum Ratdolt 1488. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. In averſa ejusdem folii pagina exſtat *Tabula regionũ.* In fronte primæ columnæ folii ſecundi legitur: *Johãnis de monte regio: germanorũ decoris: ętatis noſtrę aſtronomie principis Ephemerides.* Sequitur autem immediate introductio auctoris ad uſum hujus operis. Hanc excipiunt *Prognoſtica in tacuinos ex cplixis in compendium redacta.* Auctor pro genio ſæculi plura differit de aſtrorum poſitione, affectionibus, & influxu. Atque hæc omnia decem foliis comprehenſa ſunt. Folio undecimo nihil aliud legitur, quam *Almanach pro anno* 1489. Titulus huic ſimilis præfixus eſt etiam Ephemeridibus pro annis ſequentibus usque ad annum ſc. 1506. Impreſſæ ſunt ephemerides iſtæ præſtantiſſimæ chartæ numeris figuris, literisque his quidem gothicis, perelegantibus. Deſunt ſignaturæ, cuſtodes numeri, & inſcriptiones paginarum. Attamen folia priora, quibus præcognita continentur, ſignata ſunt. In averſa pagina folii ultimi ephemeridum pro anno 1506. ſequens legitur ſubſcriptio: *Opus Almanach magiſtri Johãnis de monte regio ad annos xviij. explicit felicit. Erhardi Ratdolt Auguſteñ* (ſic) *Uindelico4 viri ſolertis eximia induſtria: ⁊ mira imprimẽdi arte: qua nup Uenetiis: nunc Auguſte uindelico4 excellet* (ſic) *nominatiſſimus tercio ydus Ssptembris. M. cccc. lxxxviij.* Auctor operis vulgo Regiomontanus dicitur a loco natali Königsberg in Franconia, non in Boruſſia. Proprium ei nomen fuit Johannes Müller. Fuit per decem fere annos Georgii Purpachii Matheſeos Profeſſoris Viennenſis celeberrimi diſcipulus. Sed hæc aliaque de viro hoc ſua ætate celeberrimo ſatis ſunt cognita. Minus vero nota eſſe videtur hæc ephemeridum ejus editio. Illuſtris Zapfius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte unicam novit Bibliothecam, nimirum Monaſterii Ord. S. Benedicti ad S. Petrum Salisburgi, quæ eam poſſidet,

XXIX. *Aſtrolabium planũ in tabulis Aſcendens cõtinens qualibet hora atq; mĩto. Equationes domoruʒ celi. Morã nati in vtero matris cuʒ quodã tractatu natiuitatũ vtili ac ornato. Nec nõ horas inequales ꝑ quolibet climate mundi.* Auctore Johanne Angelo Aichachenſi Boio. Auguſt. Vind. per Erhardum Ratdolt 1488. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina charactere gothico majuſculo impreſſa. in averſa folii ejusdem pagina leguntur nomina ciuitatum ſecundum octo climata in octo claſſes partita. Folio ſecundo *Erhardus ratdolt Auguſteñ. impreſſor Alberto rheni palatino: ſuperioriſq; ac inferioris bauarię duci potentiſſimo illuſtriſſimoq; ſoelicitatem.* In epiſtola hac dedicatoria Albertum ducem inter alia his verbis alloquitur: *cũ te in primis hac tipeſtate int' alios alemanię principes omni bonarũ artiũ genere pollere inclareſcat: vt pares admodũ paucos cõſecutus ſis.* Johannem vero Angelum *de aichach* virum *peritiſſimum* adpellat. In averſa pagina operis hujus, in quatuor partes diſtributi, breve argumentum exhibetur. Et quidem pars *Prima - tabulas ſigni & gradus aſcendentis qualibet hora atq; minuto: tabulas quoq; equationis domorũ coeli ad mediũ cuiuſlibet climatis complectit: Secunda imagines facierum & graduũ duodecim ſignoruʒ cum earũdem proprietatibus: figuras inſuper coeli cuiuſuis gradus ipſorum duodecim ſignoꝝ ad ſexti climatis medium erectas metit᷑. Tercia tabulam more in fantis in vtero matris: per quam & tempora conceptionis ſimul & natiuitatis coiciunt᷑ explanat. Annectit preterea natiuitatũ tractaculũ* (ſic) *ex acutiſſimi aſtrologi Julii firmici traditioue* (ſic) *excerptum. Quarta & vltima tabulas horarum inequaliũ dierũ & noctium artificialiũ pro quolibet climate elaboratas deſignat. Et ne aliquis locorum preſentis libelli vſu fraudet᷑: tabule aſcendẽtis: equationiſq; domoꝝ coeli: nec nõ & horarum inequaliũ vltra ſeptimi climatis terminũ perfecte ſunt.* Folia quatuor priora, quibus præter jam indicata continetur etiam introductio ſpecialis in primam partem operis, & prima *Tabula Signi & gradus aſcendentis qualibet hora atq; minuto.* Prima pars terminatur in prima pagina folii octavi quaternionis *e*: Secunda in pagina averſa folii quarti duernionis r: tertia in averſa pagina duodecimi folii ſexternionis ʒ: quarta demum in pagina prima folii decimi ſexternionis D. In averſa pagina folii ejusdem primum quidem exſtat *Regiſtrum* (chartarum) *huius libri:* tum vero gothico charactere majuſculo leguntur ſequentia: *Opus Aſtrolabij plani in tabulis: a Johãne Angeli* (ſic) *artium liberaliũ magiſtro a nouo elaboratũ: explicit feliciter. Erhardi ratdolt Auguſtẽſis viri ſolertis: eximia induſtria: ⁊ mira imprimendi arte: qua nuꝑ venecijs: nunc Auguſte vindelicorũ excellet* (ſic) *nominatiſſimus. Uigeſimo ſeptimo kalendas Nouembris. M. cccc. lxxxviij. Laus Deo.* Opus maximam partem ex tabulis & figuris conſtans præſtantiſſimæ chartæ, & gothico charactere pereleganti impreſſum eſt. Initiales literas florentes magnas ligno inciſas, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum.

narum. Editionem hanc duæ aliæ ſubſecutæ ſunt, utraque veneta, prior quidem anno 1494, ſuo loco a me recenſenda, altera vero anno 1502. facta. Conf. Clement Bibliothec. Curieuſe Tom. I. pag. 332. & Denis Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 79. & 80. De vita & ſcriptis Johannis Angeli (Engel) plures commentati ſunt: omnium vero adcuratiſſime Cl. Michael Denis in Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 80. Cum vero & hunc plura neſciviſſe, vel omiſiſſe, quæ vel ad Biographiam, vel ad Bibliographiam compatriotæ noſtri illuſtrandam momenti aliquid habere mihi viſa ſunt, paucos ante menſes ſingularem de vita & ſcriptis Johannis Angeli commentationem elucubratus ſum, opportuna occaſione typorum beneficio edendam in lucem. Nunc pauca tantum adnotabo. Locus ei natalis fuit Aichach, ſuperioris Bavariæ civitas non ignobilis, Ingolſtadio, meridiem verſus, quinque milliaribus diſtans. Quo anno natus fuerit, necdum explorare potui. Anno 1472, qui Academiæ Ingolſtadienſi natalis fuit, die menſis Auguſti vigeſima nona *Johannem Engel de Aichach* inter inſcriptos matricula Univerſitatis autographa exhibet. Eundem *ſub Decanatu Doctoris Conradi Weigand ex Herbipoli ad facultatem medicam* receptum fuiſſe, acta ejusdem facultatis authentica ad annum 1479. nos docent. Et in his quidem Magiſtri nomine ſalutatur. Atque hæc tantum ſunt, quæ de noſtro reperire potui in Actis academiæ noſtræ manuſcriptis authenticis, quæ diligenter evolvi, in primis quæ ad hiſtoriam ſpectant facultatis philoſophicæ. In impreſſis academiæ noſtræ annalibus ne nomen quidem occurrit Johannis Angeli. Hinc minime adduci poſſum, ut credam, Johannem Angelum in Academia noſtra ordinarii Profeſſoris munere unquam functum eſſe, licet Andreas Stiborius, Bojus, & Aſtronomiæ in Academ. Viennen. Prof. in *Præfat.* ad tabulas Ecclipſium Georgii Peuerbachii Viennæ an. 1514. editos eundem iis adnumeret, qui in *Engelſtadio Mathematicam profeſſi ſunt.* His enim verbis nihil aliud inſinuari videtur, quam Angelum noſtrum in Univerſitate Ingolſtadienſi aliquamdiu commoratum fuiſſe, ſcribendis in eadem libris operam dediſſe, & privatas forte in Aſtronomia, aliisque mathematicis diſciplinis lectiones habuiſſe. Calendarium certe Germanicum, cujus meminit Cl. Panzer in Annalen der ältern deutſchen Litteratur pag. 223. Johannes Angelus Ingolſtadii compoſuit, ut ex ſubſcriptione patet: **Dieſe Practica hat gemacht Mayſter Johannes Engel in der löblichen Univerſität Ingolſtat auf das M. CCCC Lxxxxvj. Jar.** Plerique noſtrum Aſtronomiæ, vel Matheſeos Profeſſorem Viennenſem appellant. Verum licet certum ſit, longiori tempore Viennæ in Auſtria commoratum fuiſſe, & ibidem obſervationibus aſtronomicis operam dediſſe: tamen nullus eorum, qui de Profeſſoribus Viennenſibus ex inſtituto ſcripſerunt, horum numero Angelum noſtrum accenſuit, quod ante me obſervavit Cl. Denis in Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 80. Videtur ergo munus docendi publicum vel ſtudio declinaſſe, vel non admodum adfectaſſe, ut libris partim componendis, partim aliorum corrigendis liberius vacare poſſet. Obiit Viennæ in Auſtria anno 1512. tertio calendas Octobris, ibidemque ſepultus eſt in æde S. Laurentio ſacra. Conf. Georgii Tanſtetteri Catalogum, in quo recenſentur *Uiri Mathematici quos inclytū Uiēnenſe gym-*

*gymnaſiū ordine celebres habuit*, ſubnexum epiſtolæ dedicatoriæ tabularum eccliplium Georgii Peuerbachii anno 1514. a ſe editarum, & *Georgii Ederi* J. C. Viennenſis *Catalogum Rectorum & Illuſtrium Virorum Archigymnaſii Viennenſis* — Vienn. 1559. ad ann. 1512. Ex poſteriori hoc loco diſcimus, Johannem Angelum Vitam Alexandri M. ex Diodoro Siculo vertiſſe, utique ex græco in latinum. De hoc opere nullam fecit mentionem Cl. Denis in Wiens Buchdruckergeſchichte. Idem, ubi libros recenſet a Johanne Angelo vel compoſitos, vel correctos, editosque in lucem, omiſit ſequentes. 1) Concordantiam Aſtronomiæ cum Theologia — Petri de Alliaco — quam a Johanne Angelo correctam impreſſit Erhardus Ratdolt Auguſtæ Vindel. 1490. in 4. Exſtat hoc opus in Bibliotheca noſtra Academica, ſuo loco uberius recenſendum. 2) Opus tabularum directionum, profectionumque Johannis de monte regio — a Joh. Angelo correctum, & ab Erhardo Ratdolt impreſſum Auguſtæ Vindel. 1490. in 4. 3) Guidonis Bonati tractatus decem Aſtronomiæ — *Johannis Angeli — diligenti correctione. Erhardiq3 ratdolt — imprimendi arte* — Auguſtæ Vindel. ſc. editos anno 1491. in 4. quæ duo opera pariter exſtant in Bibliotheca Academ. 4) Practica, ſeu Calendarium ad ann. 1496. Ingolſtadii a noſtro compoſitum, cujus paulo ante memini.

XXX. *Ad egregiū dñm Thomā de drag pſonalis pſentie ſereniſſimi principis dñi Mathie: hūgarie: bohemie ꝛc regis Auſtrieq3 ducis cancellariu3 Prefatio magiſtri Johānis de thwrocz: in primū librū chronice hungaroꝝ foeliciter incipit.* Brunæ ſine mentione typographi 1488. in Fol.

Primum folium noſtri exemplaris deeſt. In fronte folii ſecundi, ſignati *a 2*, verba leguntur tituli loco recitata. Tum immediate incipit præfatio charactere magno gothico, eoque elegantiſſimo præſtanti chartæ impreſſa ut ipſum opus. Deſunt initiales literæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Ad calcem primæ paginæ folii octavi quaternionis *c Finit prima pars chronice hungaroꝝ:* in averſa autem pagina *Incipit eplogus in ſecūdam ptem chronice hūgarorum*, ipſaque pars ſecunda. In averſa pagina folii ſignati k legitur *De coronatione regis latiſlai quarti filii regis ſtephani quinti qui kunlaczlo dictus eſt:* in averſa autem pagina folii ſignati o *Incipit pfatio in chronicam Sigiſmundi regis & Imperatoris ſimul cum ceteris eiuſde3 geſtis.* Totum opus terminatur in prima pagina folii octavi quaternionis x, linea 12. Adjecta eſt ſubſcriptio ſequens: *Illuſtriſſimoꝝ hungarie regū chronica In inclita terre Morauie ciuitate Brunēſi lucubratiſſime impreſſa finit felicius. Anno ſalutis. M. CCCC. lxxxviij. die. xx. Martij.* Regum effigies parum ſcite ligno inſculptæ exhibentur in hoc opere, cujus editionem auguſtanam anno eodem ab Erhardo Ratdolt, ſumptus ſuppeditante Theobaldo Feger concive Budenſi, completam *tertio nonas Junii* Illuſtris Za-

ſius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 84. & 85. deſcripſit. Alexius *Horany* in *Memoria Hungarorum — Scriptis editis notorum* P. III. pag. 464. ſeqq. de auctore noſtro, quem ſub nomine *Turotzi* produxit in lucem, agit, citatque præſentis operis editionem Auguſtæ Vindel. a. 1482. per Erhardum Ratdolt factam impenſis Theodori Feger, concivis Budenſis. Verum editio, ſi quæ exiſtit anno 1482. per Erhardum Ratdolt facta, dicenda eſt veneta. Erhardus enim Ratdolt ab anno 1477 — 1485. Venetiis artem exercuit typographicam. Dum editionem hanc *impenſis Theodori Feger* factam adfirmat, editionem Auguſtanam anni 1488, paulo ante commemoratam, forte indigitavit. Idem Venetam editionem anni 1488. in 4. factam excitavit, quæ tamen fictitia eſſe videtur. Nullum certe ejus rei teſtem produxit. 'Soliloquium, quod, cujus ſit generis ſcriptum auctoris noſtri, ſe ignorare fatetur Horanius, nihil aliud eſſe videtur, quam præfatiuncula in hoc opus chronicum, quæ, ſub titulo *Soliloquium*, epiſtolæ dedicatoriæ hujus noſtræ editionis immediate ſubjuncta eſt.

XXXI. *Faſciſculus tempo4 omnes antiquorum cronicas complectens.* Argentinæ per Joh. Pryſs. 1488. in Fol.

Verba tituli loco recitata gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. In averſa pagina folii ejusdem incipit tabula ſeu index materiarum alphabeticus, in averſa itidem pagina folii ſexti terminatus. Folio ſeptimo prohemium incipit, in averſa autem pagina folii octavi opus ipſum gothico charactere ſatis luculento chartæ minus firmæ & albæ impreſſum. Inde a folio ſeptimo in ſuperiori margine primæ cujusvis folii paginæ folii numerus hac ratione *Folium primum — Folium IX.* in averſæ autem paginæ ſuperiori margine mundi ætas, e. g. *Quinta etas. Tranſmigratio.* impreſſa leguntur. Ab eodem folio & deinceps ſignaturas ab A — P. typographus adjecit. Hiſtoria continuata eſt in hac editione usque ad annum 1484. Ad calcem averſæ paginæ folii numerati XC (90) hæc tantum ſubſcripta leguntur:

*Impreſſum Argentine. per Johānem pryſs. Anno domini. Mcccclxxxviij.*

XXXII. Johannis Koellner J. U. D. Colonienſis *Sūmariū textuale z Concluſiones ſuper Sextum* (librum decretalium) z *Clementinas.* Coloniæ per Johannem Koelhoff. 1488. in Fol. min.

Titulus, quem recitavi, legitur in prima primi folii pagina gothico charactere magno impreſſus, in averſa autem pagina *Tituli ſexti ſcd̄m ordinē alphabeti.* Folio ſecundo in fronte primæ columnæ brevis legitur notitia de auctore, ſeu

colleʃtore hujus ſummarii ex variis variorum doctorum, qui etiam noviſſime in ſextum decretalium ſcripſerunt, lucubrationibus compoſiti. Fuit nempe Johannes Coelner de Vanckel Artium Liber. Mag. Juris utriusque Doctor & in Jure Canonico Ordinarius in Academia Colonienſi. Opus chartæ minus albæ & firmæ gothico charactere in duabus columnis impreſſum eſt. Paginarum Inſcriptiones, e. g. Summarium & Concluſiones Sexti — *De electione*, & ſignaturas typographus adjecit: Deſunt vero cuſtodes, numeri foliorum, & initiales literæ. Ad calcem ſummarii & concluſionum ſexti circa finem columnæ primæ & initio ſecundæ folii octavi quaternionis C ſequens ſubſcriptio legitur: *Sūmaria pariter ꝛ concluſiones Sexti accurate & ꝯpendioſe ex doctoribus circa eundem ſcribentibus per honorabilem virū dn̄m Johannem kolner. de vankel artium liberaliuꝫ mḡrm . iuris vtriuſqꝫ doctorem. virū peritiſſimꝫ In iure Canonico ordinarium in florentiſſimo ſtudio Colonien̄. collecta. Anno gratie Mcccclxxxviii. in vigilia Viſitationis beate dei genitricis Marie virginis glorioſiſſime impreſſa finem acceperūt.* *Sūmariū textuale ꝛ Concluſiones Clemētinarum* a præcedentibus ſeparari poſſunt, habentque peculiarem titulum modo recitatum: Sunt vero eodem charactere, eidemque chartæ impreſſæ. Cetera quoque, quæ ad externam ſpectant formam, ſunt eadem utrinque. Hinc nullum eſt dubium, quin ex eadem typographia prodierint. Colligitur id non modo ex titulo generali, *Summarium & Concluſiones Sexti*, *& Clementinarum*, verum etiam ex eo, quod primus faſciculus Clementinarum ſignatus ſit littera D, ultimus vero Sexti decretalium litera C. Ad calcem tituli de verborum Significatione initio columnæ ſecundæ folii quinti quaternionis P ſequens legitur ſubſcriptio: *Sūmaria ac cōcluſiones Sexti & Clementinaruꝫ honorabilis viri artiū liberaliuꝫ mgri. vtriuſqꝫ iuris doctoris modeſtiſſimi domini Johannis de vanckel. per me Johanneꝫ koelhoff. de Lubeck Ciuem Colonien̄ impreſſa. Anno gr̄e Mcccclxxxviij. in vigilia Natiuitatis bte virginis Fuuunt* (ſic) *feliciter.* In averſa pagina folii eiusdem incipiunt *Sūmaria ꝛ effect⁹ extrauagātiuꝫ Johānis .xxij.* eædemque terminantur in columna prima linea 36. folii octavi ejusdem quaternionis. Subjecta eſt tantum vox *Finis*. Apud Orlandium, & Maittaire hæc editio non occurrit: nec alii etiam Bibliographi, qui ad manus mihi ſunt, eam excitarunt. Hinc non miror, eam a *Freytagio* in *Apparatu. Liter.* Tom. II. pag. 1451. in dubium vocatam fuiſſe, licet ab auctore Lexici eruditorum jam excitatam. Freytagius ibid. deſcripſit editionem hujus operis Colonienſem ab eodem typographo curatam anno 1494, ex qua per errorem natam fuiſſe putat editionem, quam non nulli excitarunt, cum nota anni 1484.

## XXXIII. Johannis Angeli Arretini, Tractatus de Maleficiis cum Additionibus Auguſtini de Bonfranciſcis. Venetiis per Andream de Calabriis 1488. in Fol. magn.

In averſa primi folii pagina legitur *Repertorium verborum operis preſentis ſꝫ alphabeti ordinē numero chartaꝝ operis ꝛ tabule ſignatarū.* Folio autem

ſecun-

ſecundo incipit *Tabula vt in pluribus deciſua ſm ordinem verborum ĩ tractatū in inquiſitione poſitorum.* Folio 19. *Additiones domini Auguſtini de bonfranciſchis de arimino ſuper maleficiis Ange.* incipiunt, gothico charactere in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſæ. Folia octodecim præcedentia literis A & B ſignata ſunt: folio autem decimo nono incipiunt novæ ſignaturæ ab a — o. Deſunt cuſtodes numeri, & inſcriptiones paginarum. In columna ſecunda folii ſexti ternionis o paulo ante medium *Perutilis in practica cōi excellētiſſimi vtriuſq3 iurꝭ doctoris dñi Angeli de aretio maleficiorū tractatus vna cū elegantiſſimis ſuppletionibus ſeu additōib⁹ dñi Auguſtini dꝫ bōfranciſchis de arrimino feliciter explicit. Impreſſus venetijs. arte ac impenſa Andree de calabrijs de papia. Anno dñi Mileſimo.* (ſic) *ccccIxxxxviij. die xxv. menſis Januari.* (ſic) Accedit *Regiſtrū* (chartarum) *ſup tractatu maleficiorū dñi Angeli de aretio.*

XXXIV. Friderici Petruccii, vulgo Senenſis, Quæſtiones Juris diſputatæ, & Conſilia Juridica. Senis per Henricum Harlem, & Johannem Valbeeck 1488 in Fol. magn.

Opus ſine ullo titulo aut inſcriptione incipit a præfatione editoris *Omini* (Domini) *noſtri iheſu chriſti* &c. quæ legitur in fronte primæ columnæ folii primi ſignati a ij. In eadem columna circa medium incipit prima *Queſtio diſputata per dominum Fredericū de petrucijs de Senis decreto4 doctore3 in ſtudio paduano.* Paginæ ſingulæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Initiales literæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Charta præſtantiſſima eſt, & magna, latiſſimis marginibus inſtructa. Literæ gothicæ paulo minores ſunt, ſed perelegantes. Circa medium columnæ ſecundæ folii quarti duernionis ʒ *Hic finiunt Conſilia cum eorum tabula Excellētiſſimi decretorum doctoris domini Frederici petrucij Senenſis diligentiſſime reuiſa per eximium legum doctorem dominū Bernardinum paſturinu3 de pontremulo Impreſſioniq3 dedite Senis per Henricū Harlem ʒ Johannem valbeeck Socios. Anno ſalutis. Mccccl̄xxxxviij. Die decimo quinto Januarij.* Accedit *Regiſtrum*

*Omnes ſunt quaterni* (ab a — r) excepto penultimo qui eſt *binus ʒ vltimo qui eſt ternus.*

& typographorum, vel forte Bibliopolæ inſignia. Ternus, cujus mentio nunc facta eſt, tabulam complectitur materiarum ſecundum Rubricas juris diſpoſitam, quæ operi adnexa eſt, ſignata litera ſ. Editio hæc Orlandio & Maittairio fuit incognita. Excitatur autem in den Merkwürdigkeiten der königl. Bibliotheck zu Dreſden. 2. Thl. pag. 329. & 330.

XXXV. *Incipit Solennis Repetitio Excellentiſſimi legum doctoris dñi Joannis baptiſte* (Caccialupi) *Seuerinatis legis cunctos populos. C. de ſumma trinitate.* Senis per Henricum de Colonia 1488. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima columna primi folii impreſſi ſignati a ii. Literæ minoris alphabeti videntur eædem, aut ſimillimæ literis, quibus opus immediate præcedens impreſſum eſt. Cuſtodes, initialis litera C vocis *cunctos*, & numeri paginarum deſunt. Singulæ vero paginæ in ſuperiori margine inſcriptionem habent eandem, ſc. *De ſumma trinitate.* Poſt medium columnæ quartæ folii quarti duernionis f *Explicit ſolēnis ꝛ aurea repetitio l. cūctos populos. C. dꝫ ſumma trinitate clariſſimi ꝛ excellētiſſimi ll. doc. dñi Jo. Bap. dꝫ caccialupis ſeuerinatis Impſſioni Senis dedita ꝑ magiſtrū henricū de Colonia Anno ſalutis M. cccclxxxviij. duodecimo calēdas aprilis.* Accedit Repertorium folio uno & dimidio impreſſum. Joh. Bap. Caccialupi, qui etiam Cazalupus hinc inde adpellatur, idem ſub nomine Johannes de ſancto Severino, vel Severinas citatur, ſcripſit etiam tractatum de modo ſtudendi Jurisprudentiæ, & vita Doctorum. Conf. Merkwürdigk. der königl. Bibliotheck zu Dreßden. 2. Band. pag. 172. & Freytag Apparat. Liter. Tom. I. pag. 364. ſeqq.

XXXVI. Epiſtolæ aliaque opera minora S. Hieronymi in tres partes ſecundum materias diſpoſita a Theodoro Lelio Auditore apoſtolico. Venetiis per Andream de Torelanis de Aſula 1488. 2. Voll. in Fol. mag.

Editionis hujus eadem eſt, quod rei ſubſtantiam ſpectat, œconomia, quæ editionis ad annum 1476. N. VII. recenſitæ. Hoc unum nunc adnotato, Volumine primo (in duo enim volumina utraque editio commode dividi poteſt) non ſolum primam operis partem, ſed etiam partis ſecundæ principalis duos tractatus priores contineri. Secundum volumen tractatus reliquos partis ſecundæ, & partem tertiam integram complectitur. Editio præſens romano charactere elegantiſſimo, & præſtantiſſimæ chartæ impreſſa eſt. Folium primum eſt vacuum. Folio ſecundo præmiſſa ſine ulla inſcriptione aut titulo editoris præfatione, in qua diuiſionem operis exponit a me jam quoque expoſitam ad annum 1476 loc. cit. incipit tabula, ſeu index; ſingulorum ordine Tractatuum, qui primo volumine continentur, terminatus in prima pagina folii quarti. In averſa ejusdem folii pagina *Diui Hieronymi vita: quæ communiter legitur ſub auctore incerto: non ſatiſſaciens meritis tanti doctoris.* Terminatur eadem in averſa pagina folii ſexti. Folia II. & III. ſignata ſunt numeris ii. & iii. in inferiori margine. Folio ſeptimo, ſignato litera a, incipit *Expoſitio Symboli Ruffini Aquilegiēſis* (ſic) *præſbyteri* &c. quæ, ut in aliis etiam, editioni-

tionibus, *Epiſtola prima* adpellatur. Porro ab hoc folio folia non modo ſignata, ſed etiam numerata ſunt, ita quidem ut in inferiori margine præter ſignaturam ſingulis foliis adjectus ſit numerus. Sic e. g. folium quintum quinternionis a præter ſignaturam a v adjectum quoque habet numerum .v. Pars operis prima principalis terminatur in averſa pagina folii ſignati n ii. numerati .cxxii. (122) linea 40. Tum immediate ſine interſtitio *Incipiũt Epiſtolæ beati Hieronymi de queſtionibus veteris & noui teſtamẽti in unũ cõgeſtæ*, ſeu *ſecũda pars principalis* &c. cujus tractatus ſecundus, ſimulque volumen Primum, hújus editionis terminatur in averſa pagina folii octavi quaternionis ſ, quod numerum habet adjectum clxxiiii. Subſcriptio legitur ſequens: *Diui Hieronymi Epiſtolarum Partis primæ uolumen foeliciter finit;* & nihil aliud. Volumini ſecundo pariter præmiſſa eſt tabula ſeu index tractatuum & epiſtolarum, quæ continentur, quatuor conſtans foliis, quorum duo priora ſignata ſunt litera v. In prima pagina folii ſignati A. *Diui Hieronymi Epiſtolaꝝ Tertius Secũdæ partis tractatus continens epiſtolares expoſitiones quorundã Pſalmoꝝ & Cantici canticorum ſecundũ Origenem e græco traductum.* Hujus quoque voluminis folia & ſignata & numerata ſunt, ut prioris. In utroque ſæpius quoque occurrunt cuſtodes, & ubivis initiales literæ parvæ. Signaturæ ab A — Z decurrunt: numeri vero foliorum ab i — ccxxix. Folium hoc inter impreſſa ultimum nonum eſt quinternionis Z & in averſa pagina poſt lineam 36 hæc habet ſubſcripta: *Diui Hieronymi religionis eccleſiaſticæ doctoris eximii huic ſecũdo epiſtolaꝝ uolumini finis ĩponit. Quod quidẽ opus una cũ ꝑori uolumĩe in urbe Venetiaꝝ diligenter emẽdatũ & impreſſũ eſt per Andreã de Tore Janis de Aſula Anno natalis dñici. M. CCCC. LXXXVIII. Idibus Madiis* (ſic) pro *Maiis.* Subjecta ſunt typographi inſignia rubro expreſſa colore. Excitavit hanc editionem Maittaire Tom. I. pag. 497. Apud Orlandi vero & alios, qui ad manus mihi ſunt, Bibliographos nihil de ea reperire potui.

## XXXVII. Digeſtum Vetus cum Gloſſis Venetiis per Baptiſtam de Tortis 1488. in Fol. magn.

Exemplar noſtrum ſplendididiſſimæ hujus editionis initio mutilum eſt. Incipit enim verbis textus proemii *quod a nobis emanavit. auctorib⁹* &c. & gloſſæ *noqꝫ iuſtiniani inſtitutiones legũt. ſic artiſte* &c. *quæ* prima ſunt folii ſignati *a* 3. Textus Proemii terminatur in prima columna folii a 4. Tum incipit liber primus. Folia non modo ſignata ſed & numerata ſunt numeris arabicis in ſuperiori margine dextro poſitis: initiales quoque literas parvas, & paginarum inſcriptiones typographus adjecit. Charta plane præſtantiſſima eſt. Literæ textus gothicæ majores, gloſſæ minores ſunt, & quidem tam hæ, quam illæ elegantiſſimæ. In prima columna folii 134. poſt lineam textus decimam nonam *Incipit liber ſeptim⁹ de vſufructu ꝛ quẽadmodũ quis vtatur.* In ſuperiori margine foliorum 225. & 226. pro xiij. (ſc. liber decimus tertius) ex errore typographi legitur xij. In columna ſecunda folii 226. poſt lineam textus 25. *Explicit liber*

*ber .xiij. digeſtorum. Incipit liber .xiiij. De exercitoria actione.* Ad calcem totius operis in columna quarta folii 350. poſt lineam 18. textus hæc tantum leguntur: *Uenetiis per baptiſtam de tortis. M. cccclxxxviij. die quarto auguſti. Finis.* In eadem columna typographi inſignia rubro colore impreſſa ſunt. Folii ſequentis prima pagina exhibetur *Digeſti Ueteris — Tabula oiu3 rubrica4 p alphabetu3 poſita: ꝛ ad loca ſua p ordinē remiſſa:* in averſa autem pagina folii ejusdem *Regiſtrum* (chartarum) *digeſti veteris.* Editionem hanc Orlandi & Maittaire non excitarunt. Orlandi tamen pag. 39. excitavit editionem hujus operis ab eodem typographo anno 1498. factam. Num forte pro 1498. legendum eſt 1488?

XXXVIII. *Tractatus ſequeſtrorū editus per clariſſimū ꝛ preſtātiſſimū doctorē dñm Frāciſcū curtiū papienſe3: ordinariū iuris ciuilis d' mane in felici ſtudio ticinenſi legentem ſub anno M. cccc. lxxxiij. d' mēſe Octobris ī ɔmēto legis vnice. C. de ꝓhibita ſequeſtratōe pecunie. In quo ɔmēto vtiles ꝛ quotidianas queſtiōes ī materia ſequeſtri facile oīs ſtudioſus inuenire poterit.* Papiæ per Joh. Anton. de Biretis & Franciſcum de Girardengis 1488. in Fol. magn.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ primi folii impreſſi, ſignati *a* 2. Primum enim folium vacuum eſt. Initiales literas parvas, excepta prima, Typographus adjecit: cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Charta præſtantiſſima, & literæ gothicæ luculentæ admodum, & elegantes ſunt. Terminatur opuſculum paulo ante medium columnæ ſecundæ folii octavi. Typographus hæc tantum ſubjecit:

*Papie per integerrimū Johannē antoniū*
*de biretis: ꝛ Frāciſcū de ghirardēgl.*
*M. cccc. lxxxviij. Die xxij. Nouēbris.*

Inter libros nota anni carentes auctoris ejusdem tractatus ſeu commentarius in legem *Admonendi* de Jurejurando Lib. XII. ff. vet. Ex præfatione huic commentario præfixa diſcimus, auctorem anno 1482. ad cathedram Juris civilis ordinariam in Academia Ticinenſi deſignatum fuiſſe.

XXXIX. Joh. Gerſon Opera tribus voluminibus comprehenſa, atque impreſſa anno 1488. in Fol. min.

Volumini primo præmiſſum eſt *Inuētariū eorū que in operibus Gerſonis ɔtinentur.* Hæc verba gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. In averſa autem pagina folii ejusdem Joh. Gerſonis imago, ſub

ſub ſchemate viatoris, ligno inciſa conſpicitur; qua de imagine mox dicam pluribus. Nunc tantum addo, eandem imaginem in averſa primi folii pagina voluminum ſingulorum eſſe expreſſam. Folio ſecundo *Inuentariū* ſeu index materiarum alphabeticus incipit, gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſus, & in quarta columna folii octavi quaternionis G terminatus. In prima folii ſequentis pagina legitur *Prima pars operū Johannis Gerſon* ſc: Incipit ſeu potius mox ſequitur. In averſa pagina autoris imago ligno inciſa conſpicitur, cujus explicationem in ſequentis folii pagina prima poſt auctoris epiſtolam ad fratrem ſuum germanum, Johannem Ordinis celeſtinorum, ſequentes verſus continent.

*Dic precor, iſte quis eſt qui carmina condit* (ſic pro condidit) *iſta*
*Gratia nomen ei, cognomen & aduena fecit*
*Eſſe peregrinus ſignis agnoſcitur aptis*
*Caſſidolum dextro, ſartum dependet ab armo*
*Ad latus oppoſitū. celſum caput orbicularis*
*Pilleus obnubit! ſoles quo pellat & imbres*
*A vultu infeſtos. baculuſq3 teres regit artus*
*Ferrea cui cuſpis. munitur ſura coturno*
*Scutum leua gerit! ſaphiro celove ſereno*
*Concolor. hic auro ſeptē radiare planetas*
*Inſpiceres. medio cor pennatum velut ignis*
*Emicat. et thau rutilo ſignat in auro*
*Egide protectus hac hoſtica tela retundit.*
*Hec* (pro *nec*) *caret angelico duce! ſed caro viſibus obſtat*
*Sedulus hunc catulus vt. thobiam comitatur*
*Gerſon origo fuit, dat cancellarius almo*
*Luſtris quinq3 gradus ſtudio tibi pariſiorum*

In eadem pagina incipit *Cōpendioſa laus Johēnis* (ſic) *de gerſon Cancellarij pariſiēſis.* Hujus encomii auctor eſt Petrus Schotus Argentoratenſis, ut ex editione operum Gerſonis anno 1513. Argentorati facta diſcimus. Conf. Weislinger Armamentar. Cathol. pag. 487. In fine hujus compendioſæ laudis ſequentia leguntur, certe notatu digna: *Inter hec aūt opa licet nonnulla ſint q̄ Joh'is de gerſon nō eſſe veriſimili⁹ ſit vt ē tractat⁹ cōtra ꝓprietarios. S. auguſtini Cōpēdium theologie. ſermo de cōceptōe. ꝛ ſi q̄ pl'es rep-riant̃ tñ qꝛ auctoꝛ ali⁹ nō patebat ideo loco ſuo ꝓſtiterūt. Alii aūt tractat⁹ q̄ ſibi nō nunq3 tribuunt̃. ſ3 tñ auctorē certū hn̄t Ut eſt libellus de cōtēptu mūdi!* (ſeu ut nunc plerumque vocatur, de imitatione Chriſti) *quē cōſtat a q̊dā thoma canonico regulari editū, plēs alii nō ſūt opibꝫ inſerti. Uerū nō nulli ad finem opis ꝓp conformitatē materiarum ſubiuncti.* Tum immediate ſequitur *Annotatio titulorū operū doctoris chriſtianiſſimi* &c. &c. ſeu indiculus ſingulorum tractatuum, & librorum qui tribus hujus editionis voluminibus continentur. In prima demum pagina folii quinti quaternionis *a Incipiunt opera ꝛ tractatus magiſtri Johānis de Gerſon* &c. &c. Impreſſa ſunt gothico charactere in duabus columnis chartæ firmiſſimæ. Inſcriptiones pagi-

paginarum, ſignaturas, & numerum cujusvis ordine tractatus ſeu libri, hunc quidem in ſuperiori margine dextro arabicum, typographus adjecit. Idem tractatus & libros ſingulos in certas ſectiones, quas literis A. B. C. &c. in margine poſitis indicavit, partitus eſt. Initiales vero literæ plerumque, numeri foliorum, & cuſtodes ubivis deſunt. Volumen Primum terminatur in averſa pagina folii ſeptimi quaternionis *ll*, columna quarta, ad cujus calcem leguntur ſequentia: *Prima ps ope4 mgri Joh'is de gerſon, ſacrar4 lra4 doctoris reſolutiſſimi, xpianiſſimiq3, 9plectēs tractat9, fidē ac ptāte3 eccīaſticā 9cernētes, finit feliciť. āno dñice natiuitatis. M. cccclxxxviij. Menſis vero ſeptembris ydus quarto.* Volumini ſecundo in prima primi folii pagina hic titulus eſt præfixus: *Secunda Pars operū Johannis de Gerſon doctoris chriſtianiſſimi.* In averſa autem pagina imago eadem ligno inciſa conſpicitur, quæ etiam voluminis I. averſam ornat paginam primi folii. Folium ſecundum indicem continet ſingulorum ordine librorum, & tractatuum, qui hoc volumine continentur. Folio tertio *Incipiunt regule morales eiuſdem* ſc. Gerſonis. Regulæ iſtæ morales inter libros Gerſonis ſecundum hanc quidem editionem ſunt opus ordine 24. Signaturæ hujus voluminis ſunt A — X. item y. Z. nec non AA — SS. In averſa pagina folii quinti ternionis SS. columna quarta ſequens habetur ſubſcriptio: *Secūda pars operum domini Johannis Gerſon, doctoris chriſtianiſſimi! continens precipue opuſcula ad mores accōmodata. Explicit feliciter. Anno noſtre ſalutis. Mcccclxxxviij. Nonas vero Julij menſis quinto.* Voluminis tertii pagina prima hunc titulum: *Tertia pars ope4 Johannis de Gerſon doctoris chriſtianiſſimi:* averſa autem jam ſæpius laudatam auctoris imaginem ligno inciſam exhibet. Folii ſecundi pagina prima exſtat index ſingulorum ordine tractatuum, qui in hoc volumine continentur. Porro ſecundum hunc indicem ineſſe volumini deberent plures aliorum tractatus, e. g. Tractatus *Petri Ailliacenſis* de poteſtate eccleſiaſtica, *Nicolai de Clemangis* tractatus de vitiis miniſtrorum Eccleſiæ. Sed deſunt hi tractatus non modo in Exemplari hoc noſtro, quod integrum, & nulla parte mutilum eſt, ſed etiam in exemplari, quod exſtat in Bibliotheca Ratisbonenſi civica, a Cl. Gemeiner in den Nachrichten von denen in der Regensburgiſchen Stadtbibliotheck ſich befindenden Büchern &c. pag. 173. ſeqq. deſcriptum. Clauditur itaque volumen iſtud tractatu ſuper Cantica Canticorum qui ipſius Gerſonis eſt, compoſitus anno 1429, & dedicatus fratribus ordinis Charthuſienſis. Huic accedunt 1) Johannis, Ord. Celeſtinorum, qui Gerſonis, ut jam monui, frater germanus fuit de completione hujus operis, tractatus nimirum ſuper Cantica Canticorum notitia, ex qua diſcimus completum ab auctore hunc tractatum fuiſſe anno 1429, die Sabbati nona menſis Julii, auctoremque ætatis ſuæ anno 66 ejusdem menſis die 12 obiiſſe. 2) Duo Epithaphia Gerſoni ſcripta. 3) Epiſtola Johannis ord. Celeſtinorum, fratris Germani Gerſonis, ad Anſelmum ordinis Celeſtinorum de opuſculis Johannis Gerſonis, ſcripta Lugduni anno 1440. die xxiij. Maii. 4) Ejusdem Johannis *annotatio opuſculo4 Johānis Cancellarii pīſieñ quorū multa deperierunt de multis incertū eſt ſi : ubi ſupſuit &c.* 5) Tituli quorundam opuſculorum Gerſonis a Jacobo de Cireſio miſſi ad D. Oſſwal-

waldum Charthuſianum anno 1429. menſe April. 6) Epiſtola Archiepiſcopi Lugdunenſis, cujus nomen in ſubſcriptione litera initiali A tantum indicatur, de morte Gerſonis ſcripta ad Johannem fratrem defuncti germanum, quæ multa continet in laudem illius. Poſt hanc epiſtolam, ſcriptam *die xvij. Iulij* (ſine dubio ipſo obitus anno 1429.) demum hæc ſubſcripta leguntur in averſa pagina folii ſeptimi quaternionis a f, columna quarta, *Finiunt opera cancellarij pariſieſis doctoris chriſtianiſſimi magiſtri Iohãnis de gerſon. que ut frugẽ lectori uberrimã ferant, emendatiſſima lima caſtigata fuere. Anno domĩ. M. cccc. lxxxviij. Idus vero menſis Septembris octauo.* Editionis hujus raritatem magnopere extollit Cl. Gemeiner loc. cit. quam inde etiam repetit, quod Du Pinio, dum anno 1728. Gerſonis opera Hagæ comitum ederet, fuerit incognita. Exſtat tamen hæc eadem editio in Bibliotheca commendæ Ord. Melitenſis Argentorati deſcripta a Weislingero in Armamentario Cathol. pag. 486. ſeqq. quod Cl. Gemeiner non animadvertit.

## XL. *Cõfeſſionale domini Anthonini archiepiſcopi Florentini.* Argentinæ per Martinum Flach 1488. in 4.

Titulus recitatus gothico charactere majuſculo impreſſus legitur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo *Incipit ſũmula cõfeſſionis vtiliſſima*: &c. Charactere gothico in duabus columnis firmæ chartæ impreſſa. Foliorum numeros romanos inde a folio ſecundo, quod dicitur *Folium I.* in ſuperiori margine primæ cujusvis paginæ, inſcriptiones in averſæ paginæ margine ſuperiori, e. g. *Prima pars libri I.* ſignaturas, & initiales literas parvas ipſe typographus adjecit, cuſtodes vero deſunt. In columna quarta folii CXLI. *Explicit libellus de reſtitutionibus fratris Antonini archiepiſcopi florentini in quo diffuſe tractatur de hac materia.* Eſt iſte libellus Summulæ confeſſionis, tanquam pars, ſeu liber ejusdem tertius inde a pag. C, columna quarta adnexus. Poſt hunc libellum ſequitur tabula, ſeu index ſingulorum ordine capitum foliis quinque, numeratis, comprehenſus. Poſt medium tertiæ columnæ folii quinti hæc leguntur ſubſcripta: *Utiliſſima ↄfeſſiõis ſummula a reuerendiſſimo ꝛ chriſto patre ac dño: dño Antonino Archiepõ Florentino edita: Argentine impreſſa ꝑ Martinum flach. Anno domini. M. cccclxxxviij. finit feliciter.*

## XLI. *Cõputus manualis magr̃i aniani. metricus cũ ↄmẽto Et algoriſmo.* Argentinæ per Johannem Pryſs. 1488. in 4.

Titulus recitatus in prima primi folii pagina legitur charactere gothico majuſculo impreſſus. In averſa folii quarti pagina operis argumentum his verſibus indicatur:

*Quattuor in partes op⁹ hoc diſtin*
*guere debes. Dat ciclum prima ſo*
*lis. luneqꝫ ſecunda Tertia dat feſta*
*diſtinguit tempora quarta.*

Textus metricus gothico charactere magno, commentaria proſaica multo minori impreſſa ſunt. Foliorum numeros, e. g. *Folium V.* inſcriptiones in averſa cujusvis pagina, e. g. *Prima pars — Quarta pars*, ſignaturas & initiales literas typographus adjecit: cuſtodes vero deſunt. Circa finem primæ paginæ folii XLIIII. legitur:

*Impreſſum Argñ. per Johãmem* (ſic) *pryſs,*
*Anno domini.* 1488. 18. *kalſ'. decembris.*

Folio XLV. *Incipit textus algoriſmi*, qui ſine ſubſcriptione terminatur in averſa pagina folii LIV. non numerati. Folio, pariter non numerato, LV. brevia operis argumenta continentur.

XLII. *Marci. Ualerij Martialis Xenia.* ſeu Epigrammatum Liber XIII. Accedunt ejusdem Apophoreta, ſeu Epigrammatum Liber XIV. Lipſiæ per Mauritium Brandis 1488. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ paginœ charactere gothico majuſculo impreſſa. Mox ipſa incipiunt Xenia charactere gothico admodum luculento chartæ albæ & firmæ impreſſa. In averſa pagina folii ſexti quaternionis b

*Marci Ualery Martialis*
*Apophoreta*

ſc. incipiunt: terminantur vero in averſa pagina folii quinti ternionis e, linea 8. Tum vero *Johannes Cubitenſis Ad lectorem* diſticha ſc. incipiunt, facta in laudem hujus operis, atque ipſius editionis. Circa finem primæ paginæ folii ſequentis legitur:

*Impreſſum lipcʒgk arte & diligentia*
*Mauricij brãdiſſ Anno dñi ꝛc lxxxviii⁰*
*vigeſima octaua die mẽſis Nouembris.*

In averſa pagina ejusdem folii gothico charactere maximo legitur: *Marci Ualerij Martialis Hiſpani Xenia & Apophoreta.* Præter hæc nihil aliud legitur. Leich in erudito opere de *Origine & Incrementis typographiæ Lipſienſis* de hoc opere, Lipſiæ impreſſo, nihil habet. Nec apud alios Bibliographos de eo quidquam memini me legiſſe.

XLIII. *Priami Capotij Siculi lilibite fridericeidos liber Incipit.* Lipſiæ per Mauritium Brandiſs 1488. in 4.

Hæc verba gothico charaƈtere magno impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Repetuntur eadem in fronte folii ſecundi, ubi ipſum mox incipit carmen hexametrum, in laudem Friderici Saxoniæ ducis ob viƈtum Adolphum Imperatorem, & ſuevicum exercitum e ſua ditione profligatum. Auƈtorem, dum carmen hoc ſcriberet, in Academia Lipſienſi ſtudiorum cauſa commoratum fuiſſe, haud vana eſt Freytagii in *Apparat. Literar.* Tom. I. pag. 20. conjeƈtura. Idem Juris utriusque Doƈtor, & regii fiſci patronus in patria faƈtus anno 1517. exorto plebis tumultu interfeƈtus eſt. Carmen ejusdem aliud in laudem Friderici I. bellicoſi, Friderici II. placidi, ejusque filiorum Alberti & Erneſti Freytagius ibid. pag. 18 ſeqq. recenſuit. Quod præſens attinet opus, eſt hoc quidem charaƈtere gothico ſatis luculento, & firmiſſimæ, ſed minus albæ chartæ impreſſum. Paginæ, quotquot numeravi, non niſi quindecim lineas, ſeu verſus compleƈtuntur. Signaturæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones foliorum, nec non initialis litera in fronte operis deeſt. Conſtat tribus tantum quaternionibus & ad calcem primæ paginæ folii oƈtavi quaternionis tertii hæc habet ſubſcripta:

*Priami. Capotij. Siculi Lilybite Fri*
*dericeidos Liber Explicit Feliciter.*
*Impreſſum lipczgk p Mauritiū bran*
*diſ. Anno dñi ꝛc lxxxviii° vigeſima pri*
*ma die menſis Nouembris.*

Fallitur revera Maittaire Tom. I. 503. ubi pro *Mauritius Brandiſs*, reponit *Marcus Brandt.*

XLIV. *Opuſculum de componendis verſibus hexametro & pētametro. & de quibuſdam Lyricis carminibus q̄ maiori in vſu habentur q̄m cetera editum a Johanne Maio Romphiltenſi viro clariſſimo.* Lipſiæ 1488. in 4.

Titulus recitatus charaƈtere gothico majori impreſſus legitur in prima primi folii pagina. In fronte folii ſecundi *Johānes Maius Romhiltenſis* (ſic) *fratri ſuo Sebaſtiano Salutem dicit.* In hac epiſtola de poetices laudibus & utilitate auƈtor diſſerit, & præſentis opuſculi uſum atque œconomiam exponit. Folio tertio opuſculum incipit charaƈtere gothico minutiori impreſſum. Deſunt initiales literæ, cuſtodes, ſignaturæ, foliorum numeri & inſcriptiones. Ad calcem primæ paginæ folii 32 eſt *Finis opuſculi de compoſitione carminum.* In averſa pagina folii ejusdem *Eneas Siluius poeta S. d. magnifico & pſtātiſſimo dño Gaſpari Slick Imperiali cancellario apprime merito.* Hanc epiſtolam in eadem pagina excipit *Carmen Enee* ad eundem, terminatum in prima pagina folii 34, linea

nea 2. Mox *Johãnes Cubitẽſis artiũ mgr̄ germano ſuo Wencʒeſlao Salutẽ dicit.* Ex epiſtola hac diſcimus, Johannem Cubitenſem opuſculum hoc typis imprimendum curaſſe, quod quidem (verba ſunt ipſius Johannis) *Johãnes Maius Romphiltenſis artiũ magiſter. vir ſingulari ingenio predit? omniq3 doctrina ornatus. & p̄ceptor meus amantiſſim? cui me ſemp̄ plurimũ debere ſatebor| dum eſſ3 in florentiſſimo ſtudio & gymnaſio lipſẽſi| fratri ſuo accurate & luculenter ediderat.* Hoc igitur & ipſe ſuo fratri Sebaſtiano, nunc diligentiſſime una cum carmine Eneæ Sylvii, *in quo nil aliud q̃3 laus virtutũ & effulminatio vitiorũ continet*. transmittit, & commendat. Hæc epiſtola ſcripta eſt *Ex lipcʒk. Anno ſalutis nr̄e* 1.ℵ.8.8. *Die vero decima octaua menſis Auguſti.* Vix igitur, puto, dubitari poteſt, quin hoc opuſculum eodem anno Lipſiæ typis impreſſum fuerit. Hujus quoque opuſculi nullam fecit mentionem Leichius *de Origin. & Increm. Typograph. Lipſ.*

XLV. *Flores Albumaſaris.* Auguſtæ Vindel. per Erhardum Ratdolt 1488. in 4.

Sub titulo *Flores Almanſoris* venit opus aſtronomicum de magnis conjunctionibus, & annorum revolutionibus, cujus auctor Albumaſar, ſeu rectius Abu Maiſar, Arabs, nono ſæculo floruiſſe perhibetur. Impreſſum eſt charactere gothico minuto. Figuras aſtronomicas ligno inciſas & paſſim occurrentes, initiales literas magnas florentes, ac ſignaturas typographus adjecit. Deſunt cuſtodes, foliorum numeri, & inſcriptiones. Totum opuſculum tribus conſtat plagularum faſciculis. Duo priores a & b. quaterni, tertius duernus eſt. In averſa pagina folii tertii duernionis iſtius *Opus florũ Albumaſoris explicit feliciter. Erhardi ratdolt Auguſtenſis viri ſolertis eximia induſtria: ꝛ mira imprimendi arte: qua nup̄ venetiis: nũc Auguſte vindelico4 excellit nominatiſſim? xiiij. kal'. Decẽbris. M. cccc. lxxxviij.* Folium quartum vacuum eſt.

XLVI. *Repetiones Lanfranci* (hæc tantum leguntur gothico charactere majuſculo impreſſa in prima primi folii pagina) ſeu uberior expoſitio quorundam titulorum Juris ciuilis. Auctore Lanfranco de Oriano (alias etiam de Ariadno) J. U. Doctore, & Profeſſore Patavino hoc eodem anno 1488. defuncto. Coloniæ per Joh. Kœlhoff de Lubeck 1488. in Fol.

Folio ſecundo *Incipit tabula* (materiarum) *alphabetica — collecta per venerabilẽ vi4 mgrm Johãnẽ Uankel, artium liberaliũ mgrm. humani diuiniq3 iuris interpretem in alma vniuerſitate Colonienſi in iure canonico ordinariũ bene meritũ.* quæ in columna tertia ſexti folii terminatur. In prima ſeptimi folii pagina Repeti-

petitionum tituli leguntur: folio autem octavo *Incipit ſolēnis repetitio — ſr. c. qm ꝛ falſā* quae, ut repetitiones ſequentes, charactere gothico in duabus columnis firmiſſimae chartae impreſſa eſt. Paginarum inſcriptiones, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, & initiales literae. In columna quarta folii ſeptimi quaternionis x, *Repetitiones aliquot egregii Lāfranci iuris utriuſq3 doctoris celeberrimi impreſſe diligēter per me Johannem koelhoff de Lubeck Colonie ciuē Anno gre. M. cccc. lxxxviij. finiunt feliciter.* Praeter haec nihil amplius legitur adjectum.

XLVII. *Caſus longi ſexti & clementinarum* collecti ab Elia Regnier, & anno 1488, ut videtur, impreſſi. in Fol.

Titulus in prima primi folii pagina charactere magno gothico impreſſus legitur. Folio ſecundo *Incipiunt caſus longi ſuper ſextū* &c. charactere gothico in duabus columnis impreſſi. Paginarum inſcriptiones, ſignaturas, & plerumque literas initiales parvas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes & foliorum numeri. Ad calcem ſecundae columnae folii octavi quaternionis ꝛ. *Expliciti ſunt caſus clementina4 a dño helya Regnier climatiſſime collecti Anno domini. MCCCC. lxxxviii.* Pro certo adfirmare non auſim, anno eodem hos caſus fuiſſe impreſſos. Videntur vero typi iidem, quibus circa idem tempus Argentorati plurima opera, ſine typographi nomine, impreſſa ſunt.

XLVIII. *Arithmetica boetii.* Haec tantum leguntur in prima primi folii pagina: in fronte autem columnae primae folii ſecundi *Incipiunt duo libri de Arithmetica anitij manilij* (ſic) *ſeuerini Boetij viri clariſſimi ꝛ illuſtriſſimi ex cōſulis:* (ſic) *ordinarij: patricij: ad patricium ſimmachum.* Auguſtae Vind. per Erhardum Ratdolt 1488. in 4.

Duo hi libri charactere gothico pereleganti in duabus columnis chartae praeſtantiſſimae impreſſi ſunt. Initiales literas magnas florentes, & ſignaturas ab a-f. typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, & inſcriptiones. Initio ſtatim columnae ſecundae folii octavi quaternionis f. *Finit arithmetica Boetij bene reuiſa ac fideli ſtudio emendata Impreſſa per Erhardū ratdolt uiri ſolertiſſimi eximia īduſtria ꝛ mira imprimēdi arte: qua nup venetijs nūc auguſte excellet nominatiſſimus. Anno dñi. M. cccc. lxxxviij. Menſis maij die vigeſima.* — Accedit regiſtrum *a b c d e f omnes quaterni* & nihil amplius. Male a non nullis bibliographis opus hoc primum eſſe habitum, quod Erhardus Ratdolt Venetiis in patriam reverſus impreſſerit, jam notarunt Cl. Gemeiner in Nachrichten von der Regensburg. Bibliotheck &c. pag. 163. & 172. & Illuſtris Za-

Zapſius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 80. Plures enim exſtant libri ab eodem jam Anno 1487. Auguſtæ impreſſi.

XLIX. *Sphæra Mundi Cōpendiū Foeliciter Inchoat* (hæc in fronte folii ſecundi leguntur; quibus, rubro impreſſa colore ſubjecta ſunt ſequentia) *Nouiciis adoleſcentibus: ad aſtronomicā remp. capeſſendā aditum impetrātibus: pro rectoq3 tramite a uulgari ueſtigio ſemoto: Johānis de ſacro buſto ſphaericū opuſculū una cū additionib' nōnullis littera A ſparſim ubi inſertae ſint ſignatis Contraq3 cremonenſia in planetarꝝ Theoricas delyramenta Johānis de mōte regio diſputatiōes tā acuratiſſ. q3 utiliſſ. Nec nō Georgii purbachii ī eorūdē mot' planetarꝝ acuratiſſ. theoricæ: dicatum opus: utili ſerie contextum fauſto ſidere inchoat* Impreſſit Venetiis Joh. Lucilius Santritter 1488. in 4.

Averſa primi folii pagina imagines ligno inciſas Vraniæ, Aſtronomiæ, & Ptolemei exhibet. Litteris opus impreſſum eſt romanis non inelegantibus, & chartæ firmiſſimæ. Initiales litteras magnas ligno inciſas, & ſignaturas A — G. typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, & inſcriptiones. In prima pagina folii ſexti ternionis G. primum quidem leguntur:

*Carminu* (ſic pro carmina) *in impreſſorꝝ hui' opuſculi laudem*
*Vranie quantū quantū debere fatetur*
*Cuncta Canopeo: cognitaq3 aſtra uiro*
*Santriter helbronna lucili ex urbe Johannes*
*Schemata ſic debent ipſa reperta tibi.*
*Naec minus haec tibi de ſanctis hieronyme debent*
*Quam ſocio: nanq3 hic inuenit: ipſe ſecas.*

His ſubjecta ſunt ſequentia: *Hoc quoq3 ſideralis ſcientiæ ſingulare opuſculum mirifica illæ* (ſic) *arte nuper ingenio germanico in lucē prodita impreſſione uidelicet Prididie* (ſic) *calen. Aprilis. Anno Salutis: M. cccc. lxxxviii. Completū eſt. Venetiis.*

AN-

# ANNO 1489.

I. *In hoc volumine habes ſummulam Nicolai de orbellis una cum textu Petri hiſpani: deinde paſſus Frãciſci mayronis: & tria principia Antonij antree & formalitates Boneti & Scoti: nec non fallacias ſancti Thome ac tractatum de ente & eſſentia. et impreſſum uenetiis per Bernardinum de choris de Cremona & Simonẽ de Luero. Die 7° menſis nouẽbris.* 1489. in Fol. min.

Verba, quæ recitavi tituli loco, leguntur ſubſcripta in fine voluminis, quod gothico charactere in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum eſt. Habet initiales litteras parvas, paginarum inſcriptiones, & ſignaturas caret vero cuſtodibus & paginarum numeris.

II. *De laniis & phitonicis mulieribus Teutonice vnholden vel hexen.* Tractatus ad Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ per modum Colloquii inter eundem Sigiſmundum Conradum Schatz, urbis Conſtantienſis Prætorem, & auctorem operis Ulricum Molitoris Conſtantienſem, Decretorum Doctorem Papienſem, & in curia Conſtantienſi cauſarum Patronum. Anno 1489. in 4.

Quæ tituli loco recitavi, verba leguntur in prima primi folii pagina. Averſa ejusdem pagina imaginem exhibet ligno inciſam, qua vir gravis repræſentatur ſedens & virgam ſeu baculum manu utraque tenens adſtantibus duobus adoleſcentibus, quorum alter librum apertum manibus tenet. Folio ſecundo *Tractatus ad. illuſtriſſimum principem dñm Sigiſmundũ* &c. incipit, gothico charactere impreſſus, & variis figuris ligno inciſis, ſagarum prætenſas artes repræſentantibus, deturpatus potius, quam ornatus. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum, nec non initialis littera Epiſtolæ auctoris ad Sigiſmundum. In fine brevis legitur auctoris Epilogus ad eundem, ſcriptus *Ex Conſtañ. anno dñi. m. cccc. lxxxix. die decima ianuarij.* cum ſubſcriptione

*Tuo* (ſic) *celſitudinis. humilis cõſiliari⁹ & ſeruulus*
*Ulricus molitoris de conſtãtia decreto4 doctor ꝛc*

Videtur mihi tractatus iſte eodem anno typis fuiſſe excuſus, quo ſcriptus eſt iſte prologus. De typographo autem, & loco impreſſionis nihil auſim affirmare.

III.

III. Stephani Coſtæ J. U. D. & in Papienſi Acad. Profeſſoris Tractatus de conſanguinitate & affinitate. Per Martinum de Lavalle de Monteferrato 1489. in Fol. magn.

Tractatus iſte gothico charactere magno & luculento in duabus columnis magnæ & nitidæ chartæ eſt impreſſus. Habet ſignaturas & literas initiales parvas: caret vero cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. In prima folii decimi, ejusque ultimi pagina hæc leguntur: *Explicit elegans tractatus de conſanguinitate ⁊ affinitate editus p̲ ſubtiliſſimum iuris utriusq3 doctore3 dñ3 Stephanu3 coſtam in ſtudio papienſi legente3. Impreſſum papie per Martinu3 de lavalle de mōteferrato. Anno domini. M. cccc.* lxxxviiij. *die iij. menſis auguſti.* Averſa pagina folii ejusdem exhibet arborem adfinitatis. Arborem conſanguinitatis in folii quinti averſa pagina videre eſt.

IV. Mammotrectus. Norimbergæ per Georgium Stuchs 1489. in 4.

De opere ipſo, & ejus auctore ſcitu neceſſaria dixi Faſc. I. pag. 113. Editio præſens nullum habet titulum, ſed primum folium omnino eſt vacuum. In fronte autem primæ columnæ folii ſignati *a 2 Prologus autoris in mamotrectum* ſc. incipit. Tam hic prologus, quam opus ipſum gothico charactere admodum minuto impreſſum eſt. Signaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Cantica — Ezechiel — Marcus* ipſe typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, initiales literæ, & foliorum numeri. In columna quarta folii noni quinternionis ʒ ſubſcripta leguntur ſequentia: *Actum hoc opus Nuremberge Anno domini. M.* cccclxxxix. *nonas kalendas Februarij per inclytum virū Georgium ſtuchs de Sulczbach Feliciter terminatur.* Folio decimo ejusdem quinternionis *Incipit tabula librorū ⁊ aliorum quo4 expoſitiones ⁊ correctiones vocabulo4 in p̄ſenti libro continentur*, quæ in columna quarta ejusdem folii circa medium terminatur. Accedunt tres plagularum faſciculi, ſignati aa. bb. & cc. His continetur, quæ in prima folii aa 2 columna *Incipit tabula principaliū vocabulorum in Mamotrectum ſm ordinem alphabeti.* Hi faſciculi ſunt quaterni: Tabula autem terminatur in columna ſecunda folii ſeptimi quaternionis cc, ubi hæc tantum ſubſcripta leguntur:

*Explicit tabula.*
*Laus deo.*

V.

V. *Tractatus de ludo lectus per clariſſimum iuris vtriuſq3 doctorem dominum Stephanum coſtã legẽtem iura canonica in felici gimnaſio papienſi.* Papie per Martinum de Lavalle 1489. in Fol. magn.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ primi folii columnæ, impreſſa iisdem litteris, gothicis nimirum paulo minoribus, quibus ipſe textus in duabus columnis impreſſus eſt. Signaturas typographus adjecit. Initialis littera in fronte operis aut deeſt, aut a miniatore coloribus obducta eſt. Paginarum numeri & inſcriptiones, nec non cuſtodes deſunt. In ſecunda columna folii 11. quod eſt ultimum, primo verſus leguntur in laudem auctoris, tum vero ſequens ſubſcriptio: *Explicit ellegans* (ſic) *tractatus de ludo compoſitus per ſubtiliſſimum iuris vtriuſq3 doctorem dominum Stephanu3 coſtam in ſtudio papienſi legentem. Impreſſum Papie per Martinum de lavalle de monteferrato. Anno dñi. M. cccclxxxviiij. die .xx. menſis auguſti.*

VI. *Introductorium in aſtronomia3 Albumaſaris abalachi octo continens libros partiales.* Auguſt. Vind. per Erhardum Ratdolt 1489. in 4.

Quæ tituli loco recitavi, leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo opus incipit, impreſſum gothico charactere paulo minori, ſed pereleganti, firmæ & præſtanti chartæ. Initiales litteras magnas florentes, & ſignaturas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Figuræ aſtrorum ſunt ſatis eleganter ligno inciſæ. In fine hæc habes ſubſcripta: *Opus introductorij in aſtronomiã albumazaris abalachi explicit feliciter Erhardi ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc auguſte vindelic4 excellit nõiatiſſimus.* 7. *Idus Februarij.* 1489.

VII. *Albumaſar de magnis coniunctionibus: annorum reuolutionibus: ac eorum profectionibus: octo continens tractatus.* Aug. Vind. per Erhardum Ratdolt 1489. in 4.

Externa hujus operis facies eadem eſt cum præcedenti. Verba autem, tituli loco recitata, leguntur in prima primi folii pagina, gothicis litteris majuſculis impreſſa. In fine typographus ſequentia adnotavit: *Opus albumazaris de magnis cõiunctionib9 explicit feliciter: magiſtri iohannis angeli viri peritiſſimi diligẽti correctione: Erhardiq3 ratdolt viri ſolertis eximia induſtria: ꝛ mira imprimendi arte: qua nuꝑ venetiis: nunc auguſte uindelic4 excellit nõiatiſſim9 pridie kal. Aprilis.* 1489. De Johanne Angelo conf. dicta ad ann. 1488. N. XXIX.

VIII. *Sermones ſancti Uincentii fratris ordinis predicatorū De ſanctis.* Argentinæ 1489. in Fol. min.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina, gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo incipit tabula ſeu index materiarum alphabeticus, quinque foliis comprehenſus, & in duabus columnis gothico charactere, quo ipſum opus, impreſſus chartæ firmiſſimæ, ſed minus albæ ac politæ. Folio ſeptimo ipſi incipiunt ſermones. Et horum quidem initiales litteræ plerumque deſunt, quemadmodum cuſtodes, & numeri paginarum. Signaturas typographus adjecit, uti etiam inſcriptiones paginarum in margine ſuperiori, e. g. *De ſancto philippo & iacobo apoſtolis Sermo.* In fine ſequens legitur notitia: *Diuini verbi interpretis & p̄dicator⸗ immarceſſibilis ſacreq3 theologie ꝯfeſſoris eximii ſancti Uincentii confeſſoris diui ordinis p̄dicato4 Sermones ſubtiliſſimi dꝫ ſanctis p toti⁹ anni circulū finiūt Impreſſi Argentine Anno dn̄i. M. cccc. lxxxix. Completi feria ſexta poſt feſtū annūciationis dn̄ice.*

IX. Pars I. ſpeculi Jurid. Guilielmi Duranti. Venetiis per Bernardinum de Tridino ann. 1489. in Fol.

Pars eſt editionis ad annum 1485. N. XLVII. recenſitæ.

X. *Quadrageſimale Diſcipuli*, ſeu Sermones Quadrageſimales Johannis Heroldt, Ord. Præd. Accedit Gerſonis Monoteſſaron, & Anonymi Sermo, ſeu Tractatus de Paſſione Domini, per Joh. Otmar Reutlingæ 1489. in Fol. min.

Verba *Quadrageſimale Diſcipuli* gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo incipit *Quadrageſimale diſcipuli. tot ꝯtinens ſermones quot dies q̄drageſima excepto ſabbato paſche* &c. &c. Impreſſum eſt firmiſſimæ, albæ tamen chartæ, in duabus columnis gothico charactere paulo minori Signaturas, paginarum inſcriptiones, & aliquoties etiam litteras initiales typographus adjecit. Cuſtodes paginarum numeri, & plerumque initiales litteræ deſunt. Sermones univerſim ſunt XLVII. quorum ultimus terminatur in prima pagina folii ſignati *l* 1, columna ſecunda, linea 35. Adjecta eſt ſubſcriptio ſequens: *Finit quadrageſimale diſcipuli.* De hoc diſcipulo conf. dicta ad annum 1483. N. VI. ubi ejuſdem Sermones de Sanctis, & de tempore recenſui. In eadem columna *Incipit monoteſſeron ſiue vnum ex q̄tuor magiſtri Johannis gerſonis Cancellarii piſienſi.* Eſt vero concordantia quatuor evangeliſtarum in enarranda Paſſionis Chriſti hiſtoria, quæ terminatur in averſa pagina, columna prima, linea 9. folii octavi quaternionis *l.* Folio primo ternionis *m Sermo notabilis de paſſione dominica declarans diffuſe doloris vehementiā. prius q̄dem*

*cū pleriſq; defectib⁹ negligētiſſime impreſſ⁹ Nunc vero cum' defectuū ſuppletiōe ex originali diligenter emendatus.* Porro hic ſermo, ſeu potius Tractatus, iisdem, quibus præcedentia, typis impreſſus terminatur in averſa pagina folii quarti ternionis *v*, columna prima, linea 32. Adjecta eſt in eadem columna ſequens ſubſcriptio: *Explicit ſermo hiſtorialis de ꝑpaſſione dñi multū notabilis. olim (falſo ſub titulo) falſiſſime ex mendoſo exēplari impreſſus Nunc vero ex primeuo originali accuratiſſime emendat⁹ & impſſus ꝑ magiſtrum iohannē otmar in Reutlingen Anno* 1489. *die* 19. *menſ februarij.* Accedunt duæ introductiones, ſeu brevia exordia ſermonum de Paſſione domini habendorum; quorum ſecundum terminatur in averſa pagina folii ternionis ejusdem, columna ſecunda, linea 18. Typographus hæc duo tantum ſubjecit vocabula: *Deo grās.* Editionem hanc excitavit etiam Maittaire Tom. I. pag. 511.

XI. *Clariſſimi artium & medicine doctoris magiſtri Dini de Florentia expoſitio ſuꝑ* 3ª *&* 4ª *fen Auicēne & ſuper parte quinte feliciter incipit.* Ferrariæ per Andream Gallicum 1489. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ primi folii impreſſi ſignati *a ij.* Tum opus ipſum incipit gothico charactere pereleganti in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſum, Initiales literas parvas, & ſignaturas typograpus ipſe adjecit. Deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Ad calcem columnæ ſecundæ folii ſexti ternionis ʒ legitur: *Explicit expoſitio clariſſimi doctoris mgrī Dyni de Florētia ſuper* 3ª *&* 4ª *ſen Auicē. & ſuꝑ ꝑte.* 5ª *Impreſſa Ferrarie ꝑ prouidū virū magiſtrum Andreā gallicū. Anno dñi.* 1489. *die.* 27. *menſis octobris.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum* (chartarum) *huius libri.*

XII. *Incipit compilatio emplaſtroꝝ & vnguētorum Magiſtri Dini florentini artiū & medicine doctoris excellentiſſimi. Et primo de percuſſiuis.* Ferrariæ 1489. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte primæ columnæ folii primi ſignati A. Operis externa forma prorſus eadem eſt cum præcedenti. Poſt medium columnæ ſecundæ folii octavi quaternionis B. legitur: *Expliciunt vnguenta Dini Florentini artiu; & medicine doctoris famoſiſſimi ad laudem dei omnipotentis Impreſſa Ferrarie ꝑ prouidū virum magiſtꝝ Andre-a; gallum. Anno domini* 1489. *die* 28. *Menſis octobris.* In eadem columna leguntur inſuper ſequentia:

*Collige triticibus medicīe pōdera ḡnis*
*Grana quat̄ qnq;. ſcropulū cppōdere ſūe.*

 *In*

*In ſcropulis trib⁹ ſurgit .3. mľtiplicatis.*
*Sí ſolidū queris tres .3. dimidiabis.*
*Exagiū. ſolidū. diſtāt in noīe ſolo.*
*Ex octo fieri dinoſcitur uncia drāgmis.* (ſic)
*Bis ſex ūcie cōputant pro pondere libre.*
*Quotiſta ſextario. diſtāt in nōie ſolo.*
*Si queris pōdus quod hēt ſextari⁹ unus*
*Libraꝝ quinq3 pōdus debes dimidiare.*
*Regiſtrum. A. B. ſunt quaterni.*

XIII. *Geſta rhomanorum cū applicationib⁹ moraliſatis ac miſticis.* 1489. in Fol. min.

Titulus modo recitatus gothico charactere majuſculo impreſſus legitur in prima pagina. Ex eodem operis argumentum quodammodo diſci poteſt. Eſt nempe collectio variarum hiſtoriarum, quæ plurimis fabulis inquinatæ ſunt, & formandis moribus perſæpe quam ineptiſſime adplicantur. Geſta Romanorum operi titulus forte eſt inditus, quod exempla ex Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus magna ex parte deprompta ſint. Conſtat clxxxi (181) capitulis, quorum ſingula duabus conſtant partibus. Primo enim narratur hiſtoria, vel fabula, tum vero accedit *Moraliſatio* auctoris, qui quidem incertus eſt. De eo, uti etiam de operis ipſius variis editionibus, & verſionibus plura ſcitu digna & jucunda in compendio habet Cl. Gemeiner in Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliotheck befindlichen Büchern &c. pag. 185. ſeqq. Quod præſentem attinet editionem, operi ipſi duplex præmiſſa eſt tabula, ſeu index, primus quidem ſingulorum ordine capitum, ſecundus vero materiarum alphabeticus, qui ambo ſimul ſeptem implent folia, ſuntque gothico charactere in duabus columnis impreſſi, ut ipſum opus, quod folio nono demum incipit. Signaturas, foliorum numeros, e. g. *Folium Primum* (revera nonum) *Folium XIX.* & plerumque initiales literas parvas typographus adjecit. Ad calcem columnæ ſecundæ folii XCIII. ſequens ſubſcriptio legitur: *Ex geſtis romanoꝝ cum plurib⁹ applicatis de ꝟtutib⁹ & vicijs myſtice ad intellectū tranſſūptis recollectorij finis. Anno noſtre ſalutiſ. M. ccccłxxxix. In die ſancti Sixti pape ⁊ martyris.* Locus impreſſionis haud quidem eſt expreſſus. Attamen nullus dubito quin typis argentinenſibus excuſa ſit hæc editio. Typis enim, & chartæ iisdem impreſſa eſt cum opere immediate ſequenti.

XIV. *Hyſtoria Troiana Guidonis* (de Columna Judicis Meſſanenſis) Argentinæ 1489. in Fol. min.

Verba, *Hyſtoria Troiana Guidonis* tantum leguntur in prima primi folii pagina, gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo ſignato a

*Inci-*

*Incipit prologus* &c. gothico charactere in duabus columnis, ut opus ipſum, impreſſus, & in columna tertia folii ejusdem linea 23. terminatus. Mox *Incipit liber primus de Peleo rege theſalie* (ſic) *inducente Jaſonem vt ſe cōferat ad aureū vellus habendū.* Signaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Deſtructio prime Troie — Reſtitutio Helene*, typographus adjecit: deſunt vero foliorum numeri, custodes, & literæ initiales. In averſa pagina folii ſexti quaternionis o columna ſecunda hiſtoria terminatur. Accedunt vero Epitaphia Hectoris, & Achillis, nec non deploratio Troiæ, quæ his eſt verſibus expreſſa:

*Ue tibi Troia peris jam non mihi troia videris*
*Jamjam bobus eris paſcua luſtra feris.*
*Cauſa rei talis meretrix fuit exitialiſ.*
*Femina fatalis femina feta malis.*

His adjecta eſt ſubſcriptio: *Hiſtoria deſtructionis troie cōpoſita p iudicem Guidonem de Columna. Meſſanen̄. finit feliciter In ciuitate Argētina impſſa nouiſſime Anno dn̄i M. cccclxxxix. circa feſtū ſancti vrbani.* Accedit auctoris de origine hujus operis narratio, ex qua diſcimus, eum hiſtoriam ſuam totam ex Dycte Cretenſi (qui dicitur) hauſiſſe, & primum ejus librum ad inſtantiam Matthæi de Porta Salernitani Archiepiſcopi dudum ante, quam integrum opus abſolviſſet, compoſuiſſe. Ad calcem narrationis demum legitur: *Factum eſt pſens opus a iudice Guidone d' meſſana Anno dn̄ice incarnationis Milleſimo ducēteſimo octuageſimo ſeptimo eiuſdem pme indictionis.* In averſa pagina ejusdem folii incipit tabula ſeu index ſingulorum ordine capitum, in prima columna folii ſequentis terminatus. Eandem editionem recenſuit Freytag in Analectis Liter. pag. 306. qui & alias ejusdem excitavit editiones.

## XV. *Tractatus de decimis.* Memmingæ impreſſus per Albertum de Duderſtat. 1489.

Verba, *Tractatus de decimis*, gothico charactere majuſculo impreſſa tantum leguntur in prima primi folii pagina: in averſa autem ejusdem *Incipit Capitulū de Retentione decimarū vbi agit' quomodo ꝛ ſi excuſantur non dantes decimas.* Impreſſum eſt gothico charactere admodum minuto, & gracili, & ſex tantum foliis conſtat. Ad calcem primæ paginæ ſexti folii ſubſcriptio ſequens legitur: *Capitulum de retentione decimaꝝ vbi agitur quomodo ꝛ ſi excuſantur non dantes decimas, Impreſſus ac finitus Memming| p Albertum Kūne de Duderſtat. Anno dn̄i.* 1489.

XVI. *Alphabetum diuini amoris de eleuatione mentis in deum.* Memmingæ per Albertum Kunne de Duderſtat 1489. in 4.

Titulus modo recitatus tantum legitur in prima primi folii pagina. Opúſculi auctorem non eſſe Gerſonem, cui in plerisque Sæculi XV. editionibus adſcribitur, jam monui Faſcicul. I. pag. 111. ad N. XI. Qui præſentem curavit editionem, anonymus, in præfatiuncula, quæ legitur in averſa primi folii pagina, auctori id ſuo vindicavit ſequentibus verbis: *tRactatus ille* (pro *iſte*) *pretitulatur Alphabetum amoriſ diuini, quem bonorum aſſertione uiroruȝ. edidit auctor tractatus diuiniſſimi de ymitatione criſti. Uocatus dominus Thomas prepoſitus ꝛ prelatus canonicorum regularium in Kocȝen| qđ q̃dem deificum alphabetum, digito dei procul dubio cauſaliter dictatū vir ille admirabilis ꝛ ſeraphicus. toto vite ſue tempore, ob ſingularis humilitatis inſigne| conatu multo abſcondit ꝛ occultauit ac primum poſt vite ſue felicem exitū ſub capitali lecti ſui in lucē reptum prodire ſiuit.* Folio ſecundo

*Incipit Alphabetum diuini amoris*
*de Eleuatione mentis in deum.*

gothico charactere pereleganti, & nitidæ chartæ impreſſum. Deſunt cuſtodes, numeri, & inſcriptiones foliorum: literas vero initiales parvas, & ſignaturas typographus adjecit. Conſtat tantum opuſculum tribus quaternionibus. In averſa pagina ſeptimi folii quaternionis c ſequentia leguntur ſubſcripta: *Explicit Alphabetum diuini Amoris, de Eleuatōne mentis in deum. Uenerabilis patris ꝛ dñi dñi Thome p̃poſiti Canonicoꝝ regulariū in Kotȝen ordinis ſcti Auguſtini. Impſſus ac finitꝰ Mēmingꝰ p Albertū đ Duderſtat Anno domini* 1489.

XVII. *Uerſor ſuper donato.* Hæc in prima primi folii pagina, in fronte autem folii ſecundi ſequentia leguntur: *Johannis verſoris octo partium orationis explanatio accomodatiſſima.* Lipſiæ per Conradum Kacheloven 1489. in 4.

Opus hoc gothico charactere, præſtanti chartæ impreſſum eſt. Caret initialibus literis maiorum ſectionum, cuſtodibus, numeris, & inſcriptionibus paginarum. Habet vero ſignaturas A—H. In averſa pagina folii octavi quaternionis H ſequentia leguntur ſubſcripta: *Octo partium oronis reſolutio lucuſētiſſime p magiſtꝝ Johannē verſoris edite: liptȝkꝗ* (ſic) *ab anno dñi M. cccc. lxxxix. per conradū Kachelouen impreſſa foeliciter finit.* De Johanne verſore in præcedentibus ſæpius jam facta eſt mentio. Hoc opuſculum Leichio fuit incognitum.

XVIII. *Uocabularius rex* Wenceslai Brack. Argentinæ per Joh. Pruſs. 1489. in 4.

Hujus operis tres editiones jam recenſui. Conf. ad ann. 1483. N. I. ad ann. 1487. NN. XXVI. & XXX. ubi de ejus œconomia & auctore ſcitu neceſſaria lector inveniet. Præſens editio in prima primi folii pagina non niſi verba *Vocabularius rex*, gothico charactere majuſculo impreſſa exhibet. Folio ſecundo poſt auctoris præfationem ad Scolipetas ſuos ipſum vocabularium latino-Theodiſcum incipit, gothico charactere chartæ minus albæ impreſſum. Inde a folio tertio typographus foliorum numeros in ſuperiori margine primæ cujusvis paginæ notavit, e. g. *Folium III.* — *Folium XXV.* Idem chartas ſignavit literis A — H. In averſa pagina folii ſexti quaternionis H ſequentia leguntur ſubſcripta:

*Impreſſum Argn̄. per Johannem Pruſs*
*Anno dn̄i.* 1489. *In vigilia Epiphanie dn̄i.*

Folio ſequenti *Incipit tabula vocabularij*, ſeu articulorum, in quos auctor vocabularium ſuum diviſit. Hæc quoque editio Cl. Panzerum in Annalen der ältern deutſchen Litteratur prorſus latuit.

XIX. *Lauacrum conſcientie* (hæc in prima primi folii pagina: in fronte autem ſecundi folii ſequentia leguntur) *Incipit lauacrum conſcientie omnium ſacerdotum.* Aug. per Anton. Sorg. 1489. in 4.

Opuſculum iſtud gothico charactere chartæ firmiſſimæ, ſed minus politæ impreſſum, & in viginti capitula diviſum a quodam religioſi cujusdam ordinis alumno compoſitum eſt, ut ex præfatione patet. Si fabulas, & ſubleſtæ fidei hiſtorias dempſeris, ne hodie quidem indignus eſt libellus, qui legatur, præcipue a ſacerdotibus, quorum mores ad honeſtatis ſtatui clericali competentis normam formare auctor intendit. Typographus in prima cujusvis folii pagina folii numerum, e. g. *Folium xiij.* & in averſa pagina Capitulum, e. g. *Capitulum Sextum*, vel *Capitulum xij.* gothico charactere majuſculo indicavit. Idem chartas ſignavit literis a — m, nec non initiales literas parvas adjecit, quæ tamen inde a folio lxxxii. rarius in præcedentibus deſunt. Per hoc ſatis diſtinquitur præſens editio ab altera, quam idem typographus anno 1492. eadem forma, iisdemque, ut videntur, typis curavit, a me ad ann. 1492. N. V. recenſendam. Hæc enim poſterior editio literas initiales magnas ligno inciſas, plerumque florentes, habet. Ceterum ambæ editiones quoad numerum foliorum conveniunt, plerumque etiam quoad numerum vocabulorum in eodem folio impreſſorum. Sed proferam non nulla exempla. Prima verba folii IX. in utraque editione ſunt: *ebdomadis duas vel tres:* poſtrema ejusdem folii in editione

anni

anni 1489: *ſtatus hominum*, in ed. ann. 1492. *ſtatus hominū* — Folium XX. edit. prioris incipit *obedire ſacerdotibus* — & terminatur *cōſecratiōe eukaris* in poſteriori vero: *tibus* (ultimis ſcilicet ſyllabis vocis ſacerdotibus) terminatur: *in cōſecratione eukariſtie in qua vob'.* Folium XL in utraque incipit: *re. Sed ſolam*, idemque terminatur: *ſuccederet. Die* Averſa pagina folii XCV (95) in editione priori: *Uideo inſup*: in poſteriori vero: *timeo. Uero inſup.* In eadem pagina ad calcem legitur in utraque editione:

*Oratio bona poſt miſſam.*

Et hæc quidem folium ſequens, haud tamen integrum occupat. Poſt lineam averſæ paginæ hujus folii vigeſimam tertiam legitur in utraque editione:

*Explicit lauacrum conſcientie.*

Accedunt utrinque duo folia non numerata, quæ brevia exhibent ſingulorum capitum argumenta. Demum ad calcem hujus indicis in præſenti quidem editione ſequentia leguntur ſubſcripta: *Impreſſum auguſte hoc opuſculum in impiali ciuitate auguſtenſi: per honeſtum uirum Anthonium Sorg. Anno ab incarnatione domini iheſu Chriſti. Mcccclxxxix.*

## XX. *Tractatus de horis Canonicis dicendis.* Auctore Joh. Moeſch. Auguſtæ Vind. per Ant. Sorg 1489. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo incipit auctoris *Prohemium*, idemque terminatur in averſa pagina folii tertii, linea 31. In eadem adhuc pagina opuſculum ipſum incipit, eodem, quo immediate præcedens charactere impreſſum, & in ſex articulos diſtinctum, quorum inſcriptiones in ſuperiori margine leguntur, e. g. *Articulus — Primus. Articulus — Sextus.* Deſunt cuſtodes, foliorum numeri, & initiales literæ. Cartas vero typographus literis A — H ſignavit. In prima pagina folii octavi quaternionis G opuſculum terminatur: in averſa autem pagina ejusdem folii auctoris legitur inſtructio de uſu ſequentis tabulæ ſeu indicis alphabetici materiarum, ad cujus calcem circa medium primæ paginæ folii quarti duernionis H ſequentia leguntur ſubſcripta: *Tractatus iſte de horis canonicis dicendis cōpendioſus per venerabilem uirum Johannem möſch Artium ꝛ ſacre theologie profeſſorem atq; eo tempore in eccia* (ſic) *maiori baſilieñ. predicatorem: pro clericis ad eaſdem horas agendas ſeu dicendas obligatos* (ſic) *comportatus ꝛ compoſitus & ibidem in loco capitulari lectorio deputato per eunde; coram clericis publice lectus. Impreſſus Auguſte per Anthonium ſorg Anno domini Mcccclxxxix. Sabato ante Martini epiſcopi.*

**XXI.** *Eſopus moraliſatus cum bono cōmento.* ſine nota loci & typographi impreſſus 1489. in 4.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. In averſa pagina ejusdem folii commentatoris legitur præfatiuncula, in qua adfirmat, fabulas iſtas primum ab Æſopo græce ſcriptas eſſe, poſtea vero *a romulo īpatore rōano ad inſtruēdū Tibariū* (ſic) *filiū ſuū in latinū veniſſe.* Sed de auctore harum fabularum variæ, & incertæ ſunt conjecturæ, quas in compendio recenſet, una cum hac earundem editione, Freytag in *Apparatu Litterar.* Tom. I. pag. 62 ſeqq. Igitur de præſenti potius editione, Maittairio, & Davidi Clement, & De Burio incognita, atque oppido rara dicemus. Textus metricus charactere gothico paulo maiori, notæ vero tam interlineares, quam quæ in marginibus leguntur, multo minori impreſſæ ſunt. En ſpecimen textus, & notarum interlinearium:

*delectet vtile ſit pñs liber*
*T (u T) iuuet & proſit conat' pagina pñs*
*maiorē faciūt vtilitatē vtilia iocoſis ſsmōib9*
*Dulcius arrident ſeria picta iocis*
*pñs liber generat dulcedinē fabulis*
*Ortul9 iſte profert fructum cū flore fauorē*
*i. fabula ſc. fructus ſc. flos ſplendet.*
*Flos & fructus emunt. hic ſapit. ille nitet.*

Deſunt hac in editione initiales literæ fabularum, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones foliorum. Totum opuſculum quinque conſtat plagularum faſciculis ſignatis A. B. C. D. E. Terni ſunt A. B. D. Quaternus eſt C: ſeptem foliis conſtat E. Et in prima quidem hujus pagina opus terminatur. In eadem typographus, mihi plane incognitus, ſequentem addidit ſubſcriptionem:

*Finit Eſopus fabulator preclariſſim9 cū ſuis moraliʒatiōib9 ad noſtri inſtructionē pulcerrime appoſitis. Impreſſus Anno ſalutis. M. cccc. lxxxix. decimo kalendas Auguſti.*

**XXII.** *Cornutus magiſtri Joannis de Garlandria.* Hagenoæ per Henricum Gran 1489. in 4.

Verba hæc leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. Folio ſecundo, quod inſcriptionem habet, *Folium primum,* incipit editoris ſeu commentatoris præfatio ſeu prologus. Partem huius operis, quod folio quarto (ſecundum inſcriptionem eſt *Folium Tercium*) incipit, longe minimam efficiunt auctoris carmina, ſeu ſententiæ morales, quarum ſingulæ

duobus hexametris conſtant: Commentaria vero fuſiſſima ſunt. Operi Titulus, *Cornutus*, ſecundum auctorem præfationis eſt inditus, *quia ſicut animalia duobus cornubus ſe defendunt. ſic autor iſte exprimit intentionem duobus verſibus.* Impreſſum eſt opus charactere gothico firmæ admodum chartæ. Foliorum numeros in ſuperiori margine utriusque paginæ typographus inde a folio ſecundo, quod *Folium primum* adpellatur, ubique adjecit, & paginas ſignavit literis A — H. In prima pagina folii octavi quaternionis H opus terminatur, & in eadem ſequens legitur ſubſcriptio: *Expoſitō diſticij noui nec nō antiqui Magiſtri Joannis de Garlādria cum ſententijs. Textuū ac lucida terminoruз declaratōe ex qз pluribus autoribus breuiter ꝛ plane collectis Impreſſa imperiali in oppido Hagenaw. per Heinricū Gran ciuē eiuſdeз opidi. Sub anno ſalutis Milleſimo. Quadringenteſimo. Octuageſimo nono.* Accedit *Regiſtrū vocabulorū Cornuti* &c. alphabeticum ſex foliis litera i ſignatis comprehenſum. De auctore, natione Anglo, qui floruit Sæculo XI, conf. Oudin. Tom. II. Col. 609. ſeqq. Editionem hanc poſt Maittairium, cui tamen typographi nomen incognitum fuiſſe videtur, excitavit etiam Weislinger in *Armamentar. Catholico.* pag. 504. qui opus iſtud, neſcio qua de cauſa, grammaticam adpellat. Ceterum ſtilo valde obſcuro ſcripta ſunt hæc carmina. Hinc interprete opus fuerat quamvis hic quidem paſſim aliena multa immiſcuerit.

XXIII. *Compendium theologice veritatis* Thoma Dorniberg, Memmingenſi, Artium & Decretorum Doctore, conſulatus Spirenſis Advocato, vel auctore, vel editore. Impreſſum Argentinæ anno 1489. in Fol. min.

Verba, *Compendium* &c. gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. In fronte primæ columnæ folii ſecundi *Incipit prologus in compendium theologice veritatis.* Poſtlineam columnæ ſecundæ ejusdem folii tertiam *Explicit prologus. Incipiunt tituli capitulorum primi libri;* quales reliquis etiam ſingulis libris præfixi ſunt. Horum primus eſt de Natura divinitatis. 2) de operibus conditoris. 3) de corruptela peccati. 4) de humanitate Chriſti. 5) de ſanctificatione gratiarum. 6) de virtute Sacramentorum. 7) de ultimis temporibus & de pœnis malorum, & præmiis beatorum. Impreſſum eſt opus hoc gothico charactere in duabus columnis. In ſuperiori margine utriusque paginæ typographus librum indicavit, e. g. *Liber primus.* Idem ſignaturas ab a — p, & ſæpe initiales literas parvas adjecit. Deſunt vero foliorum numeri, & cuſtodes. In columna quarta folii quarti ternionis o

*Explicit liber vltimus huius compēdii*
*Deo gratias*

Accedit vero *Tabula generalis*, ſeu index materiarum alphabeticus, ſeptem foliis impreſſis comprehenſus. Ad hujus calcem ſequentia leguntur ſubſcripta: *Suſcipite igitur omnes queſo theologice veritatis: fideiqз catholice amatores: hūc laborem*

*borem grato animo: grãs agentes cunctipotenti deo. Cuius munere ac ſingulari adiutorio hec ego thomas Dorniberg: decretoꝝ: artiumq3 liberaliu3 doctor feliciter perfeci. Ac impreſſum argentine Anno dñi. MCCCC.* lxxxix. *Deo gratias.* Eadem prorſus leguntur (omiſſis tamen verbis *decretorum, artiumque liberalium doctor*) in editione hujus operis alia quam ad annum 1473. recenſet Weislingerus pag. 35. Sed poſt *perfeci* additur in hac editione: *& complevi.* Loco verborum autem, quæ in noſtra editione leguntur: *Ac impreſſum* &c. immediate poſt *Complevi* legitur: *Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tercio. In vigilia Bartholomei Apoſtoli. Explicit Regiſtrum. Deo gratias.* Videtur itaque in poſteriori hac ſubſcriptione non tam annus impreſſionis, quam annus, quo auctor opus complevit, fuiſſe indigitatus, ut adeo dubitare liceat, an editio a Weislingero ad annum 1473. recenſita hoc etiam anno revera fuerit impreſſa. Sed, quidquid de hac editione ſit, illud certum eſt, ex utraque ſubſcriptione tam huic quam noſtræ editioni in fine adjecta, recte inferri poſſe, compendium iſtud theologicæ veritatis Thomam Dorniberg vel auctorem habuiſſe vel certe editorem. Quin auctor fuerit, ſpectato horum verborum tenore vix, videtur, dubitari poſſe. Attamen dubium movet illud, quod opus iſtud in Manuſcriptis codicibus tam membranaceis quam chartaceis multis ſit anonymum, in aliis vero Alberto Magno, vel S. Thomæ Aquinati, vel S. Bonaventuræ, vel Egidio columnæ, vel denique Ulrico Argentoratenſi tribuatur. Quod ſi ita eſt, oportet compendium iſtud ætate Thomæ Dorniberg multo eſſe antiquius. Conf. *Oudin. de Scriptor Eccleſ.* Tom. III. col. 2555.

## XXIV. *Cõmuniloquiũ ſiue ſũma collationũ Johãnis gallenſis.* Argentinæ 1489. in Fol. min.

De hoc opere ejusque auctore ſcitu neceſſaria prælibavi Faſc. II. pag. 151. & 152. Quod præſentem attinet editionem: in primi folii prima pagina leguntur verba tituli loco recitata, gothico charactere majuſculo impreſſa. Foliis tribus ſequentibus continetur Tabula, ſeu brevia ſingulorum ordine capitum argumenta. Folio quinto poſt auctoris prologum opus ipſum incipit charactere gothico in duabus columnis impreſſum. Habet inſcriptiones paginarum e. g. *Prima pars — Diſtinctio prima,* & ſignaturas ab a — n. Deſunt vero foliorum numeri, cuſtodes, & literæ initiales. Circa finem columnæ quartæ folii quinti ternionis *n* ſequentia leguntur ſubſcripta: *Summa collationum ad omne genus hominũ finit feliciter Impreſſa Argentine: finitaq3 ĩ die ſancti Urbani Anno domini. M. cccclxxxix.* Et nihil amplius.

XXV. *Formulariũ aduocatoꝝ & ꝓcuratorum Romane curie & Regii Parleamenti: practicam ſm iura cõmunia clariſſime oſtendens.* Baſileæ. 1489. in Fol.

Præter verba tituli loco recitata in prima primi folii pagina legitur etiam ſyllabus tractatuum hoc in opere contentorum, & duo diſticha, quæ ad calcem quoque operis poſt ſubſcriptionem leguntur, a me recitanda. In averſa pagina folii ejusdem incipit Regiſtrum ſingulorum ordine titulorum, ſeu capitum, quod & tria ſequentia occupat folia. Folio quinto opus incipit gothico charactere pereleganti, & præſtanti chartæ impreſſum. Ab hoc folio, & deinceps typographus foliorum numeros romanos e. g. *Folio — III.* adjecit. Signaturæ ab *a* (quæ primorum eſt quatuor foliorum) usque *ſ* decurrunt. Occurrunt etiam ubivis initiales literæ parvæ. Deſunt vero cuſtodes, & paginarum inſcriptiones. Circa finem averſæ paginæ folii CXVII. ſequentia leguntur ſubſcripta:

*Formulariũ Aduocatꝝ Procuratorũ Romane curie ꝛ Regii parlea menti: practicã oſtendẽs ſm iura cõmunia: exactiſſima diligẽtia impꝛſſum Baſylee Anno dñi. M. cccc. lxxxix. quarto ydus Marcij. finit foelicit'.*

*Cauſidicus ꝙd agat: iudex ve tabellio doctus*
*Patronuſve foro: iura clientis agens.*
*Perdocet iſte liber: cauſaꝝ condere formas*
*Quiſquis amas lector: hec bñ pꝛſſa legas.*

XXVI. *Textus Sententiarum* (Petri Lombardi) *cum concluſiouibus* (ſic) *ac titulis queſtionũ ſancti Thome Articulisq; Pariſieñ. & in quibus mgr̃ cõiter nõ tenet.* Baſileæ per Nicolaum Keſsler 1489. in Fol.

Titulus modo recitatus legitur in prima primi folii pagina: in averſa autem ejusdem *ſequuntur Tituli queſtionum ſancti thome ſuꝑ primum librum ſententiarum*, gothico charactere minutiſſimo impreſſi, & in averſa ſecundi folii pagina terminati. Folio tertio incipit *Prologus*, qui quidem, ut ipſe textus ſententiarum gothico charactere ſat magno & luculento in duabus columnis impreſſus eſt: Concluſiones vero textui ſubjectæ, quarum auctor eſt Henricus Gorihem, ſeu de Gorkum, minutiſſimo ſunt charactere impreſſæ, eodem nempe, quo S. Thomæ quæſtiones paulo ante laudatæ. Initiales literas parvas, paginarum Inſcriptiones, e. g. *Li. I. — Di. XXV.*, & ſignaturas ab a — t & ab A — U. typographus adjecit: deſunt vero numeri foliorum, & cuſtodes. Liber ſecundus ſententiarum terminatur in columna tertia folii quinti quaternionis t: folia ejusdem quaternionis reliqua complectuntur titulos quæſtionum S. Thomæ in librum tertium ſententiarum, qui incipit in prima pagina folii ſignati A. In averſa pagina folii ſexti ternionis Q. paulo ante medium typographi inſignia con-

conſpiciuntur. His ſubjecta eſt ſequens uberior ſubſcriptio: *Liber ſententiarum magiſtri Petri Lombardi: cum concluſionibus magiſtri Henrici Gorichem: ſacrum* (ſic) *litterarum interpretis eximii. Ac ſubtiliſſimis ſancti Thome problematibus. ad ſtudentiū exercitationeꝫ facilioremqꝫ in eiuſ ipſius ſcriptis materiarū inuentionem. cuiuis librorꝝ ſeriatim annotatis. Additis inſup quibuſdam articulis in certis facultatibus erroneis ꝛ in fide catholica ſuſpectis. Pariſius doctrinaliter ꝛ autoritatiue a catholicis tractatoribus ꝯdemnatis. explicit. Impēſis atque ſingulari opera Nicolai Keſlers ciuis Baſilieeñ.* (ſic) *ad honorem ſancte & indiuidue trinitat| ac fidei catholice augmentū & tuitionē qꝫ diligentiſſime impreſſus. Anno incarnationis dñi poſt milleſimū quaterqꝫ centeſimum octogeſimo nono. Tertio vero kalñ Decembris.* Complura, quorum in hac ſubſcriptione facta eſt mentio, primum ſequuntur, nimirum 1) Tituli quæſtionum S. Thomæ in Librum IV. ſententiarum, 6 foliis comprehenſi. 2) Varii articuli in Anglia, & Pariſiis condemnati, foliis comprehenſi quatuordecim. Accedit demum 3) *regiſtrum breue & vtile omnes fere ſententias. queſtiones & concluſiones in quatuor ſententiarum libris tactas cōtinens. ſm. ordinem alphabeti inferius annotatum.* Hoc regiſtrum ternionem T integrum, & quaternionis U ſeptem folia priora fere integra occupat.

XXVII. *Vocabularius predicantium.* Hæc tantum leguntur in prima primi folii pagina: in fronte autem folii ſequentis uberior titulus, ſeu *Prologus Incipit variloquus Idē vocabulū diuerſimode acceptū varie theutuniſando exprimens predicatoribus ꝯſolabile enauigiū. Cōpilatus p venerabilem mgr̄m iohannem melber de geroltzhofen ex ſmonibus auditis ꝛ p eundem ꝯſcriptis ſub venerando viro mgr̄o Jodoco eychmā de kalw eximio doctore. ac famoſiſſimo vbi dei predicatore in heydelberga.* Auguſtæ Vind. per Anton. Sorg 1489. in 4.

Opus gothico eſt charactere impreſſum chartæ firmiſſimæ. Paginarum inſcriptiones, e. g. *A ante C — I ante N*, & ſignaturas *a — ʒ*, nec non ꝛ. atque ꝛ typographus adjecit: deſunt vero foliorum numeri, cuſtodes, & initiales literæ vocum, quæ primæ occurrunt ad quamvis literam. Excerpta quædam ex hoc lexico dedi Faſc. II. pag. 173. & infra inter libros nota anni carentes. Præſens editio circa finem primæ paginæ folii tertii duernionis ꝛ hæc habet ſubſcripta: *Explicit vocabularius predicatorum. Impreſſus in imperiali ciuitate Auguſta. per Anthonium Sorg. Anno ab incarnatione domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono. In die ſancti Bernhardini.* Editionem hanc jam ante a Cl. Zapfio in Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 81. indicatam Cl. Panzer in noviſſimo opere: Annalen der åltern deutſchen Literatur non excitavit.

XXVIII. S. Thomæ Aquin. Commentaria in duos libros Poſteriorum Ariſtotelis: nec non ejusdem S. Thomæ Opuſculum de Fallaciis Sophiſtarum. Venetiis per Guilielmum Tridinenſem 1489. in Fol.

Prima primi folii pagina vacua eſt: in averſa autem

*Correctㄦor lectㄦori ſalutem*
*Si tibi ariſtotelis penetrare volumina cura eſt.*
*Diuus adeſt thomas: perlege: doctus eris.*
*Eſt breuis ⁊ clarus fiduſq3 interpres: abunde.*
*Præſtabit quicquid cœtera turba nequit.*
*Si te terrebant mendoſa volumina pridem.*
*Jam modo ne paueas: cuncta refecta dedi.*
*Uale.*

Folio ſecundo *Incipiunt preclariſſima cōmētaria diui Thome* &c. gothico charactere in duabus columnis impreſſa. Inſcriptiones paginarum, e. g. *Liber.* — *Primus*, initiales literas parvas, & ſignaturas ab A -- K. typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, & foliorum numeri. Ad calcem tertiæ columnæ folii ſecundi quaternionis k *Expliciūt preclariſſima commētaria diui Thome aquinatis ſacri ordinis predicatorum in libros poſteriorum Ariſtotelis.* In prima autem columna folii ſequentis *Incipit opuſculum inſigne diui Thome aquinatis ordīs predicatorum nutu quorundam nobiliu3 ab ipſo editum. Quod ad ſophiſticas argumentationes diſſoluēdas plurimū ſuffragatur.* In quarta demum columna folii ſeptimi eiusdem quaternionis k ſequentia leguntur ſubſcripta: *Explicit precla4 opuſculū fallaciarū diui Thome — nec nō ⁊ mentaria eiuſdē in libros poſterio4 ⁊ pihermenias Ariſtotelis: ſumma cū diligentia caſtigata p quendam frēm eiuſdem ordīnis vite regularis profeſſorem. Impreſſa Uenetiis p Guilelmū tridinenſe3 de mōteferato. Anno dn̄ice incarnatōis. M. cccclxxxviiij. xvj. kalendas decembris.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum* ſc. chartarum.

XXIX. *Liber ethymologiarum Iſidori Hyſpalenſis epi.* Baſileæ 1489. in Fol.

Verba hæc gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur in prima primi folii pagina. Folia tria ſequentia ſingulorum totius operis capitum titulos exhibent. Folio quinto opus incipit gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum. Ab hoc folio in primæ cuiusvis paginæ ſuperiori margine folii numerus, e. g. *Folio I.* averſæ autem paginæ ſuperiori margine liber indicatur, e. g. *Liber I.* literas quoque initiales typographus plerumque adjecit: ubivis vero ſignaturas ab A — R. Paulo poſt medium ſecundæ columnæ folii octavi quaternionis R ſeu CIIII. ſequentia leguntur ſubſcripta:

ſcripta: *Liber etymologia4 Iſidori hiſpalēſis epi exactiſſima diligētia impſſus Baſilee Anno incarnatōis dñice. M. cccc. lxxxix. Sexto ydus Auguſti Finit foeliciter.* Et nihil aliud.

XXX. *Ropertus holkot ſuper librū Sapientie* Baſileæ 1489. in Fol.

Titulum hunc in prima primi folii pagina exſtantem folio ſecundo excipit Tabula, ſeu index materiarum alphabeticus tredecim foliis impreſſis, & ſignatis A. ac B, comprehenſus. Folio decimo quinto auctoris prologus incipit, terminatus in ſecunda folii 16 columna. In averſa demum pagina incipit operis *Lectio I.* Impreſſum eſt gothico charactere in duabus columnis chartæ præſtanti. Foliorum in prima tantum cujusvis pagina inſcriptiones, e. g. *Capitulū I. Lectio .XIII*, initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero foliorum numeri, & cuſtodes. Signaturæ inde a folio decimo quinto ſunt a — y, & A — L. In averſa pagina, columna quarta folii ſeptimi quaternionis I ſequens legitur ſubſcriptio: *Hoc opus p̄clariſſimū eximii dñi magiſtri Roperti Holkot ſacre theologie moraliſſimi atq3 doctiſſimi cpfeſſoris: ordinis fratrū p̄dicatorum: ſup ſapientiā Salomonis: impſſum eſt Baſilee. Anno incarnatiōis dñice Milleſimo quadrigētеſimo octogeſimo nono*, & nihil amplius. Editionem ejusdem operis antiquiorem Faſc. II. pag. 117. recenſui: præſenti coævam numero ſequenti recenſebo.

XXXI. *Ropertus holgot* (ſic) *ſuper libros* (ſic) *ſapientie* Reutlingæ per Joh. Otmar 1489. in Fol. min.

Titulus hic legitur in prima primi folii pagina. In prima folii ſecundi columna *Opus preclariſſimū eximij dñi magr̄i roperti holgot — — Incipit feliciter.* gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſum. Inſcriptiones paginarum, e. g. *Lectio - ſecunda*, vel *Lectio - xliii.*, & ſignaturas ab *a* — ȝ, nec non ab A — Q. ipſe typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, & ubivis fere initiales literæ: ad initium quippe Lectionis cxxij. parvam ſ, lectionis vero clvj. parvam q obſervavi. Ad calcem columnæ ſecundæ folii quinti ternionis Q. *Explicit poſtilla fratris Roperti Holkot* (ſic) *ſup libro ſapiētie. Incipit ſermo eiuſdem de ſtudio ſacre ſcripture*, qui præcedenti etiam editioni adnexus eſt, & in hac editione terminatur in columna quarta folii ſexti ejusdem ternionis Q, linea 10. In eadem columna ſequentia leguntur ſubſcripta: *Hoc opus p̄clariſſimū eximij dñi mgr̄i Roperti Holkot ſacre theologie moraliſſimi atq3 doctiſſimi cpfeſſoris. ordinis frat4 p̄dicatorū. ſup ſapientiā Salomonis. Impreſſum eſt A. mgr̄o Joh'e otmar in Reutlingen. Anno incarnatōis dñice Milleſimo quadrigenteſimo octogeſimo nono.* Accedit *Tabula* (index alphabeticus materiarum)

a) *operis holgot ſuper librum ſapientie*, quindecim foliis comprehenſa. Quanionis prioris folia quatuor priora ſignata ſunt aa. bb. cc. dd: Poſterioris vero, jus ultimum folium vacuum eſt, ee. ff. gg. hh.

LXXII. *Poſtilla Guillermi ſuper Epiſtolas & Euangelia de Tempore & de Sanctis & pro defunctis.* Baſileæ per Nicolaum Keſsler 1489. in Fol.

Titulus modo recitatus in prima primi folii pagina: in aver͞ſa autem jusdem folii auctoris prologus: *v Itam bonam* &c. cum adnotatione *Ad quos inct? Paulus ſcribit* (ſic) *epl'as.* legitur. Folio ſecundo opus ipſum incipit, Texus evangeliorum & epiſtolarum charactere magno gothico, expoſitiones vero ulto minori impreſſæ ſunt, uterque ſatis elegans eſt: charta vero firmiſſima uidem: ſed parum alba & polita eſt. Signaturas ab a — y, & initiales liteas parvas initio expoſitionum usque ad faſciculum *t* plerumque adjecit typoraphus. Deſunt vero ubivis numeri & inſcriptiones foliorum, nec non cuſtoes. In poſtilla ſuper Evangelium de communi virginum in loco jam alias commemorato (Conf. Faſc. I. pag. 170, & 171. Faſc. II. pag. 157. & 158.) legitur: *urauit p mille qdringētos. ? lxxxviij. annos.* Terminatur vero opus in columa ſecunda folii octavi quaternionis y, ubi hæc leguntur impreſſa charactere eoem, quo textus Evangeliorum & Epiſtolarum: *Poſtilla Guillermi ſacre theoloie profeſſoris eximii ſup epiſtolas & euangelia per totius āni circulum ad ſenum litteraleʒ ſtudioſiſſime collecta explicit. Perqʒ Nicolaum Keſsler ciuem Balien. impreſſa anno chriſti Milleſimo quadragēteſimo* (ſic) *octuageſimo nono kalen ecembris.* Subjecta ſunt typographi inſignia. De auctore operis conf. dicta aſc. I. pag. 170.

LXXIII. *Margarita decreti ſeu tabula martiniana decreti.* h. e. Martini Streppi, Tropauienſis Sileſii, ord. Præd. index alphabeticus Decretorum. Argentinæ 1489. in Fol.

Titulus a me recitatus legitur in prima primi folii pagina: folio ſecuno autem poſt auctoris prologum opus ipſum incipit charactere gothico minori ı duabus columnis ſirmæ admodum chartæ, ſed minus albæ ac politæ impreſim. Signaturas ab a — r, & plerumque initiales literas parvas earum voım, quæ primæ occurrunt ad quamvis alphabeti literam, typographus adjecit: uſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In columna tertia olii ſeptimi quaternionis r ſequentia leguntur ſubſcripta: *Explicit Margarita deeti que Martiniana vocat. edita p venerabilē virū frēm Martinuʒ ordinis pdica4 ſummi pontificis penitētiariu ? capellanū. Impreſſa Argentine Anno domini. M. cc. lxxxix. Finita in die ſabbati poſt penth.* Auctor operis, Sæculo XV. ſæpius

pius typis excuſi, (conf. Weislinger Armament.) circa annum 1278. Gneſnenſis Archiepiſcopus, & Poloniæ Primas deſignatus anno eodem obiit. Scripſit idem Chronicon ſummorum Pontificum, atque Imperatorum, nec non Sermones de tempore & Sanctis.

XXXIV. Hye hebt ſich an dz wynterteyl der heyligen leben und zům erſten von dem heyligen Ertzengel (ſic) ſannt Michael. — Hye hebt ſich an das ſummer teyl der heiligen leben vnd zům erſten von dem heyligen lerer vnd biſchof ſant Ambroſio. Gedruckt zu Augsburg von Johann Schönsberger 1489. in Fol. min. 2. Voll.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima cujusvis voluminis pagina charactere gothico majuſculo impreſſa. In averſa pagina primi folii des Winterteyls hebt ſich an dz regiſter über dz wynterteyle. quod etiam ſecundi folii primam paginam, non integram, occupat. In averſa autem ejusdem folii primi des Sommer⸗Theyls, figura ligno inciſa conſpicitur, quæ Sanctiſſimam Trinitatem repræſentat, adſtantibus ſanctis, & infra illam ſedente Epiſcopo manu dextra baculum tenente, ſiniſtra librum apertum tangente, & mitra contexta, cui a dextris S. Johannes Evangeliſta, a ſiniſtris S. Laurentius adſtare videntur. Singulis quoque Sanctorum vitis præmiſſæ ſunt imagines eorum ligno inciſæ. Opus literis germanicis admodum pinguibus & luculentis impreſſum eſt in duabus columnis. Foliorum numeros, & inſcriptiones, e. g. von ſant barlaam vnd Joſaphat — Das cxxix blat, & ſignaturas typographus adjecit. Voluminis primi folia inde a folio tertio ſignata ſunt literis A — Z, nec non AA — PP. Conſtat volumen iſtud foliis cccxii. (312) & in tertia folii ultimi columna hanc habet ſubſcriptionem: Hye enndet ſich das paſſionale der heyligen leben das (ſic) Wyntterteyle. Das hat gedrucket Hanns Schönſperger zů Augſpurg. vñ vollendet am afftermåntag od' erchtag vor ſant Mangen des heiligen biſchoffs tag. Do man zelet (ſic, nicht zalt) nach criſti vnſers lieben herren geburd vierzehen hundert vnd im Neünundachtzigiſten jare. Voluminis ſecundi folia ſignata ſunt literis a — z, & aa — kk. Folium ejusdem ſecundum inſcriptionem habet: Das cccxiii. blat: ultimum vero eſt Das cccccLxxviii. (578) blatt. In ejusdem columna tertia ſequentia leguntur ſubſcripta; Hie endet ſich der heyligen leben das Summerteyl das hatt getruckt vmid (ſic pro vnd, vel vnnd) volendet Hanns ſchönſperger czů Augſpurg am freytag nach vnſers herren auffer tag (ſic) Nach criſti geburdt. M. cccc. vnd in dem lxxxix. jare. Operis hujus pars æſtivalis (der Sommertheil) tantum excitatur in *Miſcellaneis Lipſ.* Tom. XII. pag. 96. Hinc Cl. Panzerus in noviſſimo opere: Annalen der åltern deutſchen Litteratur pag. 178. nullam, præter noſtram, noverat

Bibliothecam, in qua opus hoc integrum, tam pars ſcilicet æſtivalis, quam hyemalis, exſtaret. A. Cl. Zapſio in Augsburgs Buchdruckergeſchichte ejus nullam factam eſſe mentionem idem Panzerus jam notavit. Videntur ergo rara eſſe ejus exemplaria, ſaltem integra.

## XXXV. Johannis de Janua Ord. Præd. Summa, ſeu Catholicon. Joh. de Prato (du Pré) 1489. in Fol.

De ipſo opere, ejusque auctore conf. dicta Faſc. I. pag. 15. In exemplari, quod nunc præ oculis mihi eſt, primum folium deſideratur. Videtur autem aut ſolum titulum, aut nihil omnino impreſſum habuiſſe. Folio ſecundo, ſignato *a ij.* Incipit ſummaque vocatur catholicon: *edita a fratre Johanne de ianua ordis frat4 pdicato4*, gothico charactere pereleganti firmiſſimæ quidem, at minus albæ & politæ chartæ in duabus columnis impreſſa. Paginarum inſcriptiones, e. g. *De littera E ante S — De littera P ante A*, initiales literas parvas, & ſignaturas ab *a* — ȝ. item ꝛ & ꝯ nec non *A* — *S.* typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, & numeri paginarum. Quinternionis S folia ſeptimum, octavum, & decimum (hoc quidem forte vacuum erat) deſunt in noſtro exemplari. Poſt medium vero columnæ quartæ folii noni ejusdem quinternionis ſequentia leguntur carmina, ex quibus locum impreſſionis, typographum, & annum diſcimus:

*Littere vt precium Johannis ſurgat de Prato*
*Lugduni catholicon impreſſit arte ſua.*
*Anno milleno bis ducento octuageno*
*Quater viginti numero addito nono*
*Decima decembris bona peruenta die*
*Det cui felices vite componere curſus*
*Jupiter omnipotens nutu qui cuncta gubernat.*
*Amen.*

His ſubjecta ſunt typographi inſignia.

## XXXVI. *Lombardica hiſtoria que a plerisq3 Aurea legenda Sanctorum appellatur.* Argentinæ anno 1489. in Fol.

De operis auctore, & œconomia ſcitu neceſſaria dixi Faſc. II. pag. 24. Præſens editio in prima primi folii pagina recitatum a me titulum gothico charactere majuſculo impreſſum exhibet. Folia undecim ſequentia indicem exhibent materiarum alphabeticum, cui præmiſſus eſt de ejusdem uſu & œconomia *Prologus.* Prima folii 13. pagina ipſius auctoris Prologum continet: in averſa autem pagina ſingularum ordine legendarum tabula incipit, quæ terminatur in averſa pagina folii ſequentis. Folio tandem decimo quinto *Incipit legenda ſctō4* &c. gothico charactere in duabus columnis firmiſſimæ quidem, ſed

minus

minus albæ, ac politæ chartæ impreſſa. Paginarum inſcriptiones e. g. *De ſancto nicolao — De ſancto Paulo apoſtolo*, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero foliorum numeri, cuſtodes, & initiales literæ. Paulo ante medium columnæ ſecundæ folii quinti ternionis H *Explicit legenda lombardica Jacobi de voragine ordinis predicato4 epi Januenſis. Impreſſa Argētine āno dñi. Mccccīxxxxix. Finita altera die ſancti Mathie apoſtoli.* *Sequuntur additiones* in averſa ſcilicet ejusdem folii pagina, ubi *Sequūtur quedam legende a quibuſdā aliis ſup addite. Et primo de decē milibus martirum.* Hæc terminantur in columna quarta folii ſeptimi quaternionis N, ubi denuo ſequentia leguntur ſubſcripta: *Expliciūt quorūdam ſancto4* (aliorumque feſtorum) *legēde adiūcte poſt Lombardica3 hiſtoriā Impreſſe Argētine Anno domini. Mcccclxxxix. Finite in vigilia ſcti Mathie apoſtoli.*

## XXXVII. *Sancti Bonauēture tractatus ꝛ libri q̄3 plurimi.* Argentorati per Martinum Flach 1489. in Fol.

Titulus iſte legitur in prima primi folii pagina: folii autem ſecundi prima pagina librorum & tractatuum ſingulorum titulos exhibet. Folio tertio *Incipit breuiloquiū ſancti Bonauēture de ordie mino4*, charactere gothico, quo & reliqui tractatus, in duabus columnis ſubtili & politæ, at minus albæ chartæ impreſſus. Folium hoc ſignatum eſt *a* 3: numerum vero habet *Fo. I.* typographus literas etiam initiales parvas adjecit & titulos tractatuum in ſuperiori margine averſæ paginæ. Deſunt vero cuſtodes. Libri & tractatus S. Bonaventuræ foliis impreſſis, & numeratis CCLXXX. ſunt comprehenſi. Accedit vero Octaviani de Martinis Sueſſani, S. Palatii Apoſtol. advocati Conſiſtorialis Oratio in vitam & Merita Sancti Bonaventuræ, cui præmiſſa ejusdem Epiſtola dedicatoria ad Julianum de Ruvere Cardinalem, Ord. Minorum Protectorem. Porro ad calcem columnæ quartæ folii CCLXXXV. *Libri & tractatuſ vna cū oröe in vitā ꝛ miracula ſcti Bonauēture: general' q̊ndā miſtri frat4 minorū Cardinal' epi albanēſis ꝛ ſacre theologie doctor ſeraphici; p Martinū flach Argētine ciuē vigilāti cura impſſi finiūt feliciť. Anno gr̄e. M. cccc. lxxxix, pridie kal'. nouembris.*

## XXXVIII. Publ. Ovidii Naſonis Faſtorum Libri ſex cum commentariis Antonii Conſtantii Fanenſis. Romæ per Eucharium Silber, alias Franck 1489. in Fol.

In averſa primi folii pagina interpretis leguntur verſus

*Ad Poſteros.*

*Scripta mihi ī faſtos ſi pua volumīa quondā*
*Legeris: hæc paucis accipe poſteritas.*
*Nulla mihi ambitio ſcripſi qdcunque neceſſe ē*
*Nec uolui hic magnum texere Ariſtotele3.*

*Nec tibi diuorũ proauos ſeriemq3 uerendam*
*Et varios artis ſæpe referre locos,*
*Purior electro Naſonis uena poetæ*
*Nec fluat ingratas turbida per ſalebras*
*Nanq3 meus tantum potuit creuiſſe libellus*
*Vt fieret cuiuis ſarcina diſcipulo.*
*Qui uolet egregium qui ſe oſtentare beatum*
*Turgeat: inuentis addere perfacile eſt.*

Folio ſecundo *Ad Illuſtriſſimum Principem Federicum Ducem Vrbini montis Feretri & Durantis Comitem imperatorem inuictiſſimũ: ac Sanctæ Ro. Eccleſie Vexilliferum Antonii Conſtantii Fanenſis prefatio in cõmentarios Faſtorum Naſonis,* ſc. incipit. Hanc in averſa ejusdem folii pagina circa medium excipit interpretis *In Faſtos Argumentum.* Folio autem tertio *P. Ovidii Naſonis Faſtorum Liber Primus* ſc. incipit. Characteres tam textus Ovidii, quam commentariorum Romani ſunt, illi quidem majores perelegantes, hi vero minores. Charta præſtantiſſima eſt, & amplos habet margines. Literæ initiales librorum in textu, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt: chartas vero typographus ſignavit literis a — x. Ante medium primæ paginæ folii ſexti quaternionis x charactere gothico grandiori ſequentia leguntur ſubſcripta: *Impreſſum Rome per Euchariũ Silber alias Franck natione Alemanũ: ab Anno noſtre ſalutis. M. cccc. lxxxix. die uero ueneris. xxiii. menſis octobris.* In averſa folii ejusdem pagina *Antonius Conſtantius Zagarello Fanenſi. S.* In epiſtola hac *Fani idibus iuniis. M. cccc*lxxxii. ſcripta adfirmat Conſtantius, ſe jam dudum ante hos commentarios (manuſcriptos ſcilicet) edidiſſe, quam Marſus Piſcinas aggrederetur ſuos: hinc non ſe curare, quod a Marſo impreſſione commentariorum ſuorum præverteretur. In eadem epiſtola locorum quorundam interpretationem ſuam a Marſi interpretatione, ut eum Zagarellus monuerat, diverſam vindicat. Terminatur epiſtola in prima ſequentis folii pagina: averſa autem ejusdem *Regiſtrum* exhibet chartarum. Editio hæc Eduardo Harwood, ejusque interpreti Carolo Alter fuit incognita: eam vero excitavit Cl. P. Audiffredi pag. 289.

## XXXIX. Franciſci de Platea Ord. Min. *Tractatus reſtitutionum Uſurarũ & excomunicationum.* Jacobo Wimphelingio hortante per Petrum Drach impreſſ. Spiræ 1489. in Fol.

Verba *Tractatus* &c. leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa. In averſa ejusdem folii pagina *Incipit tabula* &c. exhibens brevia ſingulorum ordine capitum argumenta. Hæc tabula non paginam tantum iſtam, ſed etiam ſequentia undecim folia, literis aa & bb ſignata, occupat. In averſa ſequentis folii pagina *Petro drach ciui Conſulari Spireñ. Jacobus wympfelingus Sleſtateñ. ſalutem.* In hac epiſtola Petrum Drach Wimphelingius hortatur, ut librum *nup inter volumina doctiſſimi viri dñi Georgii de Gemingen*

mingen *Spireñ eccleſie ꝑpoſiti* a ſe repertum ſuo *labore in lucē prodire* faciat. Graviter quoque in eadem diſſerit de abuſibus, qui hoc in opere carpuntur, & ſua ætate maximopere invaluerant. Hinc opus, utpote temporibus adcommodatum, commendat. Scripta eſt hæc epiſtola *Ex Spira kal'. Junij anno ſalutis. Mccccxxxxix.* Folio decimo quarto *Tractatus Reſtitutionū &c. Incipit feliciter.* charactere gothico in duabus columnis chartæ firmiſſimæ quidem, ſed minus politæ & albæ, ut duo reliqui, impreſſus. Initiales literæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In quarta columna folii quarti duernionis g *Tractatus reſtitutionū Franciſci de platea finit feliciter.* In ſequenti folio tractatus de uſuris ſine ullo titulo aut inſcriptione incipit, idemque terminatur in columna quarta folii quarti ternionis *l* ſine ulla ſubſcriptione. In ſequenti folio *Incipiunt excōmunicationes maiores.* Ad harum calcem in columna ſecunda folii tertii ternionis q *Opus reſtitutionū* (utique etiam Opus de uſuris & excommunicationibus) *perutile Reuerendiſſimi in chriſto patris fratris Franciſci de Platea bononienſis. ordinis minorum Spirē impreſſum finit feliciter. Anno dñi M. cccc. lxxxix.* Folia duo ſequentia *Caſus papales epales & abbatiales* complectuntur. Editionem hanc Orlandi pag. 386. & Maittaire Tom. I. pag. 513. non adjecto typographi nomine, quod quidem in ſubſcriptione non eſt expreſſum, ſed ex Wimphelingii epiſtola operi præfixa manifeſtum, excitarunt. Duas alias antiquiores ipſe recenſui Faſc. I. pag. 60. & Faſc. II. pag. 12.

## XL. Anonymi *Sermones dormi ſecure.* Tam de tempore quam de Sanctis. Baſileæ 1489. in 4.

Verba *Sermones dormi ſecure* in prima primi folii pagina gothico charactere majuſculo impreſſa leguntur. In fronte autem primæ columnæ folii ſecundi uberior legitur titulus, quem recitabo integrum, ut lector de operis adpellatione, & œconomia iudicare poſſit: *Sermones dominicales cum expoſitionibus euangeliorum per annum ſatis notabiles ꝛ vtiles oībus ſacerdotibus paſtoribus & capellanis: qui alio nomine dormi ſecure vel dormi ſine cura ſunt nuncupati eo qꝫ abſqꝫ magno ſtudio faciliter poſſint incorporari ꝛ populo predicari: incipiunt feliciter.* Impreſſi ſunt charactere gothico ſatis luculento in duabus columnis non ineleganti chartæ. Inſcriptiones paginarum, e. g. *Sermo xi.* & ſignaturas ab a — t typographus adjecit: deſunt vero initiales literæ, cuſtodes, & numeri paginarum. In tertia columna folii quarti ternionnis t

*Expliciūt ſmones dor*
*mi ſecure de tempore.*

In eadem columna *Incipit tabula &c.* ſeu index materiarum alphabeticus, qui & folium ſequens integrum, & ultimi folii primam paginam, non integram tamen, occupat.. *Sermones dormi ſecure de ſanctis* eodem charactere, eidemque chartæ impreſſi ſunt. Signaturæ ab A — Z, & ab AA — CC decurrunt. Quoad cetera eadem eſt forma exterior. Ante medium columnæ quartæ folii quinti

ti quaternionis BB *Finiunt feliciter ſermones dormi ſecure de ſanctis Baſilee impreſſi Anno domini. M. cccc. lxxxix. in vigilia Petri ꝛ Pauli apoſtolo4.* In ſequentis folii prima pagina *Incipit Tabula* quæ eſt alphabetica materiarum, & in prima columna folii ſeptimi faſciculi CC terminatur ſine ulla ſubſcriptione.

XLI. Baverii de Baveriis Medicinæ Doctoris ſua ætate celeberrimi Conſilia Medica ſumptibus filiorum Marci Antonii, & Ludovici de Baveriis Bononiæ impreſſa per Platonem de Benedictis anno 1489. in Fol.

Operi præmiſſa Epiſtola editorum dedicatoria inſcripta *Reuerendiſſimo In xp̄o patri Domino. D. Ra. tituli ſancti Georgii Diacono Cardinali.* Hanc excipit epiſtola Philippi Beroaldi in commendationem hujus operis ſcripta. Caret hæc anni nota: prior autem ſcripta eſt *Bononie Calendis Nouembris Anno gratie. M. CCCC. LXXXIX. ſub pontificio Innocentii Octaui.* Poſteriori epiſtolæ immediate ſubjunctum eſt *Regiſtrum* ſc. chartarum. Folium ſequens vix non integrum occupat *Tabula omnium conſiliorum: que continentur in hoc volumine.* Folio demum inter impreſſa tertio *Preclariſſimi artiū & medicine doctoris ac etate ſua primarii magiſtri Bauerii de Baueriis conſilia feliciter incipiūt*, firmæ & politæ chartæ in duabus columnis rotundo charactere paulo minutiori impreſſa. Inde a folio tertio in ſuperiori margine utriusque paginæ folii numeros romanos, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero initiales literæ, & cuſtodes. Initio columnæ quartæ folii .C. LIX. (159) ſequens legitur ſubſcriptio: *Bononie Impreſſa caſtigatiſſime cōſilia preclariſſimi artium & medicine doctoris Magiſtri Bauerii de Baueriis filiorum ſumptibꝰ opera uero Platonis de Benedictis īpreſſoriſ accuratiſſimi Die quinto Nouembris. M. CCCC. LXXXIX. Finis.* Et nihil præterea.

XLII. Hiſtoria urbis Romæ ab ejus origine usque ad Conſtantini M. tempora. Accedunt 1) Relationes de principalibus Romanæ urbis Eccleſiis & indulgentiis, quæ easdem viſitantibus conceſſæ ſunt, nec non de earundem Reliquiis. 2) Notatu digna de aliis Romanæ urbis Eccleſiis. 3) De Stationibus in iisdem per anni circulum. Romæ per Stephanum Planck 1489. in 8. min.

Ex titulo operis patet, non inepte ei titulum breviorem, *Mirabilia Romæ*, indi potuiſſe. Verum exſtat opuſculum aliud, ſub hoc titulo ſæpius editum, cujus editio typis iisdem, quibus opus præſens, excuſa, & a me inter libros nota anni carentes recenſenda apud nos quoque invenitur. Nolui igitur, vitandæ

dæ confuſionis cauſa, opus præſens hoc inſignire titulo, licet alii ante me bibliographi id fecerint. Conf. Cl. Panzer Annalen der ältern deutſchen Literatur pag. 43. ſeqq. ubi data occaſione de hujus opuſculi latinis quoque editionibus erudite diſſeritur. Quod noſtram attinet præſentis opuſculi editionem: deeſt in ea quidem primum folium. Verum exſtat ejusdem editio altera ab eodem typographo, Stephano Planck, Romæ anno 1492. curata, quæ cum præſenti quoad omnia concordat. Non ſolum enim eadem forma, iisdemque eſt literis impreſſa, verum etiam ubivis fere pagina paginæ, linea lineæ correſpondet. Differunt ſolum ambæ editiones hinc inde in orthographia, & ſcribendi compendiis. Hinc & primum folium editionis præſentis idem fuiſſe cum primo folio editionis anni 1492. non immerito licet conjicere. Porro primum folium poſterioris hujus editionis in prima pagina operis argumentum exhibet ſine titulo eidem præfixo. In averſa ejusdem folii pagina figuram videre eſt ligno inciſam, quæ e parte ſuperiori capitolium, a dextris fæminam forte Rheam, quæ coronam in capite geſtat genuflexa ante templum, & a parte inferiori ſiniſtra lupam cum duobus parvulis repræſentat. Secundum folium utriusque editionis in fronte primæ paginæ tria exhibet inſignia, ligno inciſa; in medio pontificium, a dextris Aquilam Romanum,. a ſiniſtris Scutum cum literis S. P. Q. R. Immediate poſt hæc inſignia, ſine ullo titulo, opus incipit verbis *Oma* (r Oma) *ciuitas ſācta*, quæ primam lineam ſibi vindicant in utraque editione. Literæ gothicæ ſunt. Folia inſcriptionibus, numeris, & cuſtodibus carent, & in editione anni 1489. etiam ſignaturis: in editione vero anni 1492. folium inter impreſſa octavum litera *b*, decimum ſextum litera *c*, vigeſimum quartum litera *d*, trigeſimum ſecundum litera *e*, quadrageſimum litera *f*, quadrageſimum octavum litera *g* ſignata ſunt. Ad calcem primæ paginæ folii decimi quinti terminatur hiſtoria romanæ urbis ad Conſtantinum magnum usque deducta. In averſa pagina folii ejusdem exſtat figura ligno inciſa, qua Chriſti caput in linteo Veronicæ expreſſum adſtanti populo monſtratur. Folio ſequenti incipit *Oratio* (metrica) *de ſancta Ueronica.* Poſt hanc in utraque editione linea decima quarta primæ paginæ folii ſequentis

*Incipiūt indulgētie ſeptē eccleſia4 principaliū urbis Ro.*

Averſa pagina folii 24 in utraque pariter editione imaginem exhibet Deiparæ, puerum Jeſum portantis, quæ, ut ex immediate ſequentibus colligo, eſt imago B. M. V. trans Tyberim. De eccleſia enim S. Mariæ trans Tyberim, & aliis Romanæ urbis Eccleſiis minus principalibus mox agit auctor anonymus. In averſa pagina folii quadrageſimi octavi utriusque editionis incipiunt *Stationes in quadrageſima* (ſic editio ann. 1489: editio autem anni 1492: *Quadrageſima*). Atqu꞉ hæ quidem terminantur in prima pagina folii 51, linea 12. editionis anni 1489: editionis vero anni 1492. linea 15. In utraque editione ſubjecta eſt vox *Finis*. Tum ſequuntur ſubſcriptiones. Prioris editionis ſubſcriptio eſt ſequens: *Impreſſum Rome per magiſtrū Stephanȝ plannck de Patauia. Anno, M. cccc. lxxxix. die vii. mēſis Nouēbris. Sedēte Innocentio .viij. annō ſexto.* Accedit in

eadem pagina *Regiſtrũ quaterno4*, quorum primus tamen non eſt integer, ſed tem tantum conſtat foliis impreſſis. Subſcriptionem editionis ann. 1492. vid. h. a. N. VI. Cl. Audiffredi non ſolum hanc editionem, ſed etiam duas alias manas anno 1492. factas ignoravit. Inde earum patet raritas. Conf. N. VI. ann. 1492. Theodiſcam hujus operis editionem nota loci, anni, & typogra- i carentem Cl. Panzerus loc. cit. pag. 44. ſeqq. deſcripſit. Hanc vero in non ullis a latino textu diverſam eſſe, nunc ſcilicet breviorem, nunc fuſiorem, dfirmat. Porro huic editioni Theodiſcæ primum inter omnes editiones ſeu atinas ſeu Theodiſcas hactenus nimirum cognitas, locum aſſignat, dubius an on forte textus Theodiſcus ſit originalis. Verum opuſculi auctor homo Italus, & ſorte Romanus, & hinc opuſculum ipſum latine primum fuiſſe ſcriptum videtur. Ceterum in averſa pagina folii 33, linea 16. utriusque editionis latinæ incipit fabula, dudum exploſa, de Johanna Papiſſa. Hæc forte fabula Gottefridum Tenzelium permovit, ut hoc primum ſæculo anno 1722. Arnſtadii novam hujus opuſculi editionem latinam, ex editione Romana anni 1499, Cl. Patri Audiffredio pariter incognita, adornaret. Conf. Panzer pag. 44. Demum & illud eſt animadvertendum, Fabulam hanc in editione Germanica a Cl. Panzero deſcripta longe aliter ſe habere, ac in editionibus noſtris latinis. Hoc ipſum argumento eſſe poteſt, turbidos fuiſſe fontes, ex quibus fabula illa manavit.

XLIII. *Thomas de Kẽpis* (hæc gothico charactere majuſculo, non item ſequentia, ſunt impreſſa) *De imitatione chriſti* ꝛ *de contemptu omniũ vanitatũ mundi. De interna ↄuerſatione De interna locutione chriſti ad animam fidelem. Cum quanta reuerẽtia Chriſtus ſit ſuſcipiendus.* (ſunt hi tituli quatuor librorum de imitatione Chriſti) *Itẽ Johannes Gerſon de meditatione cordis.* Argentinæ 1489. in 8.

Tituli a me recitati leguntur in prima primi folii pagina: in averſa aute ejusdem imago ligno inciſa Jeſu flagellati, coram quo homo genu flexus, cc ſpicitur. Folio ſecundo incipit *Tabula*, brevia ſingulorum ordine capitum ar menta exhibens, quæ in averſa ſexti folii pagina, linea 7 terminatur. Acc ſubſcriptio: *Finit tabula.* Tum duo ſequuntur folia vacua. Octo hæc folia ſunt ſignata. Nono demum folio, ſignato B, *Incipit liber primus fratr T de Kempis: canonici regularis ordinis ſancti Augu. De imitatõne xpi* ꝛ *de cõ ta oĩm vanitatũ mũdi.* In ſuperiori margine primæ cujusvis folii paginæ graphus librum indicavit, e. g. *Liber primus — Liber Tertius*, & pler etiam initiales literas parvas adjecit. Foliorum numeri, & cuſtodes Prima pagina folii octavi quaternionis u poſt lineam textus decimam *Explicit liber quartus & vltim⁹ de ſacramento altaris.* &c. Duæ poſtrem dem paginæ lineæ ſunt:

## XLV. *Menſa philoſophica.* Heidelbergæ 1489. in 4.

His verbis, *Menſa philoſophica*, in prima primi folii pagina duo diſticha ſunt ſubjuncta, quæ operis argumentum clarius nos docent:

*Hec mea menſa doc3 cognõine philoſophorū*
*Que cuiuis & quo ſint comedenda modo.*
*Hec conuiuandi mores. hec verba recenſet*
*Salibus vt ſiat dulcis. et apta ioco.*

In averſa pagina folii ejusdem *Jodocus gallus Rubiacenſis Artium & philoſophie magiſter: & Sacre Theologie baccalaureus formatus S. D. P. diuerſarum rerum edocto viro Jacobo koebel Heydelbergenſi coniunctiſſimo ſibi fratri & amico.* Ex hac epiſtola diſcimus, opus hoc a Johanne Wacker de Sunſsheim *imperialiū papaliumq3 legū* baccalaureo prius emendatum Jacobi Koebel, vel ſumptibus, vel typis excuſum fuiſſe. Fatetur quoque Jodocus Gallus, libri auctorem eſſe incertum, quem non nulli Michaelem Scotum, alii Theobaldum Anguilbertum fuiſſe ſtatuunt. Conf. *Freytagii Apparat. Litterar. Tom. II.* pag. 814. ſeqq. Folio ſecundo præſentis editionis incipit *regiſt*4, ſeu breuia ſingulorum Capitum argumenta, quæ tribus foliis, non integris tamen comprehenſa ſunt. Secundum ex his quatuor foliis ſignatum eſt litera *a ij.* Folio quinto auctoris *Prohemium* legitur, eoque finito opus ipſum incipit. In prohemio operis diuiſionem in quatuor partes his verbis ſignificavit: *Primus* (tractatus) *erit de harū rerū natura: quas ꝑ modū cibi vel pot⁹ in menſa ſumim⁹. Secundus erit de natura ⁊ moribus eorū cū quibus in menſa ſumus: vt in verbis menſe eorum moribus honeſte ⁊ vtiliter cōformemur. Tert⁹ de queſtionibus menſalibus quib⁹ in mēſa philoſophie exercitamur. Quart⁹ de honeſtis locis* (forte *iocis*) *⁊ ſolatiis quibus in menſa hilariter iocundamur.* Opus gothico eſt charactere impreſſum. Initiales literas parvas, hinc inde magnas ligno inciſas, foliorum, inde a quinto folio, inſcriptiones ſimul & numeros, e. g. *Liber Primus Foliū Primū*, & ſignaturas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes. Ad calcem averſæ paginæ folii Quadrageſimi quinti:

*Preſens liber quē menſā philoſophicā vocant:*
*vnicuiq3 perutilis: ɔpendioſe pertractās ī primis*
*quid in ɔuiuiis pro cibis et potibus ſumēndū eſt.*
*deinde qui ſermões illis ſꝫm exigentia3 perſonarū*
*habēdi ſunt: et que queſtiones diſcutiēde: que inſuper facetie ſiue ioci interſerēdi Feliciter explicit.*
*Impreſſum heidelberge Anno. M. cccc. lxxxix.*

XLVI.

**XLVI. Die walfart oder bilgerſchaft der aller ſeligiſten Jung- gfrowen. (ſic) Marie inhaltend alle ſtaat irs lebens. Baſileæ per Leonh. Eiſenhut 1489. in 8. min.**

Quæ tituli loco recitavi, leguntur gothico charactere magno impreſſa in prima primi folii pagina. Pagina averſa ejusdem exhibet imaginem B. Virginis extento pallio diverſarum conditionum homines involventis ſupra quam imago Servatoris & aliorum ſanctorum conſpicitur. Folio ſecundo incipit Die vored in die walfart oder bilgrung der ſeligen jungfrowē vn̄ műtter gottes Marie. vß latin zű tűetſcht gemacht. Initiales literas magnas florentes, ligno inciſas, & in noſtro quidem exemplari elegantiſſime coloribus expreſſas, nec non figuras, quæ præcipuis vitæ Jeſu & Mariæ circumſtantiis ſunt adcommodatæ, typographus ipſe adjecit. In prima cujusvis folii pagina inſcriptio legitur, e. g. Der ander teil — Der fierdt (ſic) teil. Folia literis a — q ſignata ſunt. Ad calcem primæ paginæ folii quarti duernionis q impreſſa leguntur ſequentia:

> Gedruckt (ſic) vn̄ vollendet die walfart
> oder bylgerung vnſer liebē frowen.
> durch Lenhart yſenhűt burger zu
> Baſel. M. cccc. lxxxix. jar.

Exſtat auguſtana ejusdem opuſculi editio, quam Joh. Schobſer anno 1489. impreſſit. Conf. Zapfs Augsburgs Buchdruckergeſchichte pag. 60. Hujus quidem meminit Cl. Panzerus in Annalen der ältern deutſchen Literatur pag. 179. noſtram vero non noverat. Forte editio illa, cujus idem Bibliographus pag. 166. data occaſione ad annum 1487. meminit *per Leonh. yſenhut;* eadem eſt cum noſtra; quamvis eam dicat nota anni eſſe deſtitutam. Verum non habuit de ea notitiam, niſi ex literis amici cujusdam, ut ait, qui in literis ad ipſum datis nequidem indicavit, an hæc, & alia quædam ibi commemorata editiones latinæ eſſent, an Theodiſcæ.

**XLVII. Summa Piſanella cum Supplementis Nicolai de Auſmo. Accedunt Alexandri de Nevo Vincentini J. U. D. Conſilia Quatuor contra Judæos Foenerantes. Venetiis per Leonhardum Wild de Ratisbona. 1489. in 4.**

Primum folium vacuum eſt. In fronte primæ columnæ folii ſecundi, ſignati a 2: legitur:

> *In nomine domini nr̄i Jeſu xp̄i amen.*
> *Incipit liber qui dicitur ſupplemētuȝ.*

Impreſſum eſt gothico charactere admodum minuto in duabus columnis firmiſſimæ, albæ tamen, & nitidæ chartæ. Deſunt foliorum inſcriptiones & numeri:

 nec

nec non cuſtodes, & initiales literæ. Chartæ ſignatæ ſunt primum quidem literis a — ȝ, tum vero numeris 4 — 13. Summa ipſa cum ſupplemento terminatur in averſa pagina, columna prima folii duodecimi ſexternionis 13. Adjectæ ſunt ſubſcriptionis loco duæ voces:

*Laus Deo.*

Sequentes duo plagularum faſciculi, ex quibus *A* ſexternus, B quinternus eſt, Alexandri de Nevo conſilia contra Judœos fœnerantes complectuntur. Accedunt quaternus *a*, & quinternus *b*. His ſequentia continentur. 1) *Tabula* (alphabetica) *capitulꝝ huius libri* (Summæ Piſanellæ) 2) *Tabula abbreviaturarum.* 3) Rubricæ juris civilis & canonici. 4) Canones pœnitentiales verbotenus extracti ex ſumma Aſtenſi. In averſa demum pagina folii noni quinternionis b circa finem columnæ quartæ hæc ſubſcripta leguntur: *Impreſſum eſt opus hoc Uenetiis cura atqȝ diligentia Leonardi Uuild de Ratiſbona.* M. *CCCC. lxxxix. Laus Deo.* Decimum folium vacuum eſt. Operis hujus jam plures editiones recenſui. Conf. Faſc. I. pag. 133. 148. (Conf. autem Præfat. ad Faſc. II. pag. XII. ad pag. 148.) Faſc. II. 24.

XLVIII. ***Manipulus cūratorū officia ſacerdotū ſcd'm ordinē ſeptē ſacramētoruȝ perbreuiter cōplectens.*** Auctore Guidone de monte Rotherii. Argentinæ per Martinum Flach 1489. in 4.

Titulus iſte gothico charactere majuſculo impreſſus in prima primi folii pagina legitur. Folia duo ſequentia tabula materiarum occupat. Folio quarto poſt Epiſtolam auctoris dedicatoriam ad Richardum Valentinum Epiſcopum *Thurolij anno dñi.* M. *cccxxxiij.* (1333) ſcriptam ſequitur prologus ad lectorem, quo finito in prima quinti folii pagina *Diuiſio huius operis*, & opus ipſum incipit. Impreſſum eſt gothico charactere firmæ quidem, ſed minus albæ & politæ chartæ. Paginarum inſcriptiones, initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, & foliorum numeri. Ad calcem primæ paginæ folii quinti ternionis p immediate poſt epilogum auctoris, & partim in eadem linea, in qua ille terminatur, leguntur ſequentia: *Hec inſuꝑ exarata ſunt in famoſa ciuitate Argentinēſiū ꝑ Martinū flach. Anno dñi.* M. *cccc. lxxxix. die ix. Februarij.* In averſa pagina folii ejusdem legitur *De conditōnibus* (undecim) *requiſitis in ſumente euchariſtie ſacramentū* & *Caſus epiſcopales* (qui) *patent* in his verſiculis:

*Qui facit inceſtum deflorans aut homicida*
*Sacrilegus: patrum ꝑcuſſor vel ſodomita.*
*Tranſgreſſor voti: ꝑiurus ſortileguſqȝ*
*Et mentita fides: faciens incendia: prolis*
*Oppreſſor: blaſphemus: heretic⁹: omnis adulter*
*Pontificem ſuꝑ his ſemper dicendis adibis.*

XLIX.

XLIX. *Concordantie autoritatū ſacre ſcripture iuxta ordineꝫ librorūꝫ biblie, in quibus locis iuriſcanonici reperiāt per egregiū virū dominū Johānē decretorū doctorē digniſſimū Niuicelleñ. abbatē ſtudioſe collecte feliciter incipiunt.* Baſileæ anno 1489. in Fol.

In prima primi folii pagina hæc tantum *Concordantie Biblie ꝛ Canonū totiuſqꝫ Juriſciuilis*, in fronte autem columnæ primæ folii ſecundi uberior titulus a me recitatus legitur, quem immediate textus operis excipit, gothico charactere admodum luculento in duabus columnis impreſſus. Foliorum inſcriptiones, & ſignaturas ab a — m. typographus adjecit. Deſunt vero foliorum numeri, cuſtodes, & initiales literæ. Circa finem primæ paginæ folii ſeptimi quaternionis *m* ſequentia leguntur ſubſcripta: *Biblie autoritatū ꝛ ſententiarū q̄ in decretoꝝ ꝛ decretaliū totiuſqꝫ iuriſ canonici libris reperiunt ꝯcordātie, p egregium magiſtrū Johannem Niuicelleñ. abbatem decretorū doctorē famatiſſimuꝫ ſtudioſe collecte. Et Baſilee exactiſſime emēdate & impreſſe. Anno domini. M. cccc. lxxxix. vltima vo menſis Januarij. feliciter expliciunt.*

L. Tractatus de ſubſidio Charitativo, & de Decima beneficiorum. Auctore D. Bartholomæo Bellencino, Mutinenſi, S. Palatii Apoſtol. auditore, eo defuncto a fratre ejus germano D. Aurelio Bellencino editum. Impreſſum Mutinæ per Antonium Miſchominum, & Dominicum Richizolam. 1489 in Fol.

Præmiſſa eſt *Tabula*, ſeu brevia ſingularum quæſtionum quæ hoc in opere pertractantur, argumenta, foliis octo impreſſis, & ſignatis litera A comprehenſa. In averſa folii noni pagina typographi legitur præfatio, ex qua auctorem operis, & editorem, in titulo a me aſſignatos, didici. Folio decimo demum incipit *Tractatus de charitatiuo ſubſidio: & Decima beneficiorum*, charactere gothico admodum eleganti in duabus columnis firmiſſimæ chartæ impreſſus. Inſcriptiones, & numeri foliorum, uti etiam cuſtodes deſunt. Folia inde a decimo ſignata ſunt literis a — h. Quæſtio centeſima vigeſima quarta terminatur in columna ſecunda folii quarti duernionis *h*, linea 4, cui ſubjecta leguntur ſequentia: *Finis Laus deo.* Interjecto ſpatio vacuo ſequitur: *Impreſſum eſt hoc opus de Subſidio charitatiuo & Decima papali beneficiorum Mutine per magiſtrum Antoniū Miſchominum ꝛ Dominicū Richiꝫola ſocios Anno dñi M. cccclxxxix. die. ix. menſis Maii.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum*, ſc. chartarum. Apud Orlandium, & Maittaire, alioſque Bibliographos, qui ad manus mihi ſunt, nulla hujus editionis fit mentio, præterquam in *Rarit. Librorum Bibliothec. Novacell. Cann. Regg.* pag. 47. ubi ea quidem inſinuata fuiſſe videtur his verbis: *Tractatus de charitatiuo ſubſidio* 1489. *Mutinæ per Antonium Miſchcominum* 1489.

LI.

**LI.** Formularium terminorum in curia Romana conſuetorum. Romæ per Stephanum Planck 1489. in 4.

In averſa primi folii pagina incipit *Tabula* (index materiarum alphabeticus) *huius libri*, quæ & ſequens folium fere integrum occupat. Folio tertio incipiunt *Termini Rote*, quos poſt medium primæ paginæ folii quarti excipiunt *Feſta palacij*, ſeu determinatio dierum feſtorum, quibus a jure dicundo vacatur. Folio quinto demum opus incipit charactere gothico firmiſſimæ chartæ impreſſum. Ab hoc folio typographus in ſuperiori margine primæ cujusvis folii paginæ numerum folii expreſſit, e. g. i. xxx. h. e. folium primum, folium trigeſimum. Idem initiales literas magnas ligno inciſas, & notas marginales minutiſſimo charactere impreſſas adjecit. Deſunt vero cuſtodes, & ſignaturæ. Opus terminatur in prima pagina folii cxxvij. In eadem ſequentia leguntur ſubſcripta: *Formulariū termino4 exactiſſima dilgētia* (ſic) *Rome impreſſum per magiſtrū Stephanū plannck de Patauia Sub anno dñī. M. cccclxxxxix. Die decima ſexta menſis Octobris ſedēte Innocētio .viij. pontifice maximo Pontificatus ſui anno ſexto.* Editio hæc Cl. P. Audiffredio non innotuit. Hinc rariora eſſe oportet ejus exemplaria.

**LII.** Pauli de Caſtro, ſeu Caſtrenſis conſilia Juridica Partes duæ. Venetiis per Paganinum de Paganinis 1489. in Fol. magn.

Operi præmiſſi ſunt indices materiarum, & brevia conſiliorum utriusque partis argumenta, foliis viginti quatuor comprehenſa. Hæc folia literis aa. bb. & cc. ſignata ſunt. Folio 25 *Conſilia & allegationes clariſſimi ac preſtantiſſimi vtriuſq3 iuris. doc. Pauli de caſtro incipiunt*, gothico charactere minutiori in duabus columnis chartæ firmiſſimæ, ſed minus albæ & politæ impreſſa. Deſunt foliorum numeri, & inſcriptiones: ſignaturas vero, cuſtodes, & initiales literas utriusque partis typographus adjecit. Pars prima conſiliorum terminatur ad calcem columnæ quartæ folii ſexti ternionis m. ſine ulla ſubſcriptione. Signaturæ ſecundæ partis ſunt A — L. In columna quarta noni folii quinternioìs L. hæc leguntur ſubſcripta: *Pauli de caſtro ſecunda pars conſiliorum hic finit cum omnipotentis dei gratia. Impreſſa autem fuit venetijs impenſis & cura .d. Paganini Brixiēſis Anno Redēptoris noſtri. M. cccc. lxxxxix. Die. xviij. decembris.* Et nihil aliud.

LIII.

LIII. Johannis Andreæ Juriſconſulti Sæc. XIV. celeberrimi, Commentaria in quinque libros Decretalium, dicta, ab ipſomet in memoriam Matris, filiæque, *Novellæ*. Venetiis per Johannem de Forlivio, & Gregorium fratres. 1489. in Fol. magn. Voll. 5.

Nullum ex hisce voluminibus titulum habet: ſingula autem peculiarem habent ſubſcriptionem. Impreſſa ſunt charactere gothico in duabus columnis præſtanti chartæ. Paginarum inſcriptiones, initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit: cuſtodes vero, & foliorum numeri deſunt. Ad calcem primi voluminis legitur: *Explicit Nouella Joannis Andree ſup pmo libro decretaliū impſſa Uenetijs p Joannē de Forliuio ꝛ Gregoriū fratres. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. die pma maij.* Huic ſimiles ſunt ſubſcriptiones reliquis voluminibus adjectæ. Volumen ſecundum ſeu — *Nouella -- ſuper ſecundo libro* — finita eſt *die xij. Menſis Auguſti.* — *Nouella — ſuper tertio decretaliū — die .xiiij. Octobris.* — *Nouella — ſup quarto* — eadem die, ut quidem ſubſcriptio habet, nempe *die .xiiij. Octobris;* niſi forte in alterutro loco mendum ſubſit typographicum. Demum etiam *Nouella — ſup quinto decretaliū. Impſſa* aſſeritur *xiiij. mēſ. Octob.* Singulis voluminibus in fine adjectum Regiſtrum Chartarum, nec non inſignia non typographorum, ſed Bibliopolæ, ut videtur, cujus nomen literis initialibus Z. G. expreſſum eſt.

LIV. Alexandri de Imola Lectura, ſeu Apoſtillæ in primam & ſecundam partem Digeſti veteris. Venetiis per Bernardinum de Tridino. 1489. in Fol. magn. Voll. 2.

Prima pagina vacua eſt. In fronte autem columnæ primæ folii ſecundi *Incipit lectura excellentiſſimi iuris vtriuſqꝫ nonarche* (ſic) *ac pncipis dñi Alexadri ab imola. ꝛ pmo ſuper pma. ff. veteris.* Impreſſum eſt opus charactere gothico pereleganti in duabus columnis præſtanti chartæ. Initiales literas parvas, ſignaturas, paginarum inſcriptiones, & ad calcem columnæ quartæ cujusvis folii etiam cuſtodes typographus adjecit. In ſecunda columna folii ſexti ternionis l *Excellentiſſim. vtriuſqꝫ iuris monarch. domin. Alexā. de Imo. ſuper prima. ff. veteris per Bernardinū d' Tridino Anno domini. M. cccc. lxxxviiij. kl. Maij Uenetijs. feliciter Explicit.* Præter hæc nihil adjectum eſt. Folio ſignato *m* incipiunt *Apoſtille ſeu additiones*, quæ terminantur in columna quarta folii decimi quinternionis o ubi hæc ſubſcripta leguntur: *Lectura excellentiſſimi iuris vtriuſqꝫ monarche dñi Alex. de imola ſup pma. ff. veteris p Bernardinū de tridino felicit' explicit. M. cccc. octuageſimo nono. klen. auguſti.* Accedit regiſtrum chartarum præcedentium. In prima columna folii ſignati p *Incipit lectura — ſup ſcda. ff. veteris* &c. Ad hujus calcem in columna quarta denuo ſubſcripta leguntur ſequentia

tia: *Lectūra — ſup ſcd'a ff. veteris — explicit. Milleſimo q̄drīngēteſimo nono. klen. Junij.* Accedit regiſtrum chartarum a p — ȝ. In ſequenti folio incipiunt *Appoſtille ſeu additiones ſecunde partis ff. veteriſ* &c. foliis 29. & prima trigeſimi pagina comprehenſæ. Circa finem columnæ ſecundæ legitur: *Finis apoſtillarum ſecunde partis. ff. veteris. domini Alexādri de Imola. impreſſarū venetijs per Bernadinū* (ſic) *ſtagninū de Tridino. de mōteferato. Anno dn̄i. M. cccc. lxxxviiij. die x. octobris.* Accedit *Regiſtrum* (chartarum) *Apoſtillarū ſecūde partis. ff. veteris.*

**LV.** *Incipit prima pars ſumme theologie edita a ſancto Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicatorum.* Venetiis per Antonium de Strata de Cremōna 1489.

Quæ tituli loco recitavi, leguntur in fronte primæ columnæ folii ſignati a rubro colore iisdem literis, quibus textus, impreſſa. Præcedunt vero impreſſa folia ſeptendecim, quæ indicem complectuntur alphabeticum materiarum. Tam index iſte, quam opus gothico charactere minutiori in duabus columnis ſunt impreſſa. Inſcriptiones paginarum, e. g. *Queſtio I. — Queſtio — XXX.* initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, & foliorum numeri. Ad calcem columnæ quartæ folii primi ternionis z, qui immediate poſt ternionem ȝ ſequitur, ſubſcripta leguntur ſequentia: *Excellentiſſimi ſacre thelogie* (ſic) *doctoris ſancti Thome de aquino ordinis predicatorūȝ p̄ma pars hic finem habet feliciter: ſūma cum diligētia Uenetijs impreſſa per Antonium de ſtrata de Cremona anno incarnatione M. cccclxxxxix. die 24. Decembris.* Accedunt index ſingulorum ordine quæſtionum, & regiſtrum chartarum quatuor foliis comprehenſa.

**LVI.** Johannis Eſchuid, Angli, Opus Aſtrologicum, tum quidem vulgo dictum Summa Anglicana. Venetiis per Johannem Lucilium Santriter 1489. in Fol.

Ex præfatione *Ad Lectorem*, quæ in averſa primi folii pagina legitur, diſcimus, opus hoc nunc primum ſecundum unicum exemplar, quod reperiri poterat, ſumptibus Franciſci Bolani Patritii veneti fuiſſe typis impreſſum. Folii ſecundi prima pagina exhibetur *Tabula huius operis*, brevia ejusdem argumenta complectens. In fronte primæ columnæ folii tertii *Summa aſtrologiæ iudicialis de accidentibus mundi quæ anglicana vulgo nuncupatur Joannis eſhcuidi* (ſic) *niri* (ſic) *anglici peritiſſimi ſciētiæ aſtrologiæ foelici ſidere inchoat*, charactere rotundo firmiſſimæ chartæ in duabus columnis impreſſa. Inde a folio tertio typographus foliorum numeros arabicos, inſcriptiones, ſignaturas, & initiales literas vel parvas, vel magnas florentes ligno inciſas adjecit: cuſtodes vero deſunt. *Tractatus primus Sūmæ iudicialis aſtrologie de accidentibus mundi per regulas*

*las generales.* — *finit* in columna quarta folii 84: tractatus vero ſecundus de accidentibus mundi in particulari terminatus in quarta pariter columna folii 306, ut quidem per errorem typographi, de quo mox dicam, numerus eſt expreſſus in utroque exemplari, quod apud nos exiſtit. Subſcriptio ibidem ſequens legitur: ¶ *Opera quoq3 & cura diligenti qua fieri potuit. Johannis lucilii. Sanctiter* (ſic pro Sanctriter) *helbronenſis germani. Impenſis quoq3 non minimis. Generoſi uiri. Fracifci bolani eloquentiſſimi olim uiri Candiani patritii ueneti. Anno ſalutis.* 1489. *nonis Julii impreſſione completum eſt Venetiis.* Folium ſequens non numeratum nihil aliud continet, quam *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* In numeris foliorum plures occurrunt errores typographici in utroque exemplari noſtro, præſertim in foliis numeratis ſedecim poſtremis. Hi enim cum eſſe deberent ſequentes: 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. hoc ſeſe ordine conſequuntur: 106. 207. 207. 209. 210. 303. 302. 303. 304. 306. 307. 306. 115. 312. 311. 306.

## LVII. Breviarium Romanum. Venetiis per Nicolaum de Frankfordia 1489. in 4.

Folia ſex priora nec ſignata nec numerata præter tabulas annorum & feſtorum communium, nec non Canones feſtorum mobilium, & noviluniorum Kalendarium eccleſiaſticum complectuntur. Folio ſeptimo ſignato litera *a*, & inter folia numerata primo breviarium incipit charactere gothico in duabus columnis eleganti chartæ impreſſum. Initiales literas vel parvas, vel rubras magnas ligno inciſas typographus adjecit, nec non inſcriptiones foliorum in prima cujusvis pagina. In prima columna folii 440. rubro colore ſequentia leguntur impreſſa: *Explicit breuiariũ ſcm ordine3 ſancte romane eccleſie: magna cum diligentia reuiſum ⁊ fideli ſtudio emendatum per fratrem philippum de Rotingo Mantuanu3 ordinis minorũ de obſeruãtia. Impreſſum arte ⁊ impenſis. Nicholai de franckfordia. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. xv. kalendas ſeptembris. Uenetiis.* Subjectæ ſunt nigro colore voces: *Laus deo.* Verum accedunt adhuc complura alia. Et quidem 1) Lectiones de Sanctis Bernardino, Bernardo Abbate, Elzeario, Ivone, & Anaſtaſia. 2) Officia de feſtis Viſitationis, & Conceptionis B. M. V. 3) de S. Ignatio Ep. M., de S. Joſepho, de S. Anna, cui adnexum eſt *Regiſtrũ hui⁹ libri.* 4) Rubricæ. 5) Officium de Sancto Bonaventura cum octava. 6) Index pſalmorum 1°) ſingulis per hebdomadam diebus canendorum ad matutinum, laudes & veſperas. 2) Alphabeticus omnium Pſalmorum. Accedunt Tabulæ 1) hymnorum 2) Dominicarum 3) feſtivitatum ſecundum ordinem menſium.

LVIII. *Ordinari⁹ ſeu regule orandi in dioceſi Argentinenſi* h. e. Calendarium Eccleſiaſticum perpetuum. 1489. in 4.

Verba *Ordinari⁹* &c. in prima primi folii pagina leguntur gothico charactere majuſculo. Folio ſecundo *Incipiūt regule indicātes ordinē & modū cuiuſlibet diei a feſto epiphanie vſq3 ad feſtū Paſche. celebrādi ꝛ orādi horas canōicas. ſcdm formam eccleſie argentiñ.* Hæ regulæ, numero triginta ſex terminantur in prima pagina folii ſexti ternionis f. Primum quaternionis g folium vacuum eſt. At folio ſecundo *Sequūtur regule indicantes ordinem & modum cuiuſlibet diei a feſto paſce vſq3 ad aduentū domiui* (ſic) *celebrādi & orandi* &c. Tam in præcedentibus, quam in ſequentibus cuſtodes, literæ initiales, foliorum numeri & inſcriptiones deſunt. Ad calcem primæ paginæ folii quarti duernionis y

*Explicit anno Mccccl xxxix. Pridie kalēda4 octobriū.*

Locus impreſſionis Argentoratum eſſe videtur.

LIX. *Franciſci Maronis ordinis minorum ſcriptum primi Sententiarū qui al's conflatus intitulatur.* Baſileæ per Nicolaum Keſsler 1489. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina, gothico charactere magno impreſſa. Folio ſecundo opus ipſum incipit gothico charactere ſatis luculento in duabus columnis impreſſum. Foliorum inſcriptiones, ſignaturas, ab a — o, & ab A — S. nec non plerumque initiales literas parvas typographus adjecit: deſunt vero foliorum numeri, & cuſtodes. Opus ipſum terminatur in columna quarta folii octavi quaternionis Q, ubi ſequentia leguntur ſubſcripta: *Fratris Franciſci Maronis ordinis minorum: ſacrarum litterarum interptis: theologiceq3 veritatis cpfeſſoris eximij pmum ſententiarum ſcriptū finit. Impſſum Baſilee p Nicolaū keſler Anno ſalutis. M. cccc. lxxxix. xviij. kl. Nouembris. Deo gratias.* Accedunt typographi inſignia. Folio ſequenti incipit *Tabula queſtionu3*, quam in quarta folii ſecundi columna excipit index materiarum alphabeticus, qui terminatur in columna ſecunda folii octavi quaternionis S.

XL. Johannis Buridani, Bethunienſis, Philoſophi Sæc. XIV. in Academ. Pariſienſi celeberrimi. Quæſtiones in decem libros Ethicorum Ariſtotelis. Impreſſit Wolfgangus Hopyl anno 1489. in Fol.

Primum folium deeſt in noſtro exemplari. In fronte primæ columnæ folii ſecundi *Proemium Joannis Buridani In Queſtiones Super .X. Libros Ariſ. Ad Nicomachum* ſc. incipit quod, ut ipſum opus, romano charactere minus eleganti

ſanti in duabus columnis impreſſum eſt. Paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber I. — Ethicorum*, foliorum numeros, e. g. *Fo. III.*, initiales literas parvas, & ſignaturas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes. In columna ſecunda folii LXIIII (ſic per errorem typographi legitur pro CCLXIIII.) ſequentia leguntur ſubſcripta: *Huc vſq3 ꝯducte ſunt queſtiones Buridani morales: robuſtiori etati ꝑcipue ꝑlegende. q̄s Egidius delfus ſocius Sorbonicus: atque in ſacris litteris baccalarius formatus emendatius imprimi curauit. Impreſſore vuolfgango hopyl. Anno īcarnatōis dn̄i MCCCCLXXXIX. decima quarta die Julii.* Accedunt ejusdem Delfi quinque diſticha in laudem operis & auctoris. Wolfgangus Hopyl Pariſiis artem exercuit typographicam. Porro Maittaire Tom. I. pag. 507. ejusdem operis editionem Pariſinam anno 1489. per Durandum Gerlier factam excitavit. Duæ ne ergo ejusdem anni editiones exiſtunt? Et ambæ Pariſinæ?

**LXI.** *Sermones diſcipuli* (Joh. Heroldt Ord. Prædicat.) *de tempore & de ſanctis. una cum promptuario exemplorum.* Argentinæ anno 1489. in Fol.

De opere ipſo & auctore ſcitu neceſſaria dixi Faſc. II. pag. 117. Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina. Folio ſecundo incipit *Tabula* ſeu indices materiarum ſingulis operis partibus adcommodati. Hos excipiunt Caſus Papæ, & Epiſcopo reſervati, nec non, qui impediunt a ſacra communione, ſunt hæc omnia 21. foliis comprehenſa. Folio demum vigeſimo tertio *Sermones diſcipuli de tempe ꝑ circulū anni incipiunt*, gothico charactere in duabus columnis firmæ & albæ chartæ impreſſi. Chartæ ſermonum de tempore literis d — z, nec non A — L ſignatæ ſunt, & terminantur in columna quarta folii octavi quaternionis L. Sequentis folii averſa pagina exhibetur *Tabula ſermonū diſcipuli de ſanctis*, qui folio ſignato *M* 2 poſt auctoris prologum incipiunt, terminantur vero in columna tertia folii octavi quaternionis T. In quarta columna ejusdem folii *Incipit regiſtrū breue* alphabeticum materiarum ſermonum de ſanctis. Folio ſignato *U* 3 poſt auctoris prologum incipit promptuarium Exemplorum, quod terminatur in columna quarta folii ſignati gg. Accedit index materiarum alphabeticus, foliis ſex comprehenſus. Tum, præmiſſo prologo, incipit promptuarium de miraculis B. M. V. quod una cum tabula eidem adnexa terminatur in columna quarta folii ſeptimi quaternionis ii. In eadem ſubſcripta leguntur ſequentia: *Finit opus ꝑutile ſimplicibꝫ curā aīa4 gerentibus. ꝑ venerabilē z deuotū Johannem herolt ſancti Dominici ſectatorem ꝯfeſſum. de tp̄e z de ſanctis cū promptuario exemplo4 atq3 tabulis ſuis collectū Diſcipulus nuncupatū. Impreſſum argentine anno a chriſti natali octogeſimo nono. ſupra milleſimū quaterq3 centeſimū. Laus deo.* Folii ſequentis prima pagina non niſi *Abbreuiata*, i. e. Abbreviaturæ in opere adhibitæ leguntur. Inter undecim editiones, quas Cl. Gemeiner pag. 209. enumerat, noſtra non invenitur.

LXII S. Auguſtini Commentarius in Pſalmos. Baſileæ per Joh. Amerbach 1489. in Fol.

Operi præmiſſus eſt index materiarum alphabeticus foliis quatuordecim impreſſis comprehenſus. In prima folii primi quaternionis a pagina gothico charactere magno impreſſum legitur *Aurelii Auguſtini Prima Quinquagena*, commentarius ſc. in quinquaginta priores Pſalmos. In averſa pagina folii ejusdem *In explanationem libri pſalmoꝝ Diui Aurelij Auguſtini: p̄fatio Incipit.* Hanc ejusdem excipit prologus. Commentarius ipſe incipit Folio a 3, gothico charactere admodum luculento in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſus. Initiales literas parvas, paginarum inſcriptiones, e. g. *Pſalmus XV.*, & ſignaturas adjecit: cuſtodes vero, & numeri foliorum deſunt. Circa medium columnæ ſecundæ folii octavi quaternionis x *Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis epi: de q̄nquageſimo ꝛ vltimo p̄me Quinquagene pſalmo Tractat⁹ felicit᷑ explicit.* Similes leguntur ſubſcriptiones ad calcem duarum, quæ ſuperſunt, quinquagenarum. Inſuper vero ad calcem quinquagenæ tertiæ, præter alia, & hæc leguntur: — *Quāto vero ſtudio & acuratione caſtigatū: emendatū: & ordinatū ſit*; (hoc ſc. opus) *hi iudicēt qui illnd aliis ſimilibus ſibi: ſiue manu ſcriptis: ſiue ere impreſſis litteris contulerint. Conſūmatū Baſilee per magiſtrum Joannem de Amerbach. Anno domini. M. cccc. lxxxix.*

LXIII. *Copulata noue logice ſm viam Thomiſtaꝝ cum textu Areſtotelis*, ſeu libri ariſtotelis 1) duo priorum, totidemque poſteriorum. 2) Octo Topicorum. 3) Duo elenchorum cum commentariis ad mentem S. Thomæ Aquinatis ſtudio magiſtrorum Burſæ Montis Coloniæ 1489. Coloniæ, ut videtur in Fol.

Verba *Copulata* &c. leguntur in prima primi folii pagina gothico charactere magno impreſſa. Folio ſecundo opus ipſum incipit ſine titulo aut inſcriptione. Textus ariſtotelis charactere gothico admodum luculento, commentaria minutiſſimo pariter gothico in duabus columnis impreſſa ſunt. Paginarum inſcriptiones, ſignaturas, & foliorum numeros e. g. *Folio primo — Folio xv.* typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, & initiales literæ plerumque. Duo libri priorum foliis conſtant numeratis lxix. duo poſteriorum lxii. octo topicorum lxx. & inſuper majorem partem folii ſequentis primæ columnæ occupant. Duo Elenchorum xliii. Et in quarta quidem columna folii x'iii. ſequentia leguntur ſubſcripta: *Copulata in libros totius noue logice Areſtotelis diligenter viſa ſtudioſiſſime atq; corrogata ſm ↄceſſū magiſtroꝝ florētiſſime vniuerſitatꝭ Colonīēſis regentiū in burſa Lamberti de monte artium ac ſacre theologie ↄfeſſoris eximij. iuxta doctrinā inſignis ꝛ diuini doctoris Thome Aq̄natis. ordinis fratrū p̄dicatoꝝ finiunt*

*ciunt feliciter. Anno incarnatōis dñice. M. cccc. lxxxix.* Accedit index quæſtionum, qui folium ſequens integrum, & alterius folii primam paginam, non integram tamen occupat. Anno 1490. commentaria in logicam veterem iisdem typis impreſſa, & ab iisdem auctoribus elaborata prodierunt. Conf. N. VII. ad ann. 1490.

## LXIV. *Queſtiones mgri Johānis verſoris ſuper libros de celo ⁊ mūdo cū textu Areſtotelis* — ejusdem Quæſtiones ſuper quatuor libros Metheororum — item — *ſuper libros de generatōe ⁊ corruptōe cū textu Areſto.* 1489. in Fol.

Quæſtionibus ſuper celo & mundo in prima primi folii pagina titulus a ne recitatus gothico charactere magno præfixus eſt. Hæ foliis inde a folio ſecundo, quod numerum habet *fo. i.* numeratis conſtant liii. ultimum vero folium non eſt numeratum. Eſt vero decimum quinternionis hh. Folio primo ſexternionis *ii* incipit liber primus Metheororum cum commentariis. Hoc folium inſcriptionem habet *folio primo.* In columna ſecunda folii xlvi. *Expli it quartus liber metheoro4.* Alia ſubſcriptio non legitur adjecta. *Queſtiones magri Joānis verſoris ſuper libros de generatōe* &c. a præcedentibus ſeparari, & ſeorſim haberi poſſunt: ſunt vero typis iisdem, eidemque chartæ impreſſæ: cetera quoque omnia quæ ad externam ſpectant formam, ſunt prorſus eadem. Textus porro Ariſtotelis latinus charactere gothico ſatis luculento, commentaria vero minuto admodum impreſſa ſunt. Initiales literæ deſunt ubique, quemadmodum etiam cuſtodes: ſignaturas vero, paginarum inſcriptiones, & foliorum numeros typographus adjecit. In columna quarta folii xxxv. legitur: *Et ſic terminātur queſtiones verſoris ſup duos libros de generatione ⁊ corruptione Areſtotelis ſm cpceſſum ⁊ mentem eiuſdē verſoris diligentiſſime correcte. Anno incarnatōis dñice. M. cccc. lxxxix. penultimo die Maij.* Folio xxvi. Recapitulatio *ſecundi libri de generatione,* & *Auctoritates*, ſeu poſitiones primi & ſecundi continentur. Videntur hæc opera coloniæ impreſſa fuiſſe, ubi Johannes Verſor in Burſa montis philoſophicas tradidit diſciplinas.

## LXV. Opera Johannis Gerſon. Baſileæ per Nicolaum Keſsler 1489. Voll. 3. in Fol.

In prima cujusvis voluminis pagina titulus legitur charactere gothico majuſculo impreſſus: & quidem primi voluminis titulus eſt ſequens: *Prima pars operū Johannis de Gerſon.* Secundi: *Secunda pars operum Johannis de Gerſon.* Tertii: *Tertia pars operum Johannis Gerſon doctoris chriſtianiſſimi.* In averſa pagina folii ejusdem in ſingulis voluminibus exhibetur auctoris imago ligno inciſa, quam deſcripſi ad annum 1488. N. xxxviii. Folio ſecundo in primo quidem volu-

volumine poſt auctoris epiſtolam ad fratrem ſuum germanum, Ord. Ciſterc. & verſus, quibus imago auctoris depingitur, ſequitur *Cōpendioſa laus Johannis de Gerſon Cācellarij pariſieñ.* de cujus auctore & argumento quædam notatu digna excerpſi ad annum 1488. N. xxxviii. Hanc excipit *Anntatio* (ſic, pro annotatio) *titulorum operum* quæ non in primo tantum, ſed etiam in reliquis duobus voluminibus continentur. Ad calcem ſecundæ columnæ folii quarti *Finit tabula generalis ope4 Joh'is Gerſon.* In averſa pagina folii ejusdem non niſi ſequentes leguntur verſus:

*Fortis in eccleſia bellator maxime gerſon*
*Armatus gladio cingis ouile dei*
*Uiuunt ſcripta tua. q3uis ſint oſſa ſepulta*
*Omnibus exemplar ſedant imitabile doctis.*

Quinto demum folio Incipiunt *ova & tractatus mgri Johānis de Gerſon* &c. &c. Charactere gothico in duabus columnis impreſſa. Quæ de externa forma editionis ad annum 1488. recenſitæ ad notavi, eodem etiam fere modo ſe habent in editione præſenti. Initiales vero literæ parvæ in hac editione rariſſime deſiderantur, quæ in præcedenti plerumque deſunt. Ad calcem primi voluminis in fine columnæ ſecundæ folii octavi quaternionis 4 *Prima pars operum mgri iohannis de gerſon| ſacrarū l'rarum doctoris reſolutiſſimi| chriſtianiſſimiq3| cōplectēs tractat⁹ fidē ac ptātē eccl'iaſticā ɔcernētes| finit feliciter. Anno dñice natiuitat̄. 1489. menſis ẏo Marcij Idus quarto.* Secundi voluminis chartæ ſignatæ ſunt literis *A — Z* nec non *aA — lL.* In columna quarta folii quinti ternionis lL ſubſcriptio ſequens habetur: *Secūda pars operu3 dñi Joh'is Gerſon Cancellarij pariſieñ. doctoris chriſtianiſſimi reſolutiſſimiq3: continēs opuſcula ad mores accōmodata. Explicit felicit'. Anno ſalutis. M. cccclxxxix. Duodecimo ẏo kaleñ. mēſis Aprilis.* In indice tertio volumini præfixo nulla fit mentio opuſculorum Petri Ailliacenſis, Nicolai de Clemangis, aliorumque, uti in editione ad annum 1488. Deſunt vero in utraque editione. Signaturæ chartarum in tertio hoc volumine ſunt *aa — ʒʒ*, & *Aa — Zʒ*. In columna ſecunda folii noni quinternionis Zʒ *Finiūt opera cancellarij pariſienſis doctor' chriſtianiſſimi magiſtri Johannis de Gerſon. que vt frugē lectori vberrimam ferant| emēdatiſſima lima caſtigata fuere Anno dñi. Mcccclxxxix. xij. kal'. mēſ Aprilis.* Subjecta ſunt typographi inſignia, & decem diſticha, quorum quatuor priora eadem ſunt, quæ ad calcem leguntur operis ad annum 1488. N. XIX. recenſiti. Recitabo igitur ſex poſtrema diſticha:

*Difficile eſt dictu q3ta eſt adiecta labori*
*Cura| ingenſq3 opera: ⁊ ſolicitudo frequens.*
*Uſq3 adeo ut facile his: cedant ſine murmure queuis*
*Preſſa prius: morum ſint monimenta licet.*
*Comperiet preſens quicquid queſiſſe neceſſe eſt*
*Peregrini q3uis nomen vbiq3 gerat*
*Unde a re ſumpſit Gerſon cognomen honeſtum*
*Quodſi tranſſertur: aduena ſignificat.*

*Huius*

*Huius (teſte deo) virtus ſup auerat omne*
*Hic calamus laudis| quod ſibi ferre valet.*
*Doctrina q̄ȝtus fuerit: qȝtum arte ępſundus*
*Edita que fecit plurima ſcripta docent.*

Tertio volumini in noſtro quidem exemplari ſubnexum eſt ſeorſim impreſſum, *Inuentariū eorum que in operibus Gerſonis continentur*, ſeu index materiarum alphabeticus, foliis impreſſis 45. conſtans. Index iſte in editione ad annum 1488. recenſita & in editione ſequenti volumini primo eſt præfixus.

## LXVI. Operum Johannis Gerſon Volumina, ſeu Partes II. 1489. in 4. maj.

Præmiſſum eſt *Inuentariū eorum que in operibus Gerſonis continentur.* In averſa ejusdem primi folii pagina auctoris imago ligno inciſa ſub habitu viatoris conſpicitur. Folio ſecundo inventarium, ſeu index materiarum alphabeticus incipit in duabus columnis gothico charactere impreſſus, & in columna ſecunda folii duodecimi ſexternionis F terminatus. Poſt indicem hunc *Prima pars operū Johannis Gerſon* incipit. In averſa pagina ejusdem folii auctoris effigies ſub habitu viatoris exhibetur. In ſequenti folio poſt auctoris epiſtolam ad fratrem ſuum germanum & verſus, quibus effigies depingitur, incipit *cōpendioſa laus iohannis de gerſon* &c. de cujus auctore, & argumento quædam dixi ad annum 1488. N. xxxviii. Hanc excipit *Annotatio tituloruȝ* operum in tribus hujus editionis partibus contentorum. Quinto demum folio *Incipiunt opa & tractatus* &c. gothico charactere minutiori in duabus columnis impreſſa. Paginarum inſcriptiones, initiales literas parvas (has plerumque ſaltem) & ſignaturas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes & foliorum numeri. Ad calcem primæ columnæ folii ultimi *Prima pars operuȝ magiſtri Johannis de gerſon, ſacraꝝ litterarum doctoris reſolutiſſimi, xpianiſſimiqȝ, complectens tractatus fidem ac ptātem eccleſiaſticam concernentes, finit feliciter. Anno dominice natiuitatis.* 1489. *menſ. vero Decembris. x. kls.* In prima primi ſecundæ partis folii pagina legitur: *Secunda pars operum Johannis de Gerſon:* in averſa pagina ejusdem folii Gerſonis effigies exhibetur. Folium ſecundum titulos tractatuum & Epitaphium auctoris continet. Tertio demum folio *Incipiūt regule morales eiuſdem.* Chartarum ſignaturæ ſunt A - Z. & a A - n N. In quarta columna ultimi folii impreſſi *Secunda pꝫ operū dn̄i Joh'is Gerſon Cancellarij pariſieñ. doctoris chriſtianiſſimi r̄ſolutiſſimiqȝ cōtinens opuſcula ad mores accommodata Explicit feliciter. Anno ſalutis. M. cccc. lxxxix. Quinto nonas Auguſti.* Volumen tertium hujus editionis deeſt.

LXVII. Alexandri de Tartagnis de Imola Commentaria in primam & ſecundam partem Infortiati. Venetiis per Bernardinum de Tridino. Vol. I. anno 1489. Vol. II. 1490. in Fol. magn.

Volumen utrumque titulo caret. In prima columna prioris tituli loco legitur: *Soluto matrimonio quēadmodum dos petatur. Rica.* in prima vero columna poſterioris: *De legatis primo.* Volumen utrumque gothico charactere ſatis luculento in duabus columnis præſtanti & magnæ chartæ impreſſum eſt. Typographus ſignaturas, (in Vol. I. ab AA — XX. in Vol. II. ab AAA - XXX) initiales literas parvas, foliorum numeros arabicos, paginarum inſcriptiones, & ad calcem quartæ columnæ cujusvis folii etiam cuſtodes typographus adjecit. Primum cujusvis voluminis folium vacuum eſt, & numero caret impreſſo. In primo volumine multi occurrunt errores typographici in numeris foliorum. Et folia quidem poſtrema quinque numeros habent 76. 77. 78. 79. 80. (pro 158. 159. 160. 161. 162.) Paulo ante medium ſecundæ columnæ folii 80. (revera 162.) primum hæc leguntur: *Excellentiſſimi vtriuſq3 iuris Monarche dñi. Alexādri de Tartagnis de Imola ſuper prima infortiati parte videlicet ſup titulo ſo. ma. de lib. ꝛ poſt. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ acquis. here.* Tum vero ſequentia: *Impreſſum Uenetijs per magiſtrum Bernardinu3 de Tridino de Monteſerrato anno dñi. M. ccccIxxxviiij. die xviij. mēſis. Martij.* Accedit in eadem columna *Regiſtrū* (chartarum) *huius operis.* Ad calcem ſecundi voluminis circa finem columnæ quartæ folii 165. ſequentia leguntur ſubſcripta: *Hic finiūt apoſtille excellentiſſimi doctoris dñi Alexandri Tartagni Imolenſi ſup ſecunda infortiati. Impreſſa4 venetijs per magrm. Bernardinum de Tridino de Monteſerrato anno. domni* (ſic) *M. cccc xc. die vij. menſis mai.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* Ejusdem auctoris commentaria in digeſtum vetus anno 1489. ab eodem typographo impreſſa recenſui ad h. a. N. LV.

LXVIII. Alexandri de Tartagnis de Imola commentaria in digeſtum novum, cum Apoſtillis ejusdem ad Bartolum. Venetiis per Bernardinum de Tridino Volumen I. anno 1489. & 1490. Vol. II. 1489 & 1490. in Fol. magn.

In fronte primæ columnæ *Incipit lectura excellētiſſimi legu3 Monarche domini Alexandri de imola ſuper pma parte ff. noui. Et pmo de noui operis nunciatione Rica.* Impreſſa eſt charactere gothico in duabus columnis magnæ & præſtanti chartæ. Initiales literas parvas, paginarum inſcriptiones, foliorum numeros arabicos, ſignaturas, & ad calcem columnæ quartæ folii 155. *Explicīūt apoſtille dñi Alexandri de imo. ad bar.* (tolum) *ſup pma parte digeſti noui in his ſolū titulis ꝛ locis vbi ordinarie nō legit. Impſſe venetiis p mgrm. Bernardinū*

*de*

*de Tridino de monteſerato ãno dñi. M. ccccxc. die xiij. menſis mai.* Accedit in eadem columna *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* Folium ſequens vacuum eſt. Folio autem 157. incipiunt *Reportata* — *Alexandri de Tartagnis de Imol. ſup. ti. ff. de re iudic.* (ata) &c. Ad calcem columnæ quartæ folii 212. legitur: *Expleuim⁹ deo auctore reportata* — *Alex. d' tartagnis de imol. ſup titulo d' re iudicata cum additionib⁹ oportunis. ⁊ p ɔñs ſup totã pma. ff. noui parte Impſſũ venetijs p mgr̄m Bernardinũ de Tridino de mõteſerrato ãno dñi. M. cccclxxxviiij. die. xij. mẽſis d'cẽbris.* Volumen ſecundum ſine ullo titulo incipit verbis: *De verborum obligationibus.* ℞ica. In columna quarta folii 96. *Explicit lectura famoſiſſimi* — *Alexandri Imoleñ. ſuper ſecũda parte. ff. noui. Impreſſa venetiis p magiſtrũ Bernardinũ de Tridino de Mõteſerrato. Anno dñi. M. cccc. lxxxix. die xv. Septembris.* Folio ſequenti *Apoſtille ad Bar.* (tolum) — — *incipiunt.* In ſecunda columna folii 156. eſt *Finis apoſtillarũ* — *ſuper ſecũda parte ff. noui. Impreſſarum Uenetijs per. magiſtrũ. Bernardinũ de Tridino de Mõte ferrato. Anno dñi M. ccccLxxxx. die viij. menſis Januarij.* Accedit in eadem columna *Regiſtrũ* (chartarum) *huius operis.*

## LXIX. Alexandri de Tartagnis de Imola commentaria in primam & ſecundam partem codicis cum ejuſdem additionibus ſeu apoſtillis ad lecturam Bartholi in codicem. Venetiis per Bernardinum de Tridino 1489. & 1490. in Fol. magn. Voll. 2.

Pars, ſeu Volumen primum ſine ullo titulo incipit a *Rubrica de edendo.* Exterior forma operis hujus eadem eſt cum immediate præcedenti. *Excellentiſſimi* — *Alexandri de Imola lectura ſuper prima parte Codicis finit feliciter* poſt medium columnæ quartæ folii 64. Folio 65 Incipiunt *additiones ſeu apoſtille* &c. In ſecunda columna folii 90 eſt *Finis Apoſtillarum* — *ſuper pma parte. C. impreſſarum venetiis per Magiſtrum Bernardinuʒ de Tridino de Monte ferrato. Anno dñi. Mccccxc. die xviiij. menſis aprilis.* Accedit in eadem columna *Regiſtrũ huius operis*, ſc. chartarum. Primum folium impreſſum voluminis ſecundi per errorem typographi numerum 90. pro 91. tertium 92. pro 93. quartum 93. pro 94. habent. Et ſic deinceps numeri foliorum continuantur. In columna quarta folii 184. *Explicit lectura* — *ſuper ſecunda parte. C. Impreſſũ Uenetiis p magiſtrũ Bernardinũ de tridino de monte ferrato Anno dñi. M. cccclxxxix. die. xxxi. menſis aprilis.* In quarta itidem columna folii 206. *Finiunt apoſtille dñi Alexandri de Imela* (ſic) *ſup ſecunda parte Codicis. Impreſſe venetijs per magiſtrũ Bernardinũ de Tridino de mõteſerrato. anno dñi. M. ccccxc. di. xxij. aplis.* Accedit in eadem columna *Regiſtrũ* (chartarum) *huius operis.*

## LXX. Canonis Avicenne Libri Quinque. Venetiis per Dionyſium Bertocum 1489. & 1490. in Fol. magn.

Primum folium, forte vacuum, noſtri exemplaris deeſt. Folia duo ſequentia præfationes, & ſingulorum ordine capitum libri primi titulos complectuntur, cujusmodi tituli reliquis etiam libris præfixi ſunt, excepto libro quinto. Folio ſignato a 4. opus incipit gothico charactere admodum luculento & perpulchro in duabus columnis præſtantiſſimæ chartæ impreſſum. Paginarum inſcriptiones, ſignaturas, & initiales literas parvas typographus adjecit. Deſunt vero cuſtodes, & foliorum numeri. Ad calcem columnæ quartæ folii decimi quinternionis g legitur: *Expletus ē liber p̄mus canonis quē p̄nceps aboali Abinſceni de medicina edidit: īpreſſus venetijs p̲ Dionyſiuꝫ Bonon̄.* (Bertocum, ut ex aliis ſubſcriptionibus patet) *Anno chriſti opti. M. cccc.* lxxxix. *die vj. nouemb'. Amen.* Ad calcem libri ſecundi in quarta columna duernionis p ſimilis legitur ſubſcriptio ſine adjecta anni nota, cum expreſſa vero loci & typographi nota, *Impreſſus Uenetijs per Dionyſium Bertocum.* Paulo longior eſt ſubſcriptio ad calcem libri tertii in fine columnæ ſecundæ folii ſexti ternionis 𝔛. cujus ultima tantum verba adſcribam: *Imp̄ſſus Uenetijs p̲ Dionyſiuꝫ Bertochū. Anno xp̄i optimi. M. cccc. lxxxx. vij. menſis aprilis.* Ad calcem columnæ quartæ folii decimi quinternionis II: *Explicit liber q̄rtus canonis Auicēne. Deo gr̄as.* Quæ in fine libri quinti, circa finem columnæ quartæ folii decimi quinternionis MM leguntur, omnia huc adſcribam: *Completus eſt liber quintus libri canonis qui eſt antidotarium ſenis regis aboali haſſen filii hali abinſceni. Et eius · complemento completus eſt liber totus.* Interjecto ſpatio: *Impreſſus vero Uenetie* (ſic) *per Dionyſium Bertochum. Anno a natiuitate Domini. M. cccc.* lxxxx. *regnāte inclyto principe Auguſtino barbadico.* His ſubjecta ſunt duo diſticha:

*Quattuor impreſſi precedunt ordine libri.*
*Ultimus hic ſequitur qui tenet antidota.*
*Ruminat hec Petrus medice, doctiſſimus artis.*
*Interpres: Mutius corrigit hec eadem.*

Avicennæ libellus de viribus cordis ſequentia occupat ſex folia, & *Expletus eſt — — Impreſſuꝫ Uenetijs per Dionyſium Bertocum Anno dn̄i. M. cccc.* lxxxx. Accedunt alphabetico ordine voces peregrinæ, cum earundem explicationibus foliis ſex, & parte primæ paginæ ſeptimi folii comprehenſæ. Ad calcem denuo hæc ſubſcripta leguntur: *Hoc* (ſic) *loci conſumatur vniuerſum opus hiſpalenſis principis Auicenne qd' in ſacris medicinis cōpoſuit Anno ſaluatoris Chriſti Jeſu. M. cccc.* lxxxx. *die. x. mēſis ſeptēbris. Impreſſuꝫ venetijs opere ⁊ impenſis Dyoniſij berthocum.* (ſic) Averſa ejusdem folii pagina Regiſtrum chartarum, & typographi inſignia exhibet.

**LXXI.** *Incipiunt aphoriſmi excellentiſſimi Raby Moyſes ſecundum doctrinam Galieni medicorum principis.* Bononiæ impenſis Benedicti Hectoris librarii: opera vero Platonis de Benedictis 1489. Accedunt iisdem typis impreſſi *Amphoriſmi* (ſic) *Johannis damaſceni*, & Raſis, nec non ipſius Hypocratis Prognoſtica, quæ in ejus ſepulchro Capſulæ eburneæ jactantur inventa fuiſſe. in 4.

Verba *Incipiunt* — *principis* leguntur in fronte primæ paginæ, quæ mox excipit Prologus, romano charactere, quo ipſum opus præſtanti chartæ impreſſus. Signaturas ab a — r, paginarum inſcriptiones, e. g. *Particula* — *Prima*, vel *Prima* — *Particula*, vel *Particula* — *xxij.* & plerumque initiales literas parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, & foliorum numeri deſunt. Faſciculi omnes quaterni ſunt, excepto r ultimo, qui ternus eſt. In averſa pagina quinti folii ternionis r ſequentia leguntur ſubſcripta: *Bononie ipreſſum impenſa Benedicti Hectoris librarii: Opera uero Platonis diligentiſſimi impreſſoris Bononienſium Anno gratie. M. cccc. lxxxviiii. quarto calendas Junii.* Accedit *Regiſtrum* chartarum. Folium ſextum hujus ternionis vacuum eſt. *Amphoriſmi* (ſic) *Johannis damaſceni* & Raſis, nec non Prognoſtica Hipocratis a præcedentibus ſeparari, & ſeorſim haberi poſſunt. Sunt vero iisdem literis & eidem chartæ impreſſi. Videntur proinde eodem anno ſimul cum præcedentibus Aphoriſmis Rabi Moſis prodiiſſe in lucem, quod ex ſubſcriptione mox recitanda, me quidem judice, manifeſtum eſt. Chartæ literis A - C, quaternis, ſignatæ ſunt. Ad calcem paginæ primæ quaternionis C ſequentia leguntur ſubſcripta: *Expliciunt amphoriſmi* (ſic) *Rabi moyſes & amphoriſmi Johanniſ Damaſceni & amphoriſmi Raſis cū pronoſticis ypocratis q̄ fuerunt inuenta in ſuo ſepulchro in capſa eburnea diligētiſſime Bonouie* (ſic) *impreſſi: impenſa Benedicti hectoris librarii: cura uero Platonis de Benedictis ſtampatoris acuratiſſimi.* (ſic) ¶ *Finis.* ¶ *Laus deo.* Præter hæc nihil legitur adjectum.

**LXXII.** *Aurelii Auguſtini opuſcula plurima.* Argentinæ per Martinum Flach 1489. in Fol. min.

Titulus iſte in prima primi folii pagina legitur charactere gothico majuſculo impreſſus. Folio ſecundo incipit index tractatuum, in hac editione contentorum, & argumenta brevia capitum eorum operum, quæ paulo majora ſunt, e. g. Meditationum, ſoliloquiorum. Folio ſeptimo *Meditationes diui Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis* ſc. incipiunt. Priora ſex folia non ſunt numerata: ſeptimum vero, & ſequentia numeros habent, e. g. *Foliū I.* — Fo. XLI. Titulos etiam opuſculorum in ſuperiori margine averſæ paginæ, initiales literas parvas, & ſignaturas ab a — ʒ. nec non ab A — Q typographus adjecit: cuſtodes vero deſunt.

deſunt. Singulæ paginæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Character gothicus eſt ſatis luculentus. In quarta columna folii ſeptimi Q. *Aurelii Auguſtini Hipponēſis epi: ac doctorꝭ eccleſiæ ſanctiſſimi piter ꝛ pſpicaciſſimi: plꝰimoꝝ opuſculoꝝ nec non vitæ eiꝰ a Poſſidonio ꝯſcriptæ: impenſis ꝛ opa Martini flach Argentinæ accuratiſſime impreſſoꝝ Finis Anno a natiuitate ſaluatorꝭ nr̄i. M. cccc. lxxxix. xiii. kalendas Apriles.* Accedunt in eadem columna quinque diſticha, quibus hæc opuſcula emtoribus commendantur.

LXXIII. *Ad reuereudiſſimum. d. d. Franci. de Piccolominibus. Sacr. San. Ro. eccle. Cardinalem Diaco. Senene*ʒ (ſic) *eccl'. Firmane Adminiſtra. ꝑpetuum tractatus de Gabelis ſeu vectigalibꝰ ꝑ.lariſ. v. i. doc. d. Joan. Bertachinum de firmo Aduoca conſiſtoria. editꝰ ꝛ dicatus.* Venetiis per Bapt. de Tortis 1489. in Fol. max.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte averſæ paginæ folii primi. His ſubjecta dedicatio viginti & uno diſtichis comprehenſa. Folio ſecundo poſt *Proemium* auctoris tractatus ipſe incipit charactere gothico in duabus columnis præſtanti chartæ impreſſus. Signaturas, foliorum numeros arabicos, & plerumque initiales literas parvas typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, & paginarum inſcriptiones. Circa medium columnæ ſecundæ folii 20. legitur: *Uenetiis per Baptiſtā de tortis anno. M. ccccłxxxviiij. xiii. menſis martii.* Subjecta ſunt Regiſtrum chartarum, & typographi inſignia.

LXXIV. *Eximii ac excellentiſſimi iuris vtriuſqʒ doctoris domini Ludouici pontani de Roma nec nō profunde memorie repetitio: ſuper notabili auctētica* (ſic) *ſimiliter: ſumpta ex §. ſin auteʒ heres ī autē. de eccl. titu. col ix. poſita ſuper l. in teſtamento. C. ad. l. falcidiaʒ. in qua non minus copioſe qꝫ eleganter omnia pie cauſe priuilegia recolegit.* (ſic) — *Impreſſum Papie per Chriſtoforum de canibus anno dn̄i. M. cccc.* lxxxviiii. *die xv. decembris.* in Fol.

Verba *Eximii* — *recolegit* in fronte primæ columnæ primi folii *Impreſſum* vero — *decembris* ad calcem columnæ ſecundæ folii decimi octavi ejusque ultimi leguntur. Opuſculum charactere gothico in duabus columnis impreſſum eſt. Caret cuſtodibus, numeris foliorum, & paginarum inſcriptionibus: habet vero in fronte initialem literam parvam, & ſignaturas a. b. c.

LIBRI

# LIBRI

## NOTA ANNI IMPRESSA CARENTES,

QUORUM

PLERIQUE OCTAVO AUT NONO SÆCULI XV. DECENNIO, OMNES VERO ANTE ANNUM 1500. IMPRESSI VIDENTUR.

## CLASSIS I.

LIBROS COMPLECTENS NOTAM LOCI, VEL TYPOGRAPHI, VEL UTRIUSQUE IMPRESSAM HABENTES.

**CLIX.** *Confeſſionale ſeu Interrogatorium Reuerendi patris fratris Jacobi philippi* (Foreſti, a ſolo natali vulgo dicti, Bergomenſis) – *Impreſſum Uenetiis ꝑ Bernardinuȝ Benaliū.* in 4.

In averſa primi folii pagina *Frater Jacobus philippus Bergomenſis ordinis Eremitaꝝ* (ſc. Sancti Auguſtini) *pr̄i ſuo Reuerēdo religiōe pietateqȝ ac ſanctimonia inſigni Joanni marie dn̄ici veneto benemerito generali canonicoꝝ Regulariuȝ Sancti Saluatoris. S. P. in domino Jeſu* ſc. dicit, & hoc opus manuſcriptum transmittit. Clauditur his verbis: *Tui autem muneris offitium erit agere cum īpreſſorib⁹ vt ꝛ ceteri tue religionis filii ꝑticipes fiant.* Epiſtolam hanc dedicatoriam tabula excipit materiarum, in averſa pagina folii quarti terminata. Folio quinto, ſeu primo inter numerata opuſculum incipit, charactere gothico firmiſſimæ chartæ impreſſum. Præter paginarum inſcriptiones, & numeros typographus ſignaturas etiam, & cuſtodes, hos quidem ad calcem foliorum, quæ ſignata ſunt, nec non folii ultimi quaternionum, typographus adjecit. Ad calcem primæ paginæ folii lxviij. tantum hæc leguntur: *Impreſſum Uenetiis ꝑ Bernardinuȝ Benaliū.* Porro typographus iſte duobus ultimis Sæculi XV. decenniis inter typographos venetos inclaruit. Ex epiſtola dedicatoria diſcimus, auctorem hoc opus poſt editum jam ab ipſo Supplementum Chronicarum compoſuiſſe. De Supplemento autem iſto, ipſoque ejus auctore ſcitu neceſſaria dicentur ad ann. 1492. N. XXII.

**CLX.** *Hoc in uolumine continentur. Bernardi Juſtiniani Oratoris Clariſſimi Orationes Eiuſdem non nullæ Epiſtolę. Eiuſdem traductio in Iſocratis libellum ad Nicoclem Regem. Leonardi Juſtiniani Epiſtolæ.* Venetiis per Bernardinum de Benaliis, ſeu Benalium. in Fol

Titulus, quem recitavi, legitur in prima primi folii pagina eodem charactere, quo opus ipſum, romano nimirum plane elegantiſſimo, impreſſus. In fronte folii ſecundi novus quaſi titulus legitur: *Bernardi Juſtiniani Patricii Veneti Senatorii Equeſtriſq3 ordinis uiri ampliſſimi oratoriſq3 Clariſſimi: Eiuſdem Orationes & Epiſtolæ. Sequitur autem* immediate *Viri Patricii Leonardi Juſtiniani Veneti Oratio habita ĩ funere Caroli Zeni conciuis ſuis.* (ſic) Hanc vero excipiunt Bernardi orationes variis occaſionibus, imprimis legationum, quibus Reipublicæ Venetæ nomine pluribus perſunctus eſt, habitæ, & opera alia in titulo deſignata, quæ quidem omnia foliis 66. comprehenſa ſunt. Ad calcem primæ ultimi folii paginæ primo quidem capitalibus literis impreſſum legitur: *Laus Omnipotenti Deo.* Tum vero: *Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium.* Deſunt cuſtodes. numeri, & inſcriptiones paginarum: ſignaturas vero, & initiales litteras parvas typographus adjecit. Auctoris vitam præter alios ſcripſit *Niceron* in *Memoires* &c. Tom. VII. qui animadvertit, opera hæc anno 1492. una cum auctoris ejusdem hiſtoria veneta prodiiſſe. Pluribus quippe hiſtoriæ hujus, anno 1492. ab eodem typographo impreſſæ, exemplaribus hæc quoque opuſcula eſſe adnexa. Hiſtoriam venetam anno 1492. impreſſam Orlandi excitavit: horum vero opuſculorum non meminit.

**CLXI.** *P. Ouidii Metamorphoſis cum integris ac emendatiſſimis Raphaelis Regii enarrationibus & repræhenſione illarũ ineptiarũ: quibus uitimus Quaternio primæ editionis fuit inquinatus.* Venetiis per Bernardinum Benalium. in Fol.

Verba tituli loco recitata leguntur in prima primi folii pagina. Averſa folii ejusdem pagina primo quidem *Priuilegium Raphaeli Regio* conceſſum, ne quis alius, quam quem ipſe elegerit, typographus ejus opera in univerſa ditione veneta aut imprimat, aut impreſſa vendat, ſtatuta quinquaginta Ducatorum pœna in eos, qui hoc attentaverint: deinde vero commentatoris Præfationem ad lectorem continet. Porro in hac præfatione adfirmat, enarrationes ſuas in Quintilianum, & Ovidii Metamorphoſin *ſuperiori anno perfidia cuiuſdam librarii ſe* inſcio emiſſas, easque, præſertim in ultimo quaternione per malignum quemdam, vel certe fatuum mirum in modum depravatas fuiſſe. Quare ſe novam earundem enarrationum editionem adornandam curaſſe. Quis fuerit perfidus iſte librarius, ipſemet in Epiſtola ad Paulum Cornelium Patritium Venetum,

in fine adjecta, declaravit; fuit nempe Octavianus Scotus, typographus, vel librarius potius venetus celeberrimus, cujus ſumptibus complures libri venetiis excuſi ſunt. Folio ſecundo *Ad Illuſtriſſimum Mantuæ principem Franciſcum Gonzagam Raphaelis Regii enarrationum in Ouidii Metamorphoſin præfatio* incipit ſcripta *Venetiis Nonis Septēbribus M. cccc. lxxxxxiii.* Hanc excipit Ovidii vita & *Index eorum quę quoq3 in libro* metamorphoſeos Ovidii continentur. Folio ſeptimo opus ipſum incipit, eleganti charactere romano impreſſum, textus quidem Ovidii paulo majori, Commentaria minori. Initiales literas parvas, ſignaturas, & paginarum inſcriptiones, e. g. *Liber Quartus*, typograpus ipſe adjecit, cuſtodes vero, & paginarum numeri deſunt. In fine adnexa ſunt 1) *Raphaelis Regii repræhenſio quorundam ex foediſſimis erroribus quibus ultimus quaternio primæ editionis fuit inquinatus.* 2) Ejusdem epiſtola ad Paulum Cornelium Patricium Venetum. In averſa pagina folii ultimi inter impreſſa, quod eſt tertium duernionis x: legitur: *Laus omnipotenti deo. Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium.* Accedit *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis.* Quamvis hæc editio nulla anni nota inſignita ſit, haud tamen dubitandum videtur, quin anno 1494. prodierit in lucem. Nam editio ſumptibus Octaviani Scoti curata, prima illa, ſed ſpuria, invito auctore emiſſa in lucem, prodiit Venetiis anno 1493. Conf. *Orlandi* pag. 35. & *Maittairii* Tom. I. pag. 561. Hanc igitur, cum *anno ſuperiore* Raphael Regius in Præfatione ad Lectorem prodiiſſe affirmet: neceſſe eſt: præſentem hanc noſtram anno 1494. excuſam fuiſſe. Eſt ea certe notatu digna vel hoc ſolo nomine, quod prima ſit genuina ab ipſo Raphaele Regio adornata. Meminit hujus noſtræ editionis Maittaire Tom. I. pag. 560. in not. 1. Adfirmat vero, eam ad annum 1493. pertinere, forte, quod epiſtola Dedicatoria ſcripta ſit anno 1493. nonis Septembris. Verum anno primum 1494. noſtram prodiiſſe, & quidem ſine adjecta anni nota, patet ex hactenus a me dictis.

## CLXII. Caii Plinii Secundi 1) Epiſtolarum libri octo. 2) Panegyricus Trajano Auguſto dictus. 3) Liber de viris Illuſtribus (quem tamen Aurelii Victoris eſſe eruditiores hodie quidem non dubitant) per Antonium Moretum. in 4.

Folium primum vacuum eſt. In fronte ſecundi
*C. Plinii Secundi Novocomenſis Oratoris Epi*
*ſtolarum Liber Primus.* ſc. incipit.
romano charactere, & præſtanti chartæ, ut reliqua omnia, impreſſus. Signaturas ab a — n. & ab A — C. typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, foliorum numeri, inſcriptiones paginarum, & initiales literæ. Ad calcem paginæ verſæ folii quinti quaternionis m eſt
*C. Plinii Secundi Novocomenſis Oratoris Epiſtola*
*rum Libri Octaui & Vltimi. Finis.*

In

In fronte autem folii ſequentis

*C. Plinii Secundi Novocomenſis Panægyri
cus Traiano Auguſto Dictus.* ſc. incipit.

Terminatur panegyricus iſte in prima pagina folii ſexti ternionis *n*. In averſa vero folii ejusdem pagina ſequentia leguntur: *Hoc in Volumine hæc continentur. C. Plinii Secundi Nepotis Nouocomenſis Epiſtolarum Libri octo. C. Plinii Secundi Nouocomenſis Panægyricus Neruæ Imperatori dictus. C. Plinii Secundi de Viris Illuſtribus Liber*, qui ſequitur, chartis impreſſus ſignatis A. B. & C. atque in prima folii ſexti ternionis C pagina terminatus, in eadem legitur:

*Marcelli Philoxeni ad Antonium Moretum Epigramma:*

*Omnibus hæc q nunc tam recte impreſſa leguntur*
*Quod mendoſa libri littera nulla uiget:*
*Antoni Morete fuit tua cura: laborq3*
*Namq3 faues claris ſedulis* ( ſic pro ſedulus ) *ingeniis.*
*Quiſquis amat ueteres: grates tibi ſemper habebit:*
*Et debet ſtudio Plynius ipſe tuo.*

Antonius Moretus ſecundum *Orlandi* in *Origine E Progreſſi della Stampa* pag. 58. Venetiis typographicam artem exercuit. Hæc Plinii editio, Bibliographis, quos quidem conſului, incognita, ſatis tamen adcurate facta fuiſſe videtur.

**CLXIII.** *Oratio de eligendo Summo Pontifice: habita Rome in Eccleſia ſancti Petri ad ſacratiſſimum Senatum Cardinalium. Innocentio Octauo demortuo: per R. in chriſto patrem Bernardinum Caruaial. Paceñ. Epiſcopum: Regis & Regine Hiſpanie Oratorem: die tranſfigurationis dominice, ſexta Auguſti M. cccc. xcij.* Impreſſ. Lipſiæ per Gregorium Bœttiger. in 4.

Titulus a me recitatus in prima primi folii pagina impreſſus charactere germanico, quo & ipſa oratio, decem conſtans foliis impreſſa eſt, legitur. Auctor thema elegit ex Michææ Cap. VII. *Ne leteris inimica mea ſup me: ſi cecidi, conſurgam.* Agit vero tribus partibus 1) de Innocentio VIII. 2) De Sede Pontificia vacante. 3) De Romana Eccleſia, cujus miſerrimam, qualis tum quidem, teſte oratore, fuit, conditionem amaris deflet lachrimis, & vivis depingit coloribus, reſtauranda. Typographus paginas ſignavit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In fine hæc tantum leguntur impreſſa: *Impreſſum Liptzg per Gregoriū Böttiger.* Si non eodem, quo habita, anno, certe non diu poſt hæc impreſſa videtur oratio. Leichius de Orig. & Increment. Typograph. Lipſ. pag. 66. eam incunctanter ad annum 1492. retulit.

CLXIV.

## CLXIV. Nicolai de Tudeſchis vulgo *Abbatis* Siculi, commentaria in 4. & 5. Libros Decretalium. Venetiis per Joh. de Colonia & Joh. Manthen de Geretzem. in Fol.

Opus ſine ullo titulo incipit circa medium columnæ primæ primi folii his herbis: *Rcca de ſponſalibꝫ ꝛ mrimoniis.* Impreſſum eſt charactere gothico in duabus columnis chartæ omnino præſtantiſſimæ, quæ latiſſimos habet margines. Deſunt cuſtodes, ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum: litteras vero initiales parvas typographus adjecit. Ad calcem commentariorum in quartum librum decretalium ſequentia leguntur ſubſcripta

*Hec lectura quarti libri decretaliuꝫ tra*
*dita in ciuitate Senaruꝫ per uirum in*
*ſignem & famoſum doctorem dominum*
*Nicolaum Siculum finem hic prebet*
*Et ſequit᷑ eiuſdeꝫ lectura ſuper quarto* (ſic, pro *quinto*)

Lectura ſuper quinto libro in fine hanc habet ſubſcriptionem:

*Explicit lectu. dñi Abba. ſup 4° ꝛ 5° decretal᷑. venetijs ip̄ſa*
*prouiſione Joh'is de Colonia ac Joh'is mãthẽ de gerretzem.*

Vix dubitandum videtur, quin hæc commentaria intra annos 1470 - 1480 lucem aſpexerint, forte cum commentariis in reliquos Decretalium libros.

# CLASSIS II.

### LIBROS COMPLECTENS, QUI PROPTER TYPORUM CONVENIENTIAM, ALIASQUE RATIONES PROBABILES UNI ALICUI EX TYPOGRAPHIS JAM COGNITIS VIDENTUR ADSCRIBENDI.

*Gunthero Zainer*, typographo Auguſtano celeberrimo, opus ſequens adſcribere nullus dubito.

## CLXV. Der Schwaben-Spiegel. Theodiſce. In Fol. magn.

In prima primi folii pagina præfatio legitur, quæ incipit:

In dem namen des höchſten ri
chters Criſti vnſers herren.
Es ſchreipt ſanctus Paulus
zů den römerē an dem xiij. capitel
vnd ſpricht Ein yeglich ſele ſol
vndertenig ſein den höheren ge
wälten wañ es iſt kein gewalt
dañ allein võ got &c. &c.

In præfatione hac ſequens occurrit locus: nit vmb ſünſt tregt dʒ ſchwert der diener gottes. als der bapſt das geiſtlich, vnd der keiſer daʒ weltlich ſchwert — — Als der heilig Conſtantinus vñ groſʒ keyſer karel, vnd keiſer friderich der ander, vnd auch all and durchleuchtigeiſt keyſer.. Videtur ex hoc loco colligi poſſe, opus hoc ſub Friderico Secundo Imperatore, qui imperii habenas moderatus eſt ab anno 1218 — 1250, fuiſſe compoſitum. Haud enim alia ex ratione præter Conſtantinum & Carolum magnum hujus facta eſſe mentio videtur, quam quod eo regnante opus prodierit. Sed mea hæc tantum conjectura, quam neſcio, an quis alius ante me probaverit, aut a me prolatam probaturus ſit. In averſa pagina ejusdem folii Hie hept ſich an daʒ lantrecht bůch hie nachgeſchriben. Sequitur autem immediate regiſtrum, ſeu brevia ſingulorum ordine capitum argumenta, quæ in columna ſecunda folii ſexti terminantur. In averſa pagina hujus folii figuram videre eſt ligno inciſam, quæ Imperatorem ſedentem, ſeptem imperii electores ſtantes, ac clericum & laicum in genua provolutos exhibet. Tandem folio ſeptimo

Hie hept ſich an dʒ lantrecht
bůch hie nachgeſchriben.

Impreſſum eſt literis admodum pinguibus, quibus Guntherus Zainer frequenter eſt uſus, e. g. in libris Faſc. I. pag. 26. & pag. 123 — 127. impreſſis. Hinc nullum eſt dubium, quin ex ejusdem typographia prodierit. Quæ etiam Clariſſimi Panzeri in den Annalen der åltern deutſchen Literatur pag. 30. ſententia eſt. Paginæ ſingulæ in duas columnas diſtinctæ ſunt. Cuſtodes, ſignaturæ, foliorum numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Occurrunt vero literæ initiales magnæ ligno inciſæ. Totum opus cum indice præfixo foliis conſtat impreſſis 109. Poſt medium columnæ ſecundæ folii 109. ſubſcriptionis loco hæc verba leguntur:

Gottes gericht bedenck mit
ſorgen. vnnd richt dem reichē
als dem armen.

Exſtant hujus editionis, quæ omnium prima Cl. Panzero judice eſt, exemplaria in Bibliotheca Ratisbonenſi civica, ut quidem ex breviſſima Clariſſimi Gemeiner in Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliotheck befindlichen Büchern &c. pag. 286. relatione colligere licet, & in Bibliotheca civica Norimbergenſi. In poſteriori tamen exemplari, Cl. Panzero teſte, deeſt index operi præfixus. Cl. Zapfius in Augsburgs Buchdruckergeſchichte nullam hujus editionis notitiam dedit. Ignoravit eam quoque Celeberrimus Putter in der Juridiſchen Encyclopedie.

Opuſcula, quæ ſequuntur, pleraque apud nos quidem uno volumine contenta, Romæ a *Sthephano Plank*, vel *Euchario Silber* impreſſa fuiſſe videntur.

CLXVI.

CLXVI. *Jo. Sulpitii Verulani de cōponendis & ornandis epiſtolis ad Philippū Gentilem Pallauicinum Patritium Genuēſ. opuſculum.* in 4.

Hæc in fronte leguntur opuſculi, quod ſine alio titulo iisdem literis, eidemque chartæ impreſſum eſt, quibus duo alia opuſcula ejusdem auctoris Romæ ab Euchario Silber, alias Franck, impreſſa & a me ad annum 1487. N. XXVIII. recenſita ſunt. Deſunt quoque ſignaturæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum. Hinc nullus dubito, quin ex eadem typographia & forte eodem anno hoc opuſculum prodierit. Poſt lineam averſæ paginæ folii vigeſimi primi decimam octavam legitur ſola vox *Finis.* Incipit vero in eadem pagina *Jo. Sulpitii de Scanſione & ſyllabarum quantitate Epithome Tyronibus* ſc. ſcripta, quæ ad calcem primæ paginæ folii 25. hanc habet ſubſcriptionem:

*Clauditur hic riuus: noſtri pete flumina fontis*
*Ludere quo poſſis carminis omne genus.*
*Finis.*

In averſa pagina folii ejusdem exſtat *Regiſtrum* ſc. chartarum. Editio hæc Cl. P. Audiffredio fuit incognita, qui tamen pag. 301. editionem ejusdem aliam excitavit a Stephano Planck anno 1491. factam.

CLXVII. Jacobi Zachariæ Libellus Inſcriptionum, ſeu Titulorum in ſcribendis epiſtolis ad variæ conditionis, & dignitatis homines, adhibendorum, a Gabriele Apollonio editus in 4.

In fronte opuſculi *Gabriel Apollonius Andree Brentio S. D.* Diſcimus ex hac epiſtola Gabrielem Apollonium primum fuiſſe, qui, id a ſe poſcente Bibliopola, libellum hunc emendatum typis imprimendum curavit. Terminatur hæc epiſtola in averſa primi folii pagina, linea 4. Tum immediate incipit libellus inſcriptionum, quorum prima eſt

¶ *Ad ſummum Pontificem.*
*Intus*
*Sanctiſſime ac Clementiſſime in xp̄o pater ⁊ dn̄e dn̄e mi metu, ende. poſt humilem cōmendationem & terre oſculū ante pedes.*

Opuſculum gothico charactere Stephani Planck, ut videtur, præſtanti chartæ ſine cuſtodibus, ſignaturis, numeris, & inſcriptionibus paginarum impreſſum terminatur in averſa folii impreſſi vigeſimi ſecundi pagina, ubi ſola vox *Finis* ſubſcripta legitur. In prima autem ſequentis folii pagina triplex legitur auctoris epilogus ad lectorem primus quidem proſaicus, duo reliqui metrici. En tertium:

*Scriba tue ſi ſcire cupis, nunc munia charte.*
*Hūc mercare librum. nam inde peritus eris.*

Accedit in eadem pagina *Regiſtrum Folio4.* Cl. P. Audiffredi pag. 462. aliam

hujus opuſculi editionem, romano charactere impreſſam, & 34. foliis conſtantem, excitavit: nihil vero de noſtra habet editione.

## CLXVIII. Antonii Mancinelli Carmen de Floribus, ſeu de electis vocabulis latinæ linguæ. eorundemque ſignificatu liber metricus. in 4.

In fronte primæ paginæ *Antonius Mancinellus Urſo Urſine domus Heroi clariſſimo: Epiſcopoq3 Thean. ac Gymnaſii alme Urbis Rectori q3 optimo. S. P. D.* metrice. In averſa pagina poſt novem capitulorum opuſculi hujus titulos (qui ſunt de nominibus, verbis, participio, pronomine, præpoſitione, adverbio, interjectione, conjunctione, & orthographia) *Mancinellus ad Lectorem* proſaice præfari incipit. Scripta eſt hæc præfatio quæ paulo ante medium primæ ſecundi folii paginæ terminatur, *Calendis Sextilibus. Milleſimo quadringēteſimo octogeſimo nono.* (ſc. anno, quæ vox omiſſa eſt) *Rome.* In averſa folii ſecundi pagina poſt *Antonii Mancinelli Carmen de floribus ad Ueliternos* primum operis capitulum, ſc. de nominibus, alphabetico ordine metrice, ut cetera capitula, concinnatum incipit. Impreſſum eſt præſtanti chartæ gothico quidem, ſed elegantiſſimo charactere, quem quidem Eucherii Silberi, alias Franck, typographi Romani eſſe ex dicendis de opuſculo auctoris ejusdem, ad numerum ſequentem recenſendo, patebit. Initiales literas parvas, ſignaturas (a — g), & ad calcem averſæ paginæ folii quarti quaternionum a. b. c. d. e f. nec non ad calcem averſæ paginæ folii ſecundi duernionis g, cuſtodes typographus adjecit. Deſunt vero numeri, & inſcriptiones paginarum. Ad calcem primæ paginæ folii quarti duernionis g

*Finit Carmen de floribus.*

In averſa pagina folii ejusdem occurrunt *Emendanda in Floribus*, quæ partem hujus paginæ majorem occupant; & nihil aliud. Ex nota anni 1489. auctoris præfationi adjecta veriſimillimum eſt, opuſculum hoc eodem anno impreſſum fuiſſe. Hinc Cl. P. Audiffredi non dubitavit, hunc ad annum & hoc, & ſequens ejusdem auctoris opuſculum recenſere.

## CLXIX. Antonii Mancinelli Carmen, ſeu liber metricus de figuris latini Sermonis. in 4.

In prima primi folii pagina *Antonius Mancinellus preſtantiſſimo viro Joanni Uites Ēpo Ueſprimienſi ac ſereniſſimi Regis Hungarie Bohemieq3 oratori digniſſimo. S. P. D.* Epiſtola hæc metrica ita incipit:

P *Annonios inter fama Celeberrime præſul*
*Romano eloquio uel Cicerone prior.*

In averſa pagina ejusdem folii *Antonius Mancinellus generoſiſſimo adoleſcēti Michaeli*

*chaeli Pānonio S. P. D.* Scripta eſt hæc epiſtola *Nonis Sextilibus Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono* ſc. anno. Hinc eodem impreſſum fuiſſe hoc opuſculum cum Cl. P. Audiffredi mihi quidem veriſimillimum eſt. In eadem pagina incipit *Tabula* (alphabetica) *Figurarum*, terminata in prima tertii folii pagina, linea ſeptima. Mox incipit *Carmen de figuris per Antoniū Mancinellū Ueliternū ſumma diligentia editum.* Porro textus metricus romano charactere Eucharii Silber, eleganti, & luculento, explicationes vero proſaicæ charactere gothico eodem, quo opuſculum immediate præcedens, impreſſæ ſunt. Hinc Silbero adſcribi utrumque opuſculum jure poteſt, ut ante me jam notavit Cl. P. Audiffredi pag. 290. Totum hoc opuſculum tribus conſtat chartarum faſciculis, ſignatis a. b. c., quaternis. Initiales literas parvas typographus adjecit. Cuſtodes vero, numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. In averſa ultimi folii, vigeſimi quarti nimirum pagina primum auctoris epilogus ad lectorem exſtat, in quo affirmat, *de figuris extare hodie nullum opuſculū: quod quideꝫ ita plene dilucideqꝫ precipiat uti hoc noſtrum.* Huic ſubſcriptionis loco hæc tantum ſubjecta ſunt verba:

*Finit Carmen de Figuris.*

CLXX. Antonii Mancinelli, Veliterni, Verſilogus, ſeu libellus Metricus de componendis verſibus, inprimis de quantitate Syllabarum. in 4.

In fronte opuſculi *An. Mancinellus inclyto adoleſcēti Joanni michaeli de bonis, clariſſimi uiri Dominici filio Vrbani quidē gymnaſii doctoris ſūmi. S. P. D.* metrice. In eadem pagina incipit *Mancinelli ueliterni Verſilogus*, idemque charactere romano ſatis luculento & eleganti firmiſſimæ chartæ impreſſus terminatur in prima folii duodecimi pagina linea 6. In eadem pagina *Mancinellus Auētino pitio. S. D.* Proſaica hæc epiſtola ſex lineis, & parte ſeptimæ comprehenſa ſcripta eſt *Ex Vrbe nouembris* (non Nouembris, ut habet Cl. P. Audiffredi pag. 285.) *idibus M. cccc.* lxxxviii. (non *MCCCCLXXXVIII.* ut idem habet loc. cit.) Accedunt *Emendanda.* In averſa pagina folii ejuſdem Aurelii Cæcii, Andreæ Flauii Rheatini, & Petri Hieronymi Auguris Epigrammata ad lectorem exſtant, quæ in laudem auctoris, & præſentis operis ſunt compoſita. Primum Cl. P. Audiffredi loc. cit. recitavit. Addam ego duo poſteriora.

*Andreas Flauius rheatinus.*

*Qui cupis aonidum ſacri libamina fontis*
*Vis & apollinea nectere fronde comas.*
*Hec mancinelli precepta recentia uatis*
*Inſtituent: foelix inſpice lector opus.*
*Carminibuſqꝫ pedes: ſpecies: & tempora noſces.*
*Quanta ſit & metro ſyllaba queqꝫ ſuo.*

*Petrus*

*Petrus Hieronymus Augur.*
*Qui ſua fronde cupit cōnecti tempora daphnes*
*Iſta legat: paruo tempore ſerta geret.*
*Nam quodcūq3 tenēt parnaſſi culmina montis*
*Nanciſci poterit, ſi bene cuncta leget.*

Præter hæc nihil adjecit typographus. Cl. P. Audiffredi pag. 285. teſtatur duas exſtare diverſas ejusdem opuſculi editiones, quarum quælibet duodecim conſtat foliis, & eadem complectitur, unam romano charactere Stephani Planck impreſſam, alteram ab hac diverſam, eaque poſteriorem, & non romanam eſſe adfirmat. Nullam vero ex hisce editionibus ita deſcripſit Cl. Audiffredi, ut certo adfirmare auſim, noſtram editionem eſſe Romanam Stephani Planck. Videtur autem id mihi veriſimillimum, quemadmodum etiam illud, quod P. Audiffredi adfirmat, anno nempe 1488, quo Epiſtola auctoris ad Aventinum Pitium ſcripta eſt, prodiiſſe in lucem. Literæ enim cum Planckianis, quas vidi, belle concordant, & orthographia in Epigrammate a P. Audiffredi recitato eadem plane eſt, quæ in noſtra editione occurrit. Ceterum deſunt in hoc opuſculo cuſtodes, ſignaturæ, numeri, & inſcriptiones paginarum: initiales vero literas parvas typographus adjecit.

* Opuſcula omnia hoc CLXXI. & ſequentibus 25. numeris comprehenſa pleraque eandem apud nos quidem compacturam habent. Videntur omnia diverſis quidem typis, Romæ impreſſa. Fuerunt olim Alberti Hungeri, Procancellarii, & Theologiæ Profeſſoris apud nos ordinarii publici, qui ea forte Romæ coemit.

**CLXXI.** ***Sermo habitus Rome in baſilica principis aplo4 per Reuerendum prem dnm Guillermum de Pereriis Auditorē aplicum ſup electione futuri pōtificis. Anno Mccccl xxxxiiij. die Jouis. xxvj. Auguſti.*** in 4. min.

Hæc in fronte leguntur opuſculi, quod gothico Charactere impreſſum quatuor tantum conſtat foliis. A Cl. P. Audiffredio in *Catalog. Rom. Editionum Sæc. XV.* inter editiones Romanas ad ann. 1484. pag. 261. recenſetur.

CLXXII. *Sermo Habitus In Capella ſanctiſſimi Dñi noſtri Pape Per* (ſic) *Johannem Antonium Epm Alexandrinum* (vulgo Johannem Antonium de S. Georgio) *unius ex ſacri palacij apl'ci Auditoribus locumtenentem. In dñica quinta Quadrageſime. que dicitur dñica de paſſione.* in 4. min.

Verba hæc in fronte primæ Columnæ impreſſa mox ipſe ſermo excipit *gothico quodam valdeque minuto Charactere, ſilberi fortaſſe aut Planckii* (ut ait P. Audiffredi pag. 430. loc. cit.) impreſſus in duabus columnis, et quatuor tantum foliis Conſtans. Orator idem anno 1483. orationem habuit funebrem Coram Sixto IV. P. M. in memoriam defuncti anno eodem Cardinalis Ferricii de Cluniaco, vulgo Cardinalis Tornacenſis, Burgundi. Hanc recenſet Audiffredi pag. 258.

CLXXIII. Bulla Sixti Quarti R. P. qua renovatur Confraternitas piorum virorum in Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia Romæ data, ut ad calcem legitur, *Rome apud Sanctum petrum Anno incarnationis dominice Milleſimo. CCCC.* lxxvii. *duodecimo kalend. Aprilis.* in 4. min.

Opuſculum, quatuor tantum foliis comprehenſum, et minutiſſimo charactere Silberi characteri ſimillimo, in duabus columnis impreſſum ſine ullo titulo incipit. Cl. P. Audiffredi pag. 447. ad annum 1478 retulit. Neſcio qua de cauſa. Annum quippe Incarnationis Dominicæ 1477. (Nativit. 1478.) adpellat ibid. in adpendice.

CLXXIV. Sixti IV. duæ Bullæ, quarum 1) revocatur quidquid non nullis contra concordata cum natione germanica inita circa beneficia eccleſiaſtica fuit conceſſum. 2) Vero gratiæ exſpectativæ revocantur. in 4. min.

Bulla prior data eſt *Anno numerationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo Quinto decimo kl' Januarii* — poſterior anno eodem *octauo Decimo kl' Februarij.* Ambæ ſine titulo incipiunt, et non niſi duo folia, ac tertii primam paginam, nec eam quidem integram, occupant. Cl. P. Audiffredi nihil habet de his Bullis, quæ tamen Romæ Silberi vel Plankii charactere impreſſæ videntur.

CLXXV. *Bulla extenſiōis Indulgentia4 plenarie remiſſiōis ac facultat dandi ꝯfeſſionalia ꝓ tuitiōe fidei catholice ac Inſule Rhodi. contra ꝑfidos turcos. Hoſpitalis ſancti Johānis Jerl'mitañ. a diuo Sixto. iiij. Poñ. Max. & Pientiſſimo cōceſſa4.* in 4. min.

Recitata verba in fronte Bullæ, mox ſequentis, leguntur. Impreſſa eſt Charactere gothico oblongo minus pingui, & data Romæ *Anno — Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo kalend'. Septembris*, ut legitur poſt medium primæ paginæ folii ſeptimi. In averſa pagina ejusdem incipit *Sūmariū bulle ꝓcedentis*, in octavi folii prima pagina linea 14. terminatum. In averſa pagina folii ejusdem legitur *Forma confeſſionalis*. Audiffredi huius Bullæ non meminit: videtur tamen Romæ impreſſa literis Joh. Gensbergii.

CLXXVI. *Antonius Lollius geminianenſis Reuerēdiſſimis dñis R. Uicecancellario. M. Sācti Marci. F. Sancti Euſtachij S. R. E. Cardinalibus, Executoribus bo. me. Car. Matiſconeñ. S. P. D.* dedicatque orationem, cui præfixus eſt Titulus: *Anto. Lollij Geminianenſis Oratio habita in funere dñi Ph. ꝛ̃mi Car. Matiſconeñ. Frequēti Car. Senatu.* in 4. min.

In prima primi folii pagina primum quidem epiſtola legitur dedicatoria, tum vero oratio incipit, charactere gothico impreſſa, & in averſa ſexti folii pagina, linea ſexta, terminata. Subſcriptio in eadem pagina ſequens legitur:

*Inno. viij. Pōt. Maximo. Menſ. i. Die. xxvij. Anno incarna. do. Mccccl xxxiiij.*

Editionem hanc Cl. P. Audiffredi, forte non abs re, ad annum 1484. pag. 261. recenſuit.

CLXXVII. *Bulla indulgentia4 plenarie remiſſionis ꝛ facultatis eligendi ꝯfeſſorē publicanda ꝛ exercitiōi mandanda in Italia & extra vbilibet ꝑ venerabilē religioſum fratrē Angelū de clavaſio ordinis mino4 de obſeruantia vicariū generalem citramontanū. aut ꝑ deputatos ab eo cum ꝑtate diſpenſandi in ſymonia & aliis irregularitatibus ac impedimentis mrimonij ſeu ꝯponendi ſuꝑ incertis ꝛ vſuris ac etiā certis ſcdm tenorem*

*rem infraſcriptū pro tuitione fidei catholice ac expulſione Theucri* (Turcæ) *de Italia diuo Sixto q̄rto pontifice maximo ꝛ pientiſſimo conceſſarum.* in 4. min.

Hic titulus in fronte Bullæ legitur, quæ impreſſa eſt charactere gothico minutiſſimo, & in averſa tertii folii pagina terminatur. Data fuit *Romae — Anno incarnationis dñice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo pridie noñ. decembris. Pontificat⁹ nr̄i anno decimo.* In prima ſequentis folii pagina legitur *Summariū bulle precedentis.* Nihil de hoc opuſculo, abs dubio Romæ impreſſo, habet Cl. P. Audiffredi.

CLXXVIII *Leonellus chieregatus Ep̄us Arbeñ. S. d. n. pape Referēdari⁹ Georgio iuriſcōſulto eccl'ie ſancti Petri Baſilieñ. p̄poſito Salute. pl. D.* Hæc in fronte leguntur epiſtolæ: ad calcem vero averſæ quarti folii paginæ ſequentia: *Hecq; impreſſa eſt epiſtola per honorabilem ꝛ diſcretū nec non ingenioſum virū magiſtrū Bartholomeū Guldinbeck de Sultz. Laus deo.* in 4. min.

In hac epiſtola data *Rome xv. kl'. nouembris. Mccccl xxxxij.* Leonellus Chieregatus Georgio exponit, quid ipſe ſentiat de novis Turbis in Baſilienſi eccleſia exortis, imprimis de novo ibidem celebrando Concilio generali ſecundum quorundam vota, Impreſſa eſt charactere gothico. Cl. P. Audiffredi pag. 251. eandem excitavit editionem, ſed ſub titulo: *Laurentii Chieregati* quaſi nimirum auctor hujus epiſtolæ eſſet diverſus a Leonello Chieregato, cujus, tanquam epiſcopi Tragurienſis duo opuſcula unum quidem ad ann. 1487. pag. 381. alterum ad annum 1488. pag. 284. nec non tanquam epiſcopi Concordienſis tria alia ad ann. 1492. pag. 308. ad ann. 1495. 332. nec non ſine nota anni pag. 375. idem P. Audiffredi recenſuit. Si opuſculum præſens, cujus auctor *Leonellus Chieregatus* non Laurentius Chieregatus, fuit, ipſe vidiſſet, duos ex uno, qui primum Arbenſis poſtea Tragurienſis, & demum Concordienſis epiſcopus fuiſſe videtur, Chieregatos non feciſſet. Sed in hujus opuſculi recenſione a R. P. Thoma Verani, ad cujus auctoritatem & hic, & paſſim alias provocat deceptus fuit.

CLXXIX. *Oratio Cole Montani ad Lucenſes.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur hujus orationis, quæ charactere medio Stephani Planck impreſſa octo foliis conſtat: inter hæc vero primum vacuum eſt. Oratio eo ſpectat, ut Lucenſes ab inito cum Florentinis fœde-

re dimoveantur. Habita eſt, ſecundum ſupputationem Ant. Saxii in *Hiſtoria Typographiæ Mediolanenſis* anno 1478, vel 1479. Idem ibid. col. 158. ſeqq. de auctore orationis, quam Manuſcriptam tantum exſtare putavit, adcurate diſſerit. Exſtant vero, ſecundum P. Audiffredi pag. 423. tres ejus editiones romanæ, quarum una gothico charactere, ſpeciem referente characteris medii a Stephano Plannck adhibiti, ſed reipſa diverſo impreſſa eſt plagularum VI. ſecunda ipſo charactere Planckii plagularum VIII. quorum tamen ultima maxima ex parte vacat: Tertia characterere impreſſa Romano minus eleganti Silberi plagularum VIII. minus aliquot lineis. Noſtra editio, utpote quæ in prima folii octavi pagina, linea 24. terminatur, & hinc ultimam plagulam, ſeu folium majori ex parte vacans habere dici poteſt, ac Plannckii charactere impreſſa eſt, cum ſecunda, quam P. Audiffredi adpellat, forte convenit. Verum obſtare tamen illud videtur, quod noſtra quidem editio folium primum integrum vacuum habeat.

CLXXX. *Ludouici Imolenſis ex ordine minorum theologie pfeſſoris in funere Reuerediſſimi domini dñi Petri Ferrici. tituli ſancti Sixti preſbiteri Cardinalis ꝛ epiſcopi Tiraſonēſis oratio feliciter incipit.* Accedit Pauli de Cratis, Canonici Cremonenſis, qui defuncti Cardinalis Magiſter domus fuit, brevis relatio de vita, morte exequiis & virtutibus defuncti. in 4. min.

Verba tituli loco recitata leguntur in fronte opuſculi, quod gothico charactere illi ſimillimo, quo opuſculum N. CLXXV. recenſitum, impreſſum duo tantum folia, & tertii primam paginam implet. Nam *Que* (in averſa tertii folii pagina) *ſequuntur per Paulum de Crottis Cremonēſē ſupradicti ſancte memorie Reuerendiſſimi domini Cardinalis Tiraſoneñ domus magiſtrum ꝛ ſecretarium* adjecta ſc. fuerunt. Terminantur hæc in prima ſequentis folii pagina, linea 21. In eadem pagina ſequens legitur Epigraphe:

*Paulus de Crottis Canonicus*
*Cremonēſis ſedis apoſtolice*
*acolit⁹ numerari⁹ ob in*
*tegrū fidē. deuotā*
*ꝗtāq3 cliētelā. per*
*petuo merēs ac*
*lugēs.*

Et nihil amplius. Tam hæc epigraphe, quam titulus orationi præfixus totidem verbis, & lineis, quibus in noſtro exemplari habentur, a Cl. P. Audiffredi pag. 231. & 232. ad annum 1478. quo defunctus eſt Cardinalis, & habita Oratio, recenſentur. Hinc nullus dubito, quin huic Bibliographo eadem ob oculos verſata fuerit editio; & ſuſpicor, typographi eſſe errorem, ubi pag. 132. folia editionis VI. (6) eſſe adfirmatur. Sunt enim tantum IV. (4).

CLXXXI.

**CLXXXI.** *Franciſcus philelfus Sal. di pl. Sixto quarto pontifici maximo.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur epiſtolæ, quacum Philelphus Sixto IV. latinam miſit verſionem particuloe cujusdam, ut ait, in græco codice repertæ, in qua agitur de Chriſti ſacerdotio. Epiſtola una cum hac particula latine ex græco verſa romano rudiuſculo charactere, impreſſa eſt, & ſex folia, ac ſeptimi quindecim lineas cum dimidia occupat. Clauditur epiſtola his verbis: *Vale Rome kl'is marciis Anno a natali xpiano Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.* Præter hæc nihil legitur adjectum. Cl. P. Audiffredi ad annum 1476. pag. 215. editionem hujus opuſculi charactere gothico excuſam, & quatuor plagulis conſtantem, atque hinc a noſtra, diverſam excitavit. Idem in Addendis & Corrigendis ad pag. 215. editionem hanc charactere gothico medio-Stephani Planck excuſam eſſe adfirmat; & hinc ante annum 1479, quo Planckius Romæ libros cepit imprimere, haud prodiiſſe in lucem. Noſtræ editionis, quæ forte majori jure ad annum 1476. referri potuiſſet, nullam facit mentionem. Idem vero recte animadvertit, Franciſci Philelphi librum de Jeſu Chriſti Sacerdotio, a Freytagio in *Analectis Litterariis* pag. 681. indicatum, a noſtro hoc opuſculo non differe.

**CLXXXII.** *Lamentatio Nigripontis ad Re. dominū dominum. N. Cardinalem. Nicenum* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur opuſculi, cujus auctor expugnationem, a Turcis factam, Inſulæ Nigripontis, olim Eubœæ, deplorat. Conſtat quatuor tantum foliis, & in fine præter vocem AMEN nihil habet ſubſcriptum. Cl. P. Audiffredi de hac editione pag. 391. ſequentia tantum adnotavit: Folia IV. *Charact.* (er) *Rom.* (anus) *rudis mihi non ſatis notus, ſed ſine dubio Romani Typographi.*

**CLXXXIII** *Ad Reuerendiſſimū in chriſto patrē & dominū dñm Guilielmū Epm Oſtienſem ſacroſancte Romane eccl'ie Cardinaleꝫ Rothomagenſeꝫ. Ambroſii Corani ſacre theologie profeſſor, ordinis diui Auguſtini pſatio ſuper orationeꝫ* (ab ipſo habitam Romæ anno 1472. *de conceptione Virginis. Feliciter Incipit.* in 4. min.

Præfatio, cui titulus recitatus eſt præfixus, epiſtola dedicatoria potius dicenda fuiſſet. Terminatur in averſa primi folii pagina & in eadem *Sequit' Rubrica* (Titulus orationis a Cl. P. Audiffredi pag. 426. ex eadem editione verbotenus & adcurate deſcriptus) *de ipſa oratione*, cujus thema eſt; *Necdum*

 *erant*

*erant abiſſi & ego jam concepta eram.* Impreſſa eſt charactere Romano rudiuſculo, quem Joh. Gensbergii eſſe adfirmat Cl. P. Audiffredi. Poſt medium primæ paginæ folii noni incipit

*Deuotiſſima eiuſdem* (auctoris) *oratio ad*
*eandm* (ſic) *dei genitricē Mariam.*

Ad hujus calcem in prima decimi, ejusque ultimi folii pagina hæc adnotata leguntur, & nihil aliud: *Quicūq3 autem ſupraſcriptā orationem deuote dixerit pro qualibet uice auctoritate Sanctiſſimi domi* (ſic) *noſtri dñi Sixti diuina prouidentia pape quarti Centum dies de iniunctis ſibi penitētiis miſericorditer relaxantur.* P. Audiffredi loc. cit. alterius meminit editionis, charactere gothico excuſſæ foliorum VI. quæ orationem hanc ad B. V. non habet adjectam. Utramque non eodem mox anno, quo habita eſt oratio, prodiiſſe idem recte adnotavit. Nam auctor in epiſtola dedicatoria ipſe ait, ſe, multis id poſcentibus, *Tandem* orationem hanc imprimendam artificibus tradidiſſe.

CLXXXIV. *Bernardi iuſtiniani Leonardi Oratoris. filii Legati Veneti oratio habita. apud Sixtum. IIII. Pontificem maximu.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur orationis, quam auctor nomine reipublicæ ſuæ ad Sixtum IV. ſummum Pontificatum eidem gratulaturus, habuit. Impreſſa eſt charactere romano rudiuſculo Gensbergii, quæ etiam Cl. Audiffredii ſententia eſt, conſtatque decem foliis impreſſis. In fine nihil prorſus ſubſcriptum legitur.

CLXXXV. *Oratio in funere Reuerendiſſimi domini. dñi Petri Cardinalis ſancti Sixti habita a Reuerēdo patre domino Nicolao epiſcopo modruſienſi.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur orationis, quæ eodem, quo præcedens, aut certe ſimillimo charactere impreſſa decem conſtat foliis. Ad calcem paulo poſt medium primæ decimi folii paginæ hæc tantum capitalibus literis leguntur ſubſcripta:

*Et Sic Eſt Finis.*

Cl. P. Audiffredi pag. 172. N. XXXI. de hac oratione ſequentia adnotavit: *Obiit Petrus Riarius* (Cardinalis S. Sixti) 5. *Januarii huius anni.* (1474) *Orationem autem in eius funere habitam typis* (*Romanis, ut credere par eſt*) *poſtea editam fuiſſe, narratur in Vitis Pontiff. & Cardd. Tom. III. edit.* 1677. *Col.* 45. Patet, Audiffredio nullam viſam eſſe hujus orationis editionem.

**CLXXXVI.** *Sixtus Papa. iiii. Dilecto filio Nobili viro Johanni Mocenigo Venetiarũ Duci Salutem.* in 4. min.

Hæc, tribus lineis comprehenſa leguntur in fronte epiſtolæ, qua Sixtus IV. Venetorum ducem ad componendam cum Duce Ferrariæ pacem hortatur. Impreſſa eſt charactere romano, & ſex conſtat foliis. Videtur eodem anno impreſſa fuiſſe, quo ſcripta eſt. Scripta eſt autem *Romę. M. cccc.* lxxxii. *xvii. Calen. Martii.* Editionem hujus epiſtolæ Romanam, quam Cl. P. Laire in *Specimin. Hiſtor. Typograph. Romanæ Sæc. XV.* pag. 188. excitavit, cum nota anni *MCCCCLXXII.* oportet eſſe ſpuriam, aut certe nota anni ſiniſtre poſita eſt. Nam Joannes Mocenigo primum anno 1478. venetorum Dux creatus eſt, ut jam notavit Audiffredi pag. 118. Idem pag. 254. ad annum 1482. editionem a noſtra plane diverſam cum nota anni ſiniſtre poſita, nimirum *Mcccclxxii.* (*ſic, loco* 1482. verba ſunt P. Audiffredii) *Cal. Martii.* Addit, ſe ab amico accepiſſe, eiusmodi editionem exſtare in Bibliotheca Vaticana ſub num. 10511. Sub eodem numero eademque in Bibliotheca exſtare monuit P. Laire editionem ab ipſo excitatam loc. cit. quod a P. Audiffredio omnino fuiſſet animadvertendum. Inde enim patet, utrumque de eadem editione fuiſſe locutum. P. Audiffredi in *Addend. & Emendand.* pag. 450. denuo de hac epiſtola loquitur, adfirmatque in ſchedulis Nicolai Ugolini ſe adnotatam reperiſſe hujus epiſtolæ editionem, quæ in fine habet: *Data Romæ MCCCCLXXII.* (1472.) *XVII. Cal. Martii.* Putat igitur duas exiſtere epiſtolas Sixti IV. ad Joh. Mocenigum, quarum prior XVII. Calend. Martii, poſterior, ab ipſo ad annum 1482. cum falſa anni nota excitata, ipſis Calendis Martiis data eſt. Editionem cum nota diei XVII. Calendas Martii nullo modo congruit, ut idem obſervat, in annum 1482 vel 1483. quorum uterque, utpote communis, eo die caruit: congruit vero in annum 1472. qui fuit biſſextilis. Sed anni 1472 nota, ut paulo ante monui, aperte falſa eſt. *Dicamus ergo*, verba ſunt P. Audiffredii, *typographum in anno utriuſque Epiſtolæ erraſſe: erraſſe quoque (ni forte errauit Ugolinus) in die primæ.* Quod ſi igitur typographus erravit ponendo diem *XVII. Calend. Martii*, quæ dies in noſtra etiam editione, Cl. P. Audiffredio prorſus incognita, eſt adpoſita, neſcio, cur duas diverſas epiſtolas, altera quidem *XVII. Cal. Martii*, alteram ipſis *Calendis Martiis* datam aſſumat P. Audiffredi. Sane noſtra editio notam anni M. cccc. lxxxii. die vero *XVII. Calend. Mariii* exhibens eandem continet epiſtolam, quam editio a P. Audiffredio ad annum 1482. pag. 254. N. XIII. cum falſa anni 1472, die vero *Cal. Martii* nota excitavit. Incipit enim epiſtola noſtræ editionis *Scripſimus ſuperioribus diebus* &c. & deſinit: *Reipublicæ Chriſtianæ unitis viribus contra immaniſſimos hoſtes conſulamus.* Iisdem ſcilicet verbis, quibus editio P. Audiffredio pag. 254. excitata.

CLXXXVII.

CLXXXVII. *C. Jul. Ceſaris oratio Veſontione — belgice ad milites habita.* Ab Andrea Brentio ex ipſius Cæſaris commentariis & græcis codicibus integre latina facta. in 4. min.

In averſa primi folii pagina editoris decaſtichon *Ad Ceſarem* legitur. Folio ſecundo *Ad Xyſtum. iiii. Pont. max. Andree Brentii Patauini Oli. Car. Neapolit. Secre epiſtola* incipit dedicatoria ſequentis opuſculi. Hanc in averſa ejusdem folii pagina *Andree Brentii Patauini In C. Julii orationem prefatio ad quirites* excipit, in qua orationis hujus, quam nec in Ceſaris commentariis, nec in græcis codicibus integram a ſe repertam, utrisque autem adhibitis monumentis integram a ſe latinam factam fuiſſe adfirmat, argumentum exponit. Terminatur hæc præfatio in prima pagina folii tertii, linea 19. Tum incipit

*C. Jul. Ceſaris oratio Veſontione*
*belgice* (galliæ belgicæ) *ad milites habita.*

quæ verba jam tituli loco recitavi. Tam oratio ipſa, quam quæ eandem præcedunt, & ſequuntur, ſunt charactere romano minus pingui impreſſa. Oratio terminatur in prima pagina folii decimi, linea 28. In averſa pagina folii ejusdem ultimi quatuor leguntur epigrammata in laudem Brentii, quorum primi auctor inſcribitur *Litauicus*, ſecundi *Franciſcus*, tertii *M. Lucius*, quarti *Ambroſius*. Ex tertio diſcimus, Brentium, cum orationem hanc ederet, necdum vigeſimum quintum ætatis annum compleviſſe. En integrum hoc epigramma:

*Scripta quidē grece: ſed nondū nota latinis*
*Ceſaris in caſtris contio clara fuit.*
*At noſtrā ferit* (ſic) *preclara Brentius arte.*
*Qui nondū quintā cōplet olympiadem.*
*Lectores iuueni ꝓ munere reddite grates.*
*Jam meliora dabit: ſit modo uita diu.*

Deſunt ſignaturæ, cuſtodes, numeri, & inſcriptiones foliorum. Initiales vero literas parvas initio epiſtolæ dedicatoriæ, præfationis, & orationis ipſius typographus adjecit. Editionem hujus opuſculi romanam charactere gothico medio ſeu uſitatiore Stephani Planck excuſam, nota vero loci, anni & typographi carentem, atque octo foliis in 4. min. conſtantem excitavit Audiffredi pag. 422. Noſtræ vero editionis nullam facit mentionem. Videtur & hæc Romæ excuſa. Auctor patria Patavinus tum Patavii, tum Romæ, ubi anno 1484. obiit, humaniores literas docuit. De eo conf. *Papadopoli Hiſtoria Gymnaſ. Patavin.* Tom. II. pag. 177. Opera alia ab eo edita, partim ex græco converſa recenſet Audiffredi pag. 257. & 379.

**CLXXXVIII.** Sixti IV. R. P. Bulla contra Laurentium de Medicis, ejusque aſſeclas Nicolao de Vitellis civitatis caſtellum, urbem pontificiæ ditionis ad rebellionem concitanti, opem ferentes edita, qua his quidem pœnas tam eccleſiaſticas, quam civiles infligit. in 4. min.

Bulla incipit ſine ullo titulo verbis *IXTUS* (Sixtus) *Epiſcopus ſeruus ſeruo4 dei* &c. Impreſſa eſt gothico charactere a romano quodam typographo, ut videtur, & forte eodem anno, quo fuit edita. Conſtat ſex foliis, quorum primum, ſine dubio vacuum, in noſtro exemplari deeſt. Ad calcem in averſa ſexti folii pagina legitur: *Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo kal. Junii Pontificatus noſtri anno ſeptimo.* His ſubjecta hæc tantum leguntur:

*Sixtus. iiii. Pon. max.*

Cl. P. Audiffredi nullam hujus Bullæ mentionem fecit.

**CLXXXIX.** *Stephani archiepi Anti bareñ ſermo habitus in materia fidei cõtra Turco4 ꝑſecutionẽ ex ſolennitate glorioſi apl'i ꝛ euãgeliſte Johãnis.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur opuſculi, quod charactere gothico minutiſſimo pereleganti impreſſum terminatur in prima quarti folii pagina. In eadem ſequentia leguntur ſubſcripta: *Habita fuit hec oratio Rome in eccleſia Lateraneñ per. R. p. nñm Stephanum Thegliatium archiepm Antibareñ vt moris eſt in celebratione miſſe põtifi. in die ſolennitatis glorioſi apl'i ꝛ euangeliſte Johãnis. Anno dñi. Mcccclxxx Pontificatus vero. S. d. n. d. Sixti pape. iiii. anno decimo.* Cl. P. Audiffredi hujus editionis non meminit: excitavit vero pag. 246. aliam ejusdem editionem, ſex foliis conſtantem, in qua, cum notam anni Mcccclxxxi. (1481.) pro Mcccclxxx (1480.) ut recte in noſtra editione legitur, ſiniſtre utique poſitam obſervaret, novo, ut videtur, errore pro *Pontificatus* — — *anno decimo* legendum ſtatuit *undecimo*

**CXC.** *Petri Marſi panegyricus Innocẽtio octauo Põ. Max. dicatus in memoriam ſancti Johannis euangeliſte.* in 4.

Verba hæc mox ipſa excipit epiſtola dedicatoria, ex qua diſcimus orationem a Petro Marſo, publicis negotiis impedito habitam quidem non fuiſſe, ut propoſitum erat, editam tamen fuiſſe anno primo ſc. 1484. Pontificatus Innocentii VIII. Incipit oratio in averſa ejuſdem folii primi pagina, & gothico charactere Silberi impreſſa in averſa ſexti folii pagina terminatur. Cl. P. Audiffredi ejuſdem meminit pag. 428.

**CXCI.** *Anthonij Lollij Geminianenſis oratio Circumciſionis domi-nice: habita coram Innocentio. viij. Pontifice maximo frequen-ti Rꝝ. Car. Senatu. Caleñ Januarij.* in 4. min.

Hæc in fronte leguntur orationis, charactere gothico impreſſæ, & in prima ſexti folii pagina terminatæ, in qua inſuper legitur:

*Anno incarnationis dominice. M. cccc. lxxxv. Pontificatus vero anno primo.*

Eam ad annum 1485. retulit P. Audiffredi pag. 264.

**CXCII.** *Hippocrates de inſomniis* latine verſus ab Andrea Bren-tio. in 4. min.

In averſa primi folii pagina *Zachariæ Barbaro Veneto Rꝝ oratori Andreas B.* (Brentius) *P. S. D.* In hac epiſtola non niſi laudes leguntur Zachariæ Barbari, nihil vero de præſenti opere. In fronte folii ſecundi *XYSTO. PONT. MAX. ANDREAS Brentius Patauinus. S. D.* Epiſtola hæc dedicatoria terminatur in averſa folii quinti pagina, linea tertia. Tum immediate ſequitur

*Hippocrates de inſomniis.*

Tam libellus iſte Hippocratis, quam quæ præced et ſequuntur, ſunt romano charactere ſatis luculento & eleganti impreſſa. Circa medium averſæ paginæ folii decimi libellus Hippocratis terminatur, et ſtatim *Andreas B.* (Brentius) *P. Ni Gupalatino. S. D.* In hac epiſtola, qua plura verſionis ſuæ loca uberius exponit, adfirmat, ſe eandem hortatu Gupalatini, & Aloiſii *podocatharii uiri optimi & utriuſq3 noſtrum amiciſſimi* ſuſcepiſſe. Terminatur hæc epiſtola in prima folii decimi quinti pagina, linea 18. In averſa ejusdem pagina ſub inſcriptione *Idem* interpres rationem reddit, cur græcum Cteſius (Κτησιος) latine verterit *Terreſtris.* Exemplar hujus editionis a Cl. Denis in Merkwürdigkeiten der garelliſch. Bibl. pag. 207. & 208. recenſitum mancum eſſe oportet, utpote quod foliis conſtat tantum quatuordecim, & Epiſtolam Brentii ad Zachariam Barbarum non habere videtur. Nullam certe ejus mentionem fecit Denis. De Andrea Brentio ſupra ad N. CLXXXVII. quædam adnotavi. Hujus opuſculi, quod cum Cl. Denis Romæ impreſſum cenſeo, non meminit P. Audiffredi.

CXCIII. *In ſpeculo geſtoruꝫ mundi cap'o de Tiberio Impatori i fine legit' ep'la Pilati Tiberio miſſa* (qua nunciat ea, qua ipſo præſide in Judæa acta fuerant de Jeſu Chriſto) *Lentul: de ſtatura Criſti epiſtola rperta in annalibus Romanorum.* — *In Alphunſuꝫ Aragonū Regeꝫ* (ex itinere quodam reverſum) *oratio* gratulatoria ab anonymo (qui de ſe ipſo dicit *ego tā paruulus*) in 4. min.

Duo opuſcula priora non niſi folium, & ſingula quidem, paginam implent. Tertium paginam integram, & averſæ paginæ viginti lineas occupat. Impreſſa ſunt charactere romano rudiuſculo, ſuntque primus forte conatus roman cujusdam typographi. Duo priora quin ſpuria ſint, pauci addubitabunt: terti vero auctor, & occaſio, quo habita eſt oratio, me quidem latet. Nihil etiam de iſtis alicubi me legiſſe memini.

CXCIV. Septem Pſalmi pœnitentiales in italicum Idioma vulgare converſi, & Symbolum Apoſtolorum pariter Italice. Verſio Metrica. in 8. min.

Tituli loco in fronte primæ paginæ legitur: *Incominzo li ſette Salmi penitentiali In vulgari.* Impreſſi ſunt charactere gothico Stephani Planck, eodem nimirum, quo opuſculum ad ann. 1489. N. XLIII. impreſſum eſt. Unde apud nos quidem eandem habet compacturam, quemadmodum etiam opuſcula duo ſequentia. Conſtat iſtud quidem opuſculum foliis duodecim nec ſignatis, nec numeratis. Septimus Pſalmus penitentialis terminatur in prima ultimi folii pagina, linea 7. Huic ſubjecta eſt vox *Finis.* Immediate vero ſequitur *Credo vulgare fato p. f. Ja. de bagno.* Cuivis articulo additum eſt nomen apoſtoli qui ejus auctor credebatur. Exemplo ſit articulus primus:

*Jo credo nel ſupremo creatore*
*de cieli ꝛ terra patre omnipotente*
*ſi chome diſſe Pietro piſcatore.*

Terminatur ſymbolum in averſa ejuſdem folii pagina, linea 23. In eadem a dextris legitur vox ℭ *Finis.* & nihil aliud. Videtur opuſculum eodem anno Romæ impreſſum, quo opuſculum ad ann. 1489. N. XLIII. recenſitum. Cl. P Audiffredio fuit incognitum.

## CXCV. *Mirabilia Romane vrbis.* in 8. min.

Opuſculum iſtud, octo conſtans foliis impreſſis eodem eſt charactere impreſ-quo immediate præcedens, cui in eadem compactura apud nos eſt adnexum. nec numerata nec ſignata ſunt: carent etiam inſcriptionibus. Verba tituli recitata leguntur in fronte primæ paginæ: ad calcem vero opuſculi poſt li-m primæ octavi folii paginæ decimam ſextam ſola vox ¶ *Finis*. Cl. P. Au-redi pag. 392. duas alias ejusdem opuſculi editiones excitavit: de noſtra au-a nihil habet. Opuſculum in certos articulos diuiſum eſt. In primo agitur muro urbis, propugnaculis, turribus, ejusque amplitudine in ſecundo de por-primum intra urbem, deinde *tranſtiberim* (ſic) in tertio *De montibus infra* (ſic) *bem*, in quarto *De pontibus vrbis* &c. &c. ultimus articulus eſt *De Octaviano nperatore*. Opuſculum hoc eſſe diverſum ab illo, quod ad ann. 1489. N. XLIII. eſcripſi, ibidem jam monui, patetque ex utriusque volumine, & argumento. Jt vero præſens editio a Stephano Planck eodem anno, quo opuſculum illud prius, excuſum videtur: ita perquam probabile eſt, quod ambo etiam anno 1492. ſimul prodierint ex eadem typographia. Certe Cl. Panzerus loc. cit. pag. 43. meminit editionis opuſculi ſub titulo: *Mirabilia Rome* (ſic, non *Romane*, ut no-ſtra editio habet) *vrbis*, quæ eandem habet compacturam cum editione opuſculi, ad annum 1489. N. XLIII. recenſiti, facta Romæ anno 1492. per Stephanum Planck, & a Cl. Panzero ibidem deſcripta. Ceterum editio iſta anni 1492. a Cl. Panzero deſcripta eſt oppido diverſa ab illa, quam ad annum eundem N. VI. recenſebo.

## CXCVI. *Odus* (mOdus) *confitendi ɔpoſitus per reuerēdum epum Andreā Hyſpanum ſanctę Romane eccleſię penitētiariū.* in 8. min.

Hoc exordium eſt opuſculi, cujus textus in eadem linea cum vocabulo ultimo *penitētiariū* incipit vocibus *Quoniā omī.* Conſtat foliis duodecim, quæ nec numeros, nec inſcriptiones, nec ſignaturas habent. In averſa folii duodecimi pagina poſt lineam textus duodecimam legitur: ¶ *Finit modus confitendi.* In prima autem pagina folii ſequentis incipiunt *Nterogationes* (ſic, ſc. iNterogationes) *& doctrine quibus quilibet ſacerdos debet interrogare ſuuȝ cōfitentem.* Atque hæ quidem decem conſtant foliis impreſſis. Ad calcem averſæ paginæ folii decimi legitur vox ¶ *Finis.* Sunt etiam hæc duo opuſcula iisdem literis impreſ-ſa, quibus duo præcedentia, & alterum illud ad annum 1489. N. XLIII. recenſitum. Habent etiam hæc omnia eandem apud nos quidem compacturam. Quare vix dubitandum videtur, quin eodem anno 1489. a Stephano Planck Romæ fuerint excuſa. Præſens editio Cl. P. Audiffredio fuit incognita: idem vero pag. 459. duas alias, a noſtra diverſas, excitavit.

CLAS-

# CLASSIS III.

## LIBROS COMPLECTENS, QUORUM LOCUS IMPRESSIONIS ET TYPOGRAPHUS AUT INCOGNITI MIHI SUNT, AUT MINUS CERTI.

CXCVII. *ORATIONES In eloquentiam In hiſtoriam In bonas artis* (ſic pro artes) *In poeticen In Sapientiam In Satyram & ſtudia humanitatis Vita Pauli ghiacceti De pęnitentia.* Auctore Bartholomæo Fontio, Florentino. in 4.

Verba *Orationes — De penitentia* leguntur in averſa primi folii pagina novem lineis comprehenſa. In fronte folii ſecundi *Bartholomęus fontius Laurentio medici S.* Epiſtolam hanc dedicatoriam in averſa ejusdem folii pagina excipit

*Oratio Bartholomęi fontii in laudem*
*oratorie facultatis.*

Tam hæc, quam ſequentes orationes & opuſcula rotundo charactere plane elegantiſſimo & præſtanti chartæ impreſſa ſunt. Initiales literas parvas, & ſignaturas ab a — f ipſe typographus adjecit: deſunt vero cuſtodes, numeri, & inſcriptiones paginarum.

*Oratio Bartholomei fontii in laudem poeti*
*ces facultatis*

in fronte folii quinti quaternionis c.

*Bartholomæi fontii Donatus ad Julianum*
*Medicem Petri. F.*

in fronte folii ſecundi ſexternionis f incipiunt. Donatus vero iſte, ſeu Donati Acciaioli Florentini oratio ſeu diſcurſus de Pœnitentia cum Bartholomæo Fontio, ut ipſe narrat in dedicatione ejusdem ad Julianum Medicen Petri filium, habitus terminatur in averſa pagina folii duodecimi ſexternionis f, linea 17. In fine ejusdem nihil prorſus legitur ſubſcriptum. Editio Florentiæ facta fuiſſe videtur octavo, vel nono ſaltem ſæculi XV. decennio. Bartholomæus Fontius ipſe Florentinus fuit, vir elegantiſſimi ingenii cujus luculentiſſimum monumentum præſentes ſunt orationes. A Matthia Corvino, Hungariæ Rege, Bibliothecæ Budenſi Præfectus, & inter ejusdem familiares adlectus eſt. Edidit complura alia opera, de quibus ſatis adcurate diſſerit J. Albertus Fabricius in Bibliotheca Lat. Vol. II. De operum auctoris ejusdem rariſſima editione, quæ ſub Auſpiciis Auguſti Brunsvicenſium, & Lunæburg. Ducis prodiit Francofurti anno 1621. erudite diſſeruit Burckardus in Hiſtoria Bibliothecæ Auguſtæ Wolfenbutelenſis Lib. I. Cap. IV. pag. 99. ſeqq. Fontii orationum editio, cujus ibid. pag. 103. in nota (ll) fit mentio, forte alia non eſt, quam hæc noſtra, cujus quidem nullus Bibliographus, quod ſciam, fecit mentionem.

## CXCVIII. Miſſale in uſum Eccleſiæ Herbipolenſis. in Fol.

Præmiſſum eſt ſine ullo titulo kalendarium Eccleſiaſticum ſex foliis comprehenſum. Folio ſeptimo index miſſarum ſpecialium, e. g. Pro pace, De Angelis, & collectarum legitur. Folium octavum exorciſmos ſalis & aquæ continet. Octo hæc folia non ſunt numerata. Folia vero ſequentia in medio marginis ſuperioris inter duas columnas primæ paginæ numeros habent adjectos, e. g. xlvj. xcv. Initiales quoque literas magnas ligno inciſas typographus rubro impreſſit colore. Deſunt vero ſignaturæ & cuſtodes. Carent etiam numeris folia inter folium CXVI. & CXVII. in quo poſteriori Miſſa incipit in Dominica paſchatis conſueta, intermedia. Porro hæc folia non numerata ea continent, quæ choraliter, ut loquimur, in miſſa cantari ſolent, ac inſuper totum canonem ſeptem foliis pergameno impreſſum. Literæ miſſales ſatis magnæ ſunt: & charta eſt præſtantiſſima. Folia numerata ſunt cccxxviij. Accedunt vero folia quatuor impreſſa, quibus continentur *cautele ſeruande circa defectus vel caſus qui oriri poſſint* (ſic) *in miſſa.* & *regule generales vtiles & neceſſarie ꝑ circulū anni* &c. Nec in fine harum regularum, nec in fine ipſius Miſſalis quidquam legitur ſcriptum. Circa medium primæ columnæ folii cxlj. *In die ſancto penth'. ad miſſam Introitus* legitur. In fronte primæ columnæ folii Cxcvj. *Incipit de ſanctis. In vigilia andree. Introitꝰ* Proprium ſanctorum terminatur in averſa columna quarta folii cclxxx. linea 8. In fronte vero primæ columnæ ſequentis folii *Sequitur Cōmune ſctōrum Et primo In vigilia vnius apli'. Introitus.* Hæc ſufficiunt, ut ab aliis editionibus hæc diſcerni poſſit editio, quæ ſine dubio ſeculo XV. excuſa eſt. De typographo, & loco impreſſionis nihil adfirmare poſſum.

*Pluribus hoc in Faſciculo non erat locus.*

# BIBLIOTHECÆ
## ACADEMICÆ INGOLSTADIENSIS
# INCUNABULA TYPOGRAPHICA

SEU

LIBRI ANTE ANNUM 1500 IMPRESSI MILLE SEPTINGENTI ET AMPLIUS;

QUOS

SECUNDUM ANNORUM SERIEM DISPOSUIT, DESCRIPSIT, ET NOTIS HISTORICO-LITTERARIIS ILLUSTRAVIT

**SEBASTIANUS SEEMILLER**

CANONIC. REG. POLLING. SERENISS. ELECT. PAL. BAV. CONSIL. ECCLESIAST. ACT. THEOL. DOCTOR ET PROF. PUBL. ORD. BIBLIOTHEC. ACADEM. PRÆFECTUS ET H. T. UNIVERSITATIS RECTOR.

## FASCICULUS IV.

QUI

LIBROS COMPLECTITUR, NOTA ANNI IMPRESSA INSIGNITOS, OCTOGINTA SUPRA SEXCENTOS, EOSQUE OMNES AB ANNO 1490 — 1499 IMPRESSOS.

ACCEDUNT

LIBRI DUCENTI ET TRIGINTA NOTA ANNI IMPRESSA CARENTES, SED PROBABILISSIME ETIAM ANTE ANNUM 1500 IMPRESSI.

*CUM ADPROBATIONE THEOLOGICÆ FACULTATIS.*

INGOLSTADII

*Vendit* JOH. WILHELMUS KRÜLL BIBLIOPOLA ACADEM.

*Impreſſit* Sebaſtianus Valentinus Haberberger Electoralis Univerſitatis Typographus. 1792.

# PRÆFATIO.

Jam tres fere anni abierunt, ex quo tertium huius operis bibliographici faſciculum edidi. Quartus, iſque ultimus, nunc primum ſequitur. Tantæ moræ non una fuit cauſa. Primo enim numerus librorum, qui in hoc uno faſciculo fuerant recenſendi, tantus erat, ut numerum librorum, qui in tribus præcedentibus Faſciculis ſimul ſumptis recenſiti ſunt, non exæquaret tantum, verum etiam ſuperaret. 2do Exquo primum huius operis faſciculum edidi, plures Bibliothecarum præfecti libros Sæculo XV. impreſſos, ſuiſque in Bibliothecis latitantes magna cura conquiſierunt, & non nulli quidem eosdem adcurate deſcriptos in lucem ediderunt. Horum lucubrationes a me ſollicite conquiſitæ, & diligenter perluſtratæ magnam huic operi perfectionem conciliarunt. Breviorem etiam, iis perluſtratis, in quarto hoc faſciculo eſſe mihi licuit, cum obſervarem, partem maximam librorum, quos Faſciculus iſte continet, jam ab aliis adcurate deſcriptam fuiſſe. Demum quarti huius faſciculi editio differenda tamdiu mihi viſa eſt, donec faſciculorum præcedentium exemplaria pleraque eſſent divendita. Cum enim operum, quae ad hiſtoriam ſpectant litterariam, atque imprimis ad bibliographiam antiquariam, pauci lectores, & vel ideo etiam pauci emptores ſint, timendum haud abs re fuerat, ne cum labore, quem publicæ utilitatis, non lucri cauſa, lubens in me ſuſcepi, ſumptus etiam in operis editionem impenſi perirent. Timendum eo magis id fuerat, quod viri non nulli, litterati ſcilicet, clam, immo palam in faciem mihi dicerent, haud ſe perſpicere, cur in opus ejusmodi tantum laboris, tantosque ſumptus impenderim, ex quo aut nulla, aut exigua admodum in rempublicam litterariam commoda redundarent. Sed his, ſi ſuperis pla-

)( 2 cet,

cet, litteratis hominibus ſurdas ſemper aures præbui, eosque ad iteratam præfationis meæ, Faſciculo I. præfixæ, lectionem hortatus ſum; ubi quidem de hujus operis ſcopo, & uſu multiplici fuſe diſſerui. Poteram etiam contemnere hujusmodi judicia, poſtquam viri docti, & vere litterati ad unum omnes, qui in novellis litterariis hoc opus recenſuerunt, non modo opus ipſum diligenter, & erudite elaboratum, verum etiam reipublicæ litterariæ non una ex parte utiliſſimum eſſe judicarunt (a).

Ipſa etiam Suprema Univerſitatis curatella non modo Clementiſſimis litteris, anno 1788. die 24. Maii ad me datis Sereniſſimo Electori pergratam, atque Academiæ etiam noſtræ honorificam eſſe hanc lucubrationem meam ſignificavit, verum etiam duplicato, quo antea, qua univerſitatis Bibliothecarius, fruebar, ſalario ad ejus continuationem me animavit. Hinc nulla fere interpoſita mora faſciculi ſecundus & tertius primum inſecuti ſunt. Quartus, isque ultimus ob rationes modo expoſitas nunc primum ſequitur. Supereſt ut eundem æqui lectoris judicio, & correctioni, non minus, quam me ipſum, commendem.

EXPLI-

(a) Conf. Nürnbergiſche gelehrte Zeitung. 1787. Stück LXIX. N. 257. item 1788. Stück XLII. N. 146. item 1790. Stück. XVI. N. 47. Allgemeine Litteratur Zeitung Jena. im Monathe Jenner 1788. N. 176. column. 179. ſeq. item 1790. im Monathe May. N. 150. Column. 473. ſeqq. Oberdeutſche Litteratur-Zeitung (die zu Salzburg herauskömmt) 1788. im Monathe October Stück CCL. Column. 1993. ſeqq. item 1789. Auguſt Stück XCVII. Column. 305. ſeqq. Wirzburger gelehrte Anzeigen 1788. im Februar. Stück X. pag. 92. ſeqq. item 1789. im Jenner Stück IX. pag. 85. ſeqq. *Hiſtoriſch - Litterariſch - Bibliographiſches Magazin.* — Von — Meuſel. — Zürich. Stück I. 1788. pag. 153. ſeqq. item Stück II. pag. 309. ſeqq. item Stück IV. pag. 229. ſeqq. Auserleſene Litteratur des katholiſchen Deutſchlands. Band. I. Stück. IV. pag. 524. ſeqq. Tübingiſche gelehrte Anzeigen 1789. pag. 105. ſeqq. Allmeine deutſche Bibliothek. Band XCIX. pag. 228. ſeqq. Zuſätze zu Hirſchings Beſchreibung ſehenswürdiger Bibliotheken. pag. 101. ſeqq. item pag. 252. ſeqq. Faſciculus II. tantum recenſetur in den Münchner gelehrten Anzeigen. 1788. X. Stück. Wonnemonath.

# EXPLICATIO ABBREVIATURARUM.

Quas adhibui in citandis libris, ad quos brevitatis cauſa, in hoc quarto Faſciculo ſæpius provocavi, utpote fuſiorem plerumque operum a me deſcriptorum notitiam continentes.

*Aud.* vel *Audiffr.* Catalogus Hiſtorico - Criticus Romanorum Editionum Sæculi XV. Romæ 1783. in 4. auct. I. B. Audiffredi.

*Braun.* Notitia Hiſtorico - Litteraria De Libris ab Artis Typographicæ Inventione usque ad Annum MCCCCLXXVIII. impreſſis In Bibliotheca Lib. ac Imp. Monaſterii Ad SS. Udalricum & Afram Auguſtæ Exſtantibus. Accedunt VIII. Tabulæ Æneæ Sexaginta Primorum Typographorum Alphabeta continentes. Auguſtæ Vindel. Sumptibus Fratrum Veith, Bibliopolarum MDCCLXXXVIII. — Pars II. libros complectens ab anno 1479 — 1500. impreſſos cum tribus tabulis æneis, ibid. MDCCLXXXIX. in 4. maj.

*Clement.* Bibliotheque curieuſe Hiſtorique & Critique &c. Par David Clement. Tom. I. II. & III. a Göttingen 1750. 1751. 1752. Tom. IV. & V. a Hannover 1753. & 1754. Tom. VI. — IX. a Lipſic 1756. — 1760. in 4.

*De Bure.* Bibliographie Inſtructive, ou Traite de la connoiſſance des Livres — par François De Bure. Volume de Theologie. 1763. a Paris. Vol. de la Jurisprudence & des Sciences & Ars. 1764. ibid. Hiſtoire. Tomes 3. 1768. Belles Lettres. Tomes 2. 1765.

*Denis Garell.* Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibliotheck, von M. Denis. Wien 1780. in 4.

*Denis Wien.* Wiens Buchdruckergeſchichte, von M. Denis. Wien 1782. in 4.

*Denis Supplem.* Annalium Typographicorum V. Cl. Michaelis Maittaire Supplementum. Adornavit Michael Denis Aug. a Conſ. Bibliothecæ Palat. Cuſtos. Pars I. Viennæ M. DCC. LXXXIX. Pars II. ibid. eod. in 4.

*Dresd.* Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dreßden. Tom. I. II. & III.

*Fabr.* Bibliotheca Latina Fabricii — exedit. Erneſti — Lipſ. 1773. & 1774. Tomi III.

*Freytag. Appar.* Adparatus Litterarius - Collectus a Friderico Gotthilff Freytag. Lipſiæ 1752. 1753. & 1755. Tomi III. in 8.

*Freytag Anal.* Analecta Litteraria De Libris Rarioribus Edita a Frider. Gotthilf Freytag. J. C. Lipſiæ 1750.

*Gaignat.*

*Gaignat.* Catalogue des Livres du Cabinet de feu M. Louis - Jean Gaignat. ou Supplement a la. Bibliographie inſtructive - diſpoſé & mis en ordre par De Bure le jeune &c. A Paris 1769. 2. Tom. in 8.

*Gem.* Karl Theodor Gemeiners Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliothek befindlichen Büchern aus dem fünfzehenden Jahrhundert. Regensburg bey Montags Erben 1785. in 8.

*Hamb.* M. Georg Chriſtoph Hambergers — zuverläßige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vom Anfange der Welt bis 1500. Lemgo 1756. — 1764. 4. Theile in 8.

*Harw.* Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der griechiſchen und römiſchen Klaßiker — von Eduard Harwood — Ueberſetzt aus dem Engliſchen von Franz Karl Alter — Wien 1778. in 8. maj.

*Helm.* Verzeichniß alter Druckdenkmale der Bibliothek — zum heil. Mang in Füeßen. — von Joſeph Maria Helmſchrott Bibliothekar. Ulm 1790. in 4.

*Hum.* Bernhards Fr. Hummels neue Bibliothek von ſehr ſeltenen Büchern rc. 3. Bände Nürnberg 1775. — 1781. in 8.

*Leich.* De origine & incrementis Typographiæ Lipſienſis &c. Lipſiæ. Anno Typographiæ Seculari III. (1740.) in 4.

*Lengn.* B. Beyträge zur Kenntniß ſeltener und merkwürdiger Bücher, mit beſonderer Rückſicht auf die Numismatik von Karl Benjamin Lengnich. 1. und 2. Thl. 1776.

— — N. Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 1. u. 2. Thl. 1780. 1782.

*Meuſ.* Hiſtoriſch - Litterariſch - Bibliographiſches Magazin — Herausgegeben von Meuſel. Zürich 1788. 1790. & 1791. I. II. III. und IV. Stück. in 8.

*Neocell.* Verzeichniß typographiſcher Denkmäler aus dem fünfzehenten Jahrhundert, welche ſich in der Bibliothek des regulierten Chorherrnſtiftes des heil. Auguſtin zu Neuſtift in Tyrol befinden. Brixen — 1789. in 4. Edidit & tabulas ſex aeri inciſas adjecit Franciſcus Gras Can. Reg. & Bibliothecarius Neocell.

*Orlandi* — Origine e Progreſſi della Stampa. Bononiæ 1722. in 4.

*Oudin.* Caſimiri Oudini Commentarius de Scriptoribus Eccleſiaſticis &c. Francofurti ad Moenum. 1732. Vol. 3. in Fol.

*Panzer Ann.* Annalen der ältern deutſchen Litteratur. 1788. in 4. maj.

*Panzer N.* Nürnbergs Buchdruckergeſchichte. 1789.

*Strauſs Mon.* Monumenta Typographica, quæ exſtant in Bibliotheca Collegii Canonicorum Regg. in Rebdorf. Collegit — Andreas Strauſs &c. Eychſtadii 1787. in 4.

*Strauſs Op.* Opera rariora — quæ latitant in eadem Bibliotheca. 1790. in 4.

*Weisl.* Armamentarium Catholicum &c. Joannis Nicolai Weislinger — Argentinæ M.DCC.XLIX. in Fol. Ejusdem Catalogus Librorum impreſſorum in Bibliotheca — Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani Argentinæ. — ibid. M.DCC.XLIX. in Fol.

*Würdth.* Bibliotheca Moguntina libris Sæculo Primo Typographico Moguntiæ impreſſis inſtructa — A Stephano Alexandro Würdthwein &c. Auguſt. Vindel. 1787. in 4.

*Zapf Aug.* Augsburgs Buchdruckergeſchichte — von Georg Wilhelm Zapf ꝛc. — Augsburg 1786. in 4. II. Theil 1791.

*Zapf Mem.* Merkwürdigkeiten der Zapfiſchen Bibliothek. 1. u. 2. Band. Augsburg 1787. in 8. Tom. 2.

*Zapf Cat.* Catalogus Librorum Rariſſimorum ab Artis typographicæ inventoribus ad Annum — MCCCCXCIX. excuſorum, & in Bibliotheca Zapfiana extantium. MDCCLXXXVI. in 8.

## NOTATIO LIBRORUM.

**Qui in hoc quarto Faſciculo per errorem iterato recenſentur.**

*Pag.* 5. ad annum 1485. recenſetur opus, quod jam Faſciculo III. pag. 24. N. IV. recenſitum eſt.
*Pag.* 35. N. 11. idem recenſetur liber, qui paulo inferius pag. 42. N. 61.
*Pag.* 45. N. 22: eſt exemplar mutilum operis, & editionis recenſitæ pag. 53. N. 63.
*Pag.* 48. N. 35. eadem deſcripta eſt Satyrarum Juvenalis editio, quæ occurit pag. 53. N. 64.
*Pag.* 79. N. 6. & pag. 91. N. 78. eadem recenſetur editio.
*Pag.* 95. N. 6. & pag. 99. 100. N. 37. eſt ejusdem operis eadem editio.
*Pag.* 95. N. 7. & pag. 101. N. 49. occurrit eadem ejusdem operis editio.
*Pag.* 96. N. 12. & pag. 97. N. 15. neſcio, quo contigerit caſu, ut idem liber recenſeretur.
*Pag.* 127. N. 239. & pag. 132. N. 269. eadem editio occurrit.
*Pag.* 130. N. 260. eadem opuſculorum S. Anſelmi editio recenſetur, quæ pag. 143. N. 333.
*Pag.* 140. N. 313. & pag. 157. N. 427. eſt eadem editio.
*Pag.* 160. ad annum 1495. denuo recenſetur editio jam recenſita pag. 55. N. 4.

Iteratæ horum operum recenſionis cauſa fuit, quod, plerumque compacta cum aliis necdum recenſitis, interjecto primum aliquod dierum ſæpe hebdomadum, intervallo, iterum occurrerent magis de eorum adcurata deſcrip-

deſcriptione ſollicito, quam memoria recolenti, quod eadem jam aliis a me deſcripta fuerint. Quam facile in tanto librorum Sæculo XV. impreſſorum, & in Bibliotheca academica exſtantium numero, qui adnumeratis libris in duplo exſtantibus ad bis mille, & quingentos aſcendit, fieri potuerit, ut idem liber iterato recenſeretur, percipient, & dabunt veniam illi, qui ipſimet hujusmodi laboribus humeros ſuos ſuppoſuerunt. Et apud hos quidem excuſatione iſta opus forte non fuiſſet, poſtquam errores a me admiſſos indicavi. Nec diffiteri poſſum, Rectoris academici munus, quod inchoata Faſciculi IV. impreſſione humeris meis fuit impoſitum, ſæpe impedimento mihi fuiſſe, quo minus debitam attentionem habere poſſem. Non raro enim vel errorum typographicorum correctione, vel operis ipſius reuiſione, & emendatione occupatus a cœpto labore deſiſtere cogebar, nec eum, niſi interjecto aliquot horarum, interdum etiam dierum intervallo, reſumere poteram.

Sequentia duo opera nunc primum cum pluribus aliis compacta reperi:

Die Reformation So d' allerdurchleüchtigeſt. Groſʒmechtigiſt fürſt und herr. herr. Sigmund. Römiſcher' Keyſer — Jnn die nechſten. Conclien. (ſic) zů. Coſtenʒ die Chriſtenlich kirchen Jn beſtetige ordnung zů pringen fürgenomen hett. Darumb dann das vermelt. Concilium der zeit angeſehen wie hernach von wort zů worten aygentlichen volget. Verſa pagina ejusdem ſolii imaginem exhibet imperatoris dormientis, cujus ad aurem vox de cœlo venit. in Fol. Conſtat foliis 28. impreſſis, & ſignatis a. b. c. d. Folio verſo 6. quaternionis d. columna 2. hæc ſubſcripta leguntur: Hie endet ſich das bůch der Reformacion — gedrurkt (ſic) durch Lucā Zeiſſenmair. in der keiſerlichen ſtatt Augſpurg. am mitwoch nach Symonis vñ Jude. Anno dñi. M. cccc. xcvij. Folia duo poſtrema vacua ſunt. De hoc magni momenti opere Conf. *Panzer* Annalen der ältern deutſchen Litteratur pag. 90. ſeqq. & pag. 225. & 226. item *Zapf* Augsburgs Buchdruckergeſchichte P. I. pag. 122.

Der weis Ritter wie er getreuwlich beiſtund ritter Leuwen, des Herzogen ſun von Burges, das er zů letſt ein künigreich beſaſʒ. His ſubjecta eſt figura ligno inciſa, libri fabuloſi argumento reſpondens. In ipſo etiam libro paſſim occurrunt figuræ ligno inciſæ, eæque variæ magnitudinis, occurrunt etiam initiales litteræ florentes magnæ. Fol. Titulum excipit regiſtrum folii unius. Folio 3. poſt præfationem opus ipſum incipit, charactere germanico in 2. columnis impreſſum. Folia litteris A — Z. & a — g. ſignata, & numeris romanis notata ſunt. Eſt exemplar mutilum, utpote folio verſo CLXXXI. (181.) terminatum. Verba ultima hujus folii ſunt

bliben zu rom vierzehen tag, vnd waren in groſſen fröden

Paucis indicavit *Panzer Ann.* p. 47. notitia ex Bibliotheca Ingolſtadienſi ſibi communicata. Ex Panzero habet *Denis Suppl.* p. 652. N. 5776.

NOTITIA



NOTITIA

# HISTORICO-LITTERARIA

DE

# INCUNABULIS TYPOGRAPHICIS

BIBLIOTHECÆ ACADEM. INGOLSTADIENSIS.

## FASCICULUS. IV.

## ADDENDA

AD

## TRES FASCICULOS PRIORES,

SEU

LIBRI ANTE ANNUM 1490. IMPRESSI

ET

NUNC PRIMUM E BIBLIOTHECA ERUTI.

### ANNO 1473.

Raynerii de Riualto Ord. Præd. (vulgo de Piſis loco natali) Pantheologia, ſeu Lexicon Theologicum alphabeticum. Fol. Exſtat apud nos non niſi volumen unum, quod præter triplex Regiſtrum, foliis 30. comprehenſum, complectitur tantum materias ſub litteris A. B. C. & D. occurrentes. Prologus

duplex editoris Jacobi Florentini Ord. min., & materiæ littera A compre-
henſæ folia implent 68. Chartarum Faſciculus ultimus ſexternus eſt, & opus
ipſum terminatur ſexterni hujus folio 11. columna 2. linea 52. *Sequitur* au-
tem, & incipit eodem folio verſo *tabula pcedentis lre. D.* terminata folio 12.
columna 3. linea 36. Ceterum Character gothicus eſt admodum nitidus.
Deſunt ſignat. cuſt. num. fol. initiales litteræ. Vix dubito, quin hoc volumen
pars ſit editionis Norimbergenſis per Joh. Senſenſchmid, & Henricum Kefer
anno 1473. adornatæ, quantum quidem ex adcurata hujus editionis deſcriptio-
ne apud *Panzer* N. p. 11. & 12. colligo.

## ANNO 1474.

Speculum Judic. Guilielmi Duranti. Cum additionibus Joh. Andreæ
& Baldi. Pars I. & Pars II. edit rom. an. 1474. quam recenſet Audiffredi
p. 151. Fol. maj. Vol. I. Præit Joh. Bapt. de Lanciis ad Cardinalem Melfe-
tenſem epiſtola dedicatoria hujus editionis a ſe curatæ, quam præcedentibus
duabus romanis (quarum una anno 1473, altera an. eod. 1474. prodiit conf.
*Aud* p. 131. & p. 169.) multo correctiorem eſſe affirmat. Epiſtolam eodem
folio verſo ſubſequuntur *Rxice primi libri ſpeculi.* Folio ſecundo poſt titulum
charactere gothico pinguiori & majuſculo impreſſum opus incipit romano
charactere impreſſum ſine cuſtod. ſignat. numeris & inſcriptionibus foll.
Folio ultimo verſo: *Finitur prima pars Speculi Guilhelmi duranti cum
additionibus Johannis Andree & domini Baldi. Rome impſſa per uenerabiles
magiſtros Vdalricum gallum Almanū & Symonem nicholai de Luca.* Folio I.
verſo partis ſecundæ *Incipiunt* (& finiunt) *Rxice ſuper ſecundo ſpeculi.* Fo-
lium II. deeſt. Folium tertium incipit vocibus *tractatum habere.* Forma
exterior eſt eadem prorſus, quæ partis primæ. Ceterum pars hæc ſecunda
ſine ulla ſubſcriptione terminatur. Folio ultimo recto exhibetur *Regiſtrum
primi voluminis* (h. e. Partis I. & II.) *Spe.* culi. Fatetur *P. Audiffredi* in Ca-
talog. Roman. Edit. Sæc. XV. Volumen primum (debuiſſet dicere primam
partem voluminis primi, cum partis ſecundæ titulum ex exemplari utique a
ſe viſo recitaverit) hujus editionis ſe nunquam vidiſſe. Unde etiam Joh. Bapt.
de Lanciis, qui editionem hanc curavit, nulla apud eum ſit mentio. Conf.
loc. cit. p. 151.

## ANNO 1475.

Petri Nigri (Schwarz) Ord. Præd. Tractatus contra Judæos de conditio-
ne veri Meſſiæ ad Pſalm. 118. (Latinis 117.) ℣. 22. in Fol. charact. goth.
minus pinguis, ſine titulo, cuſtodibus, ſignaturis, numeris foliorum cum ini-
tialibus litteris ligno inciſis. Hebraicæ voces latinis litteris impreſſæ ſunt.
Conſtat foliis 42. In auerſa ultimi pagina legitur: *Explicit Tractatus Ad Ju-
deoꝝ pfidiam extirpandam ꝯfectus p fratrem Petrum Nigri ordinis pdicatoꝝ Vni-
uerſitatū Montiſpeſſulani in francia. ſalamantine in hiſpania. friburgenſ ac Ingel-
ſtetenſis*

*ſtetenſis In Alamania. ſituata4. Baccalariū In theologia formatū In ligua* (ſic) *hebraica proficientem Qui z ipſo corrigēte Inpreſſus eſt p diſcretū ac Induſtriū virū Conradum Fyner de Gerhuſen. In Eſslingen Imperiali villa. ac ɔplet9 Anno ab Incarnacōe dñi Milleſimo ccccl xxv die ſexta Junij.* Accedunt 1) litteris iisdem impreſſa, nomina librorum veteris teſtamenti, quibus tam apud latinos, quam Hebræos inſigniuntur. 2) Explicatio alphabeti hebraici. 3) Decem praecepta decalogi hebraice latinis litteris impreſſa, cum verſione eorum latina et ſolutione quarundam obiectionum. Ad calcem harum additionum legitur: *Has auctoritates ptextis ſubimpmere iuſſi quibɔ vti poteris in locis ſuis.* Et nihil amplius. De auctore, qui in matricula Univerſitatis noſtrae ad diem 27. Martii an. 1473 inter inſcriptos legitur his verbis: *Frater petrus Swartz de Cadana ordinis predicatorum ſacre theologie Baccalaureus formatus*, conf. *Freytag Anal.* pag. 634. vbi etiam de opere ipſo, & hac editione notitiæ habentur.

## ANNO 1476.

1) Juſtiniani Imp. Inſtitutionum Libri IV. 2) Authenticarum collationes Novem. 3) Codicis libri 10. 11. et 12. 4) Liber feudorum. Omnia cum apparatu Accurſii. Accedunt Extravagantes cum apparatu Bartoli. Fol. maj. Præcedunt rubricæ horum omnium operum foliis duobus, & dimidio comprehenſæ. Charact. textus goth. pinquior, & majuſculus. Commentariorum vero roman. Deſunt ſignat. Cuſtodes, numeri, & inſcriptiones foliorum. Ad calcem libri IV. Inſtitutionum legitur: *Finis inſtitutionum cum apparatu accurſii ciuis ſlorentini impſſus rome. Anno ſalutis MccccLxxVI. ſedeñ Sixto. iiii. pontifice Maxio āno pontificatus eius quinto.* cum indice rubricarum. Ad calcem authenticarum nihil ſubſcriptum legitur. Folio autem ſequenti *Codicis - liber - incipit. x.* Ad calcem duodecimi nihil pariter ſubſcriptum eſt. Ad calcem vero feudorum legitur: *Finit feliciter liber feudornm impreſſus Rome aput* (ſic) *ſanctum Marcum Anno a natiuitate dñi. M. cccc. lxxvi. die lune xv. mēſis iulii ſedñ* (ſic) *Sixto quarto pontifice maximo anno pontificatus eius q̄nto.* Extravagantes foliis 11. comprehenſæ ſunt: folio autem verſo ultimo exhibetur *Regiſtrum* (chartarum) *huius uoluminis iuxta ordinem glo.* Cl. P. Audiffredi in Catalogo Rom. edit. Sæc. XV. non niſi Libros IV. Inſtitutionum ſecundum hanc editionem noverat, & ne de his quidem adcuratam habuit notitiam, ut patet ex ſubſcriptione ab eo recitata p. 11. Hauſit hanc notitiam ex indice Bibliothecæ Felini M. Sandei, quem tamen p. 208. in nota * *quoad ſubſcriptiones præſertim* accuratiſſime exaratum eſſe adfirmat. Minus accurate, immo oſcitanter exaratum eſſe Catalogum illum novo argumento probari poſſet, ſi conſtaret certo, quod probabiliſſimum eſt, Indicem feudorum ibid. p. 203. N. VI. excitatum, & Romæ apud S. marcum impreſſum eundem eſſe cum ſuperius laudato libro feudorum.

## ANNO 1477.

Joh. Andreæ, tractatus de Arboribus conſanguinitatis, affinitatis, & cognationis ſpiritualis. in Fol. Hæc editio cum editione anni 1478. Faſc. II. pag. 23. exacte convenit, & tantum in numero, ac poſitione linearum hinc inde differt. Ad calcem paginæ primæ folii 10. *Finit tractatus — Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Impreſſus per Fridericum Creußner de Nurmberga.* Conf. *Braun* P. I. pag. 192. *Panzer N.* pag. 49.

## ANNO 1478.

*Incipit Apparatus quinq3 librorū decretaliu3 dñi jnnocēcij pape quarti cōpoſit⁹ et publicat⁹ in ciuitate luduneñ.* (ſic) Fol. magn. Charact. goth. Henrici Eggeſtein typographi Argentin. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. initialibus litteris. Rariſſima editio, memorata a Steigenbergero in der Abhandlung über die zwo allerälteſte gedruckte deutſche. Bibeln p. 36. & adcurate deſcripta a *Braun* P. I. p. 197. Sed exemplar noſtrum mutilum eſt. Terminatur enim folio 374. verbis illis: *quidam eciā ſunt q; et ſi hñt.* Ut adeo folia 32 poſtrema deſint.

## ANNO 1482.

S. Athanaſii opus Contra gentiles ex verſione latina Omniboni Leoniceni in hac editione correcta a Barnaba Celſeno hortatu Petri Bruti Catharenſis Epiſcopi, cujus præmiſſa eſt ad hunc epiſtola cum illius reſponſoria. Prior data eſt *Quarto nōas decembres. M. cccclxxxi. in palatio Epali uicentino.* poſterior *uicentie quinto cal. ianuarias. M. cccclxxxi.* Fol. Charact. rom. cum ſignat. a — m. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem folii 6 recti ternionis m: *Athanaſii opus contra gentiles feliciter finit. Impreſſum Vincentiæ a leonardo baſilienſi cupidiſſime & ſtudioſiſſime. M. cccclxxxii. cal. februarias.* Habet *Orlandi* p. 174.

## ANNO 1483.

Conciliator differentiarū philoſophorū & precipue medicoꝝ — Petri de Abano — Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. et num. foll. Ante medium columnæ 4. folii 2 ternionis gg. legitur: *Exegimus deo fautore op⁹ — impēſa ꝓo charactereq3 — Johānis herbort de Selgēſtat — Impreſſum Uenetiis āno v3. 1483. nonis februis.* Accedunt additiones, & emendationes quædam, item tabula quæſtionum. Folium ſextum rectum ternionis gg. epiſtola legitur, qua *Franciſcus argilagnes de ualentia artium et medicine doctor lectoribus ſa. p. d.* icit. Diſcimus ex iſta epiſtola, Argilagnem ad hoc opus adcurate imprimendum ſuam operam contuliſſe.

ANNO

## ANNO 1485.

*Libellus Yſagogicus Abdillazi. Id Eſt Serui Glorioſi Dei Qui Dicitur Alchabitius Ad Magiſterium Juditiorum Aſtrorum Interpretatus A Joanne Hiſpalenſi. Scriptumque In Eundem A Johanne Saxonie Editum Vtili Serie Connexum Incipiunt.* in 4. Præit ſphæra terreſtris. Character operis romanus, commentariorum gothicus. Cum ſignat. & litteris initialibus magnis florentibus, ſine cuſtod. & num. foll. In pagina prima folii 10. quinternionis *mm*: *Finit ſcriptum Alchabitium ordinatum per Johannem de ſaxonia in villa pariſienſi anno* 1331°. *correctum p artium et medicine doctorem dominum Bartholomeum de Alten de Nuſia. Impreſſum arte ac diligentia Erhardi ratdolt de Auguſta Imperante Johanne Mocenigo Uenetiarum duce. Anno ſalutifere incarnationis.* 1485. *Uenetiis.* De hac editione, opere ipſo, auctore &c. præclare differit *Denis Garell.* pag. 119. & 120.

## ANNO 1486.

1. S. Thomas Aq. in Lib. I. Sententiarum in Fol. Ad calcem ante tabulam quæſtionum: *Explicit ſcriptũ ſancti Thome de aquino ordis predicatorũ ſup primo libro ſentẽtiarũ ſingulis diſtinctionib⁹ antepoſitis. Impreſſum Uenetiis p magiſtrũ Antoniũ de ſtrata Cremonẽſem. Anno domini* 1486. *Die* 21. *Junii.* Charact. goth. & minut. in Commentariis, in textu Petri Lombardi magn. & luculent. Habet ſignat. initial. litter. parv. & inſcript. pagg. caret cuſtod. & foll. num. Editio ut videtur hactenus incognita.

2. **Das Regiſter über das büch genannt die war nachuolgung Criſti.** in 4. Regiſtrum hoc foliis 5 conſtat. Folio 6 (quod eſt) **Das i plat,** opus incipit charactere germanico maiori impreſſum ſine cuſtodibus & ſignat. cum numeris foliorum. Terminatur folio verſo cxc (190) linea 19. Non dubito, quin eadem ſit editio, quam *Panzer Annal.* p. 159. & p. 25. Auguſtæ Vindelicorum ab Antonio Sorg anno 1486. excuſam recenſuit. Deſunt tantum in noſtro exemplari folia primum, quod titulum, & ultimum, quod ſubſcriptionem continere debet.

## ANNO 1487.

*Hoc libello lector agnoſces defenſiones plurimas: et eas certas atq3 legittimas* (ſic) *ĩ eos qui male putãt canonicoru3 regulariũ ordine3 nõ precedere gradu: ac dignitate monaſticum. Que ſunt edite a celſo Maffeo regulari canonico Reuerendiſſimis dominis Cardinalibus ſancti Marci. Neapolitano. atq3 ſenenſi olim Rome audita cõtrouerſia id depoſcentibus.* &c. in 4. Charact. goth. columnn. 2. cum ſignat. a — e. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 8 verſo quaternionis b legitur: *Impreſſum Uenetiis p Petrum Bergamenſem: Anno domini.* 1487. *Menſis Januarij die decimo.* Accedit, tanquam pars operis ſecunda, *Liber reſponſio-*

num

*num ad rationes monaſticas*, terminatus folio 6 recto ternionis e. ubi etiam ſu[b]ſcriptionis loco legitur *Regiſtrum* chartarum, & vox Finis. Editio, ut ipſu[m] opuſculum, prorſus videtur incognita. Eſt enim diuerſum ab opere ſimilis a[r]gumenti, cujus auctor eſt Euſebius Corradus, Can. Reg. apud *Denis ſuppl.* p. 54.

## ANNO 1488.

1. *Franciſci Maturantii Peruſini Viri Eruditiſſimi Enarrationes. In M. T. Ciceronis Philippicas.* in Fol. Præit Maturantii epiſtola ad Joh. Mariam Aureolum Vicentinum. Charact. Roman. tam in textu, quam in enarrationibus, cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem primæ paginæ folii 6. ternionis n: *Impreſſum Uicentiæ per henricum de ſancto urſio. M. cccclxxxviii. die. viiii. menſ. iunii.* Meminit *Harw.* pag. 199.

2. Libri quatuor de Imitatione Jeſu Chriſti, qui in hac editione Johanni Gerſon Cancellario Pariſienſi adſcribuntur. in 4. Præeunt *Tabule capitulo[rum] i libros ſequẽntes.* Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. In col. 3. folii 3. ternionis f. *Explicit liber quartus — Johãnis gerſon cãcellarii pariſienſis de cõtẽtu mũdi deuotũ et vtile opuſculũ. Impreſſũ Auguſte arte et impenſis Erhardi ratdolt viri ſolert. Anno dñi M. cccc. lxxxviiij.* Accedit Gerſonis tractatus de meditatione cordis, foliis duobus & dimidio comprehenſus. Ad calcem: *Explicit liber de meditatiõe cordis.* Conf. *Braun* pag. 162. In editione operum Gerſonis eodem anno facta hi quatuor libri de Imitatione J. Ch. Gerſonis non eſſe, ſed cujusdam Canonici Regularis Thomæ de Kempis nimirum, eſſe dicuntur. Conf. Faſc. III. pag. 118. ſeqq.

3. *Sermones ſancti Uincentii de Ualentia fratris diui ordinis predicatorum ſacre theologie profeſſoris eximii de tempore Hyemali.* — Sermones ejusdem de Sanctis. in Fol. Voll. 2. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtoſt. & num. foll. Ad calcem partis hyemalis: *Uenerandi patris — ſermones hyemales — in inclyta Baſilea ſolicitius emendati. ac p Nicolaum Keſler — impreſſi: finiunt. Anno — M. cccc. prope finem octuageſimi octaui. xvj. videlicet kalendas mẽſis Januarij.* Cum tabula alphabetica materiarum. Ad calcem ſermonum de Sanctis poſt Typographi inſignia: *Sermones — Trium fere partium voluminibus: Hyemali uidelicet Eſtiuali* (quod apud nos deſideratur) *et de ſanctis — cura et impenſis Nicolai Keſlers — finiunt. Anno — poſt'milleſimum quaterque centeſimum octuageſimo octauo. Sedecimo ꝟo Kalendas Januarii.* Pars hyemalis ſola recenſetur in *Neocell.* p. 103. Omnium trium voluminum meminit *Denis* in *Supplem.* pag. 246.

4. Roberti Caraccioli de Licio Ord. min. Sermones Quadrageſimales de peccatis. in 4. Charact. goth. minutiſſ. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. In col. 4. folii 186. *Explicit quadrageſimale de peccatis — finitum eſt* (ab auctore) *anno domini 1483. die 9ª menſis octobris hora veſpertina. Et impreſſum Uenetiis per Andream de Toreſanis de Aſula: Anno dñi 1488. die 5. kal. octobris.* Accedunt epiſtola ad Johannem de Aragonia Cardinalem dedicatoria

ria, & tabula ſermonum. Sermones iſti quadrageſimales *de peccatis* ab ejusdem auctoris ſermonibus quadrageſimalibus *de poenitentia* inſcriptis diuerſi ſunt. Hos autem ante annum 1483 nedum compoſitos, ſed ſæpius impreſſos habemus, nempe ann. 1472. 1473. 1475 &c. Conf. *Braun* P. I. pag. 146. 157. 177.

## ANNO 1489.

1. *Kalendarium magiſtri Joannis de monte regio viri peritiſſimi.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a. b. c. ſine cuſtod. & num. foll. conſtat 26. foliis. Ad calcem: *Kalendarium — explicit feliciter Erhardi ratdolt — imprimendi arte: — auguſte vindelicorum — xii. Kal. Aprilis.* 1489. Zapf. in *Aug.* meminit Kalendarii germanici ejusdem auctoris eodem anno, & ab eodem typographo impreſſi: latini autem non meminit.

62. *Decretales*, ſeu Libri V. Decretal. cum notis ampliſſimis. 4. Charact. goth. minutiſſ. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio recto 658. finit opus impreſſum *Uenetiis per Andreā de Toreſanis* (ſic) *de Aſula.* M. cccc xcviij. *die.* iiij. *Marcij.* Editio inſinuata tantum a *Denis Suppl.* p. 446.

63. *C. Plinii Secūdi Junioris epiſtole per Philippum Beroaldum correcte.* 4. Præit Beroaldi Epiſtola *Ad Clariſſimum Johānem Vartimbergēſem Boemum.* Charact. rom. elegans, & luculent. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem libri octavi: *C. Plini Junioris Epiſtolæ Magna cura* (ſic) *Impreſſæ Bononiæ per Benedictū Hectoris Bononienſem. Anno a natali Chriſti M. CCCC LXXXXVIII. XIV. Kaleñ. Nouembris.* cum regiſtr. chart. & typographi inſign. Folio ultimo Beroaldi ad Bartholom. Blanchium condiſcipulum carmen legitur. Editio inſinuata apud *Harwood* p. 300. item *Orlandi* p. 115.

64. *M Iſſale Romanum.* His ſubjecta ſunt Bibliopolæ inſignia. 8. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Columna 4. folii ccxxxv. *Accipite optimi ſacerdotes miſſale — emendatū per fratrē Petrum Arriuabenū: ordinis ſcī Franciſci de obſeruantia. Impreſſum — impenſis — Lucantonii de giunta florentini: Uenetiis Anno.* M. ccccxcviij. *Idibus Octobris.* Accedunt Benedictiones & exorciſmi a fol. ccxxxvi — ccxl. Editio, ut videtur incognita, & una ex primis, quæ Giuntarum ſumptibus prodierunt.

65. Sebaſtian Brands Narrenſchif. in 4. Charact. germ. coll. 2. cum ſignat. & multis figuris ligno inciſis columnæ latitudinem exequantibus ſine cuſtod. & num. foll. Folio 4. recto ternionis ſ eſt End des narragonſ ſchiffs — Gedruckt zů Straßburg auff die vaſenacht. dye man der narren kirchweich nennet. Jm jare nach Criſti geburt Tauſent vierhundert vier vñ neünzig. vnd darnach getruckt Uuß demſelbigen Straßburgeriſchen exēplar zu Augſpurg in d' keyſerlichen ſtat vō hannſen Schönſperger Jm jar nach Criſti vnſers herrē geburt Tauſent vierhundert acht vñ neünzigiſt. Am Affermontag nach vnſers herren auffart. Accedit Regiſtrum. Conf. *Zapf. Aug.* p. 128. & præcipue *Panzer Annal.* p. 234. ſeqq.

66. *Michae-*

66. *Michaelis Lochmaier parochiale curato4 feliciter incipit.* In 4. Cha-
goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *impſſus — p*
*tē Henricū Gran.* ī — *Hagenow: expēſis et ſūptibꝫ epuidi uiri Joh'is Reym-*
— M. cccc. xcviij. xx. *die Auguſti.* Conf. *Helm.* p. 182.

67. *Philippi Beroaldi Libellus Quo Septem ſapientum Sententiæ Diſcu-*
*tr.* 4. Charact. rom. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 7 ver-
uaternionis c: *Impreſſum Bononiæ per Benedictum Hectoris Bononienſem.*
› *Salutis. M. CCCC. LXXXXVIII. Die. XVIII. Decēbris.* cum regiſtr.
t. & Typographi inſign. Inſinuavit *Clement.* T. II. p. 227.

68. Sermon (Sermones Sacri) des groſʒ gelarten in gnadē erlauch-
›ctoris Johannis Thauleri prediger ordens. &c. in 4. Præit regiſtrum
7. Charact. germ. coll. 2. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio
cclxxxi. Hie endet ſich das buchlein — gedruckt in der furſtlichen
Leyptzk (ſic) durch Cunraden Kacheloven vñ vorendet. (ſic) Am tag
:rudis ym acht vnd neunzigiſtē iar. Conf. *Freytag Anal.* pag. 940.
*:er Annal.* p. 232. ſeqq.

69. Epiſtolæ Phalaridis, Apollonii, & Bruti. græce. in 4. Præit
holomæi Inſtinopolitani ad Petrum Contarenum epiſtola, in qua latina
n harum epiſtolarum translatio ſeparato volumine edenda, ita, ut *verſus*
*i fideliſſime reſpondeant*, promittitur, cum ſignat. αα — ϑϑ. Folio ultimo
› poſt privilegium ſenatus *Veneti* ad 10. ann. legitur: *Ex ædibus Bartho-*
*'i Iuſtinopolitani, Gabrielis Braſichellenſis, Ioannis Biſſoli, et Benedicti Mangii*
*nſium. M. IID.* xiiii. *Cal. Iulias.* Meminit *Denis Garell.* p. 188. ex *Saxii*
*r. typ. lit.*

70. Sebaſtiani Brant varia carmina, quibus præmiſſa ſunt in hac edi-
ɜ *Ioannis Röchlin Phorcēſ. Scenica Progymnaſmata: h° eſt: Ludicra preexer-*
*enta.* in 4. Charact. rom. cum ſignat. A — P. ſine cuſtod. & num. foll.
› 4. recto ternionis P. paulo ante medium *Carminū Sebaſtiani Brant —*
: *felici fine conſummatū Argentine opera & impenſis Ioannis Grüninger. Kl'.*
*uſti Anni. &c.* xcviij. Accedunt 2. tabulæ, folio ſexto recto ejusdem ter-
is terminatæ. Cum inſignibus neſcio. quibus. Hujus editionis a Baſi-
ì ſupra N. 22. ad h. a. deſcripta differentiam notavit *Clement.* T. V. pag.
ſeqq.

71. *Prouerbiorum* (latinorum veterum) *Libellus* (expoſitorius) Poly-
Vergilii, Urbinatis Presbyteri, cujus præeunt Epigramma ad librum, &
tola dedicatoria ad Guidum Vbaldum Vrbini Ducem. 4. Charact. rom.
ſignat ſine cuſtod. & num. foll. conſtat foliis 70, ſed ultimum album eſt.
ıltimo verſo eſt *Finis. Impreſſum Venetiis per Magiſtrū Chriſtophorum de*
*Anno ſalutis noſtre.* M. cccc. lxxxxviii. *die.* x. *Aprilis.* cum privilegio ad
annos. Eſt hæc prima omnium editio, Eraſmo Roterodamo initio quidem
primum ſua adagia ederet, incognita; unde gloriatus hic eſt, ſe primum
ɜ, qui proverbiorum hujusmodi collectionem adornavit. Conf. *Freytag*
*ar.* Tom. II. p. 1242. ſeqq.

72. *Opus preclariſſimum diſtinctionum henrici bouhic utriuſq3 iuris profeſſoris ſuper quiq3 libris decretaliū nouiter impreſſu3 accuratiſſimeq3 correctum.* Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Diſtinctiones ſuper libro I. foliis. xc. ſuper II. foliis xcvi. ſuper III. ciiii. ſuper IV. & V. cxii. comprehenſæ ſunt. Accedit vero Repertorium alphabeticum conſtans foliis 27. Horum ultimo recto legitur: *Exactum hoc opus — atq3 caſtigatū — p — iuris monarcham dñm franciſcum Ioſſerādi: inſignis collegii ſancti iuſti lugdun. obediētiariū — officialem — Lugdun. per magiſtrū Johannē ſiberti atq3 impenſis mgri Jacobi bueri impreſſum anno* — M. ccccxcviij. &c. Editio inſinuata ab *Orlandi* p. 185. & 301. ſed minus exacte, nulla typographi facta mentione.

73. Alexandri Tartagni Imolenſis Conſilia Juridica. Voll. V. Fol. maj. Præit (qui in alio exemplari Volumini 5to ſubjunctus eſt) index omnium 5. Voll. qui ſeorſim haberi poteſt. Ad calcem col. 2. folii 8. quaternionis cc: *Explicit repertoriū.* — (Index quinti Vol.) — *Impreſſum Uenetiis.* Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Terminantur Volumina V. folio 148. col. 2. *exhibuerūt pientiſſimi illi⁹.* (auctoris) *liberi in florida ciuitate Uenetia4 īprimi Paganinū* (ſic) *de paganinis. Anno ſalut̄ humāe.* M. ccccxcviij. (1498.) *die.* x. *Januarij.* Vol. II. folio CCXX. col. 2. *Impreſſu3 Uenetiis* Mccccxcix. *die.* xx. *menſis martij.* Vol. III. folio CVII. col. 4. *Impreſſum Uenetiis* Mcccc xcix. *die.* xv. *Martij.* Vol. IV. folii 114. col. 2. M. ccccxcix. *die octauo Marcij. Uenetiis.* ſine mentione typographi. Vol. I. fol. 134. ad calcem col. 4: *Impreſum* (ſic) *venetiis āno dñi.* M. ccccxcix. *die.* xiiij. *Feb.* Huic æque, ac ceteris uoluminibus adjectum eſt regiſtrum chart.

74. *Oratio funebris et luctuoſa: p magiſtrū Conradū Sūmenhart de Calw ſacre theologie pfeſſorem habita ad vniuerſitatem Tuwingēſem in officio exequia4: qd' eadem vniuerſitas pro illuſtri pncipe domino Eberhardo primo duce in Wirtemberg z Deck: tanq3 pro ſuo patrono z fundatore:* vii. *ydus Martij.* M. cccc. xcvi. *pie pegit. qui pclarus pceps paulo ante in feſto beati Mathie apoſtoli hora veſpera4: eodem anno diem clauſerat extremum.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a. b. ternis, ſine cuſtod. & num. foll. Folio recto 11. *Finit oratio — Impreſſa in oppido Tuwingū: p Magiſtrum Johannē Othmar: Anno.* M. cccc. xcviii. Accedunt Summarium orationis, & Epitaphia Eberhardi. Primum hunc eſſe librum Tubingæ impreſſum ante me obſervavit Cl. *Schnurrer*, Profeſſor Tubingenſis, in Programmate de Origine Typographiæ Tubingenſis, menſe Decembri 1784. edito.

75. *Meditationes — Ioannis de Turrecremata — Cardinalis poſite et depicte de ipſius mandato in eccleſie ambitu ſancte Marie de Minerua Rome.* Subjecta eſt imago Dei Patris creatoris. in 4. Charact. goth. luculent. & elegans, cum ſignaturis a. b. c. (quaternis) & d. terno. Ad calcem folii 5. recti ternionis d. eſt *Finis. Impreſſum Rome per Magiſtrū Stephanum Planck de Patauia: Anno dominī.* M. cccc. xcviij. *die vero.* xxj. *Menſis Auguſt.* Inſunt figuræ ligno inciſæ, quarum in titulo facta eſt mentio. Conf. *Aud.* p. 346.

ANNO

# ANNO 1499.

1. Opera Juridica eadem, quæ recenſui Faſc. I. pag. 164. & 165. Accedit Bartholi Tractatus de Tabellionibus. in Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem col. 2. fol. 26. *Explicit libellus docens modum ſtudendi et eligendi contenta ac abbreuiata utriuſq3 iuris — in ciuitate argentinenſi impreſſus Anno dñi* M. cccc. xcix. *die* xx. *menſis Auguſti.* Ad calcem col. 4. folii 5. ternionis v: *Finit liber plurimo4 tractatuum iuris impreſſus Argentine Anno dñi.* M. cccc. xcix. *Finitus ſexta feria poſt Bartholomei.* Habet *Denis* in *Supplem.* pag. 478.

2. *Excellentiſſimus — Antonius Corſettus Syculus* ( J. U. D. & Jur. Pontific. Prof. Pad.) *de poteſtate ac Excellentia Regia*: *vna cum Tractatu de Minimis. de verbis Geminatis. de Priuilegio pacis. de Fallentiis ad regulam ſpoliatus ante omnia et de materia Trebellianice.* Fol. magn. Præit epiſtola auctoris ad Reges Hiſpaniarum. Charact. goth. coll. 2. cum ſignat. & num. foll. nec non cuſtod. Ad calcem poſt Tabulam quæſtionum: *Uenetiis per Bernardinum ſtagnin* (ſic) *de Tridino de Monte ferrato.* M. cccclxxxxix. *die* viiii. *Auguſti.* Cum regiſtro chartarum, & typographi inſignibus. Conf. *Neocell.* pag. 202.

3. *Tractatus De Succeſſionibus Abinteſtato Per Dominum Nicolaum De Ubaldis Peruſinum* — Item *Tractatus De Succeſſionibus Abinteſtato Clericorum Regularium Et Secularium.* Fol. magn. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Solemnis Tractatus — Explicit. Impreſſum Uenetiis per Bernardinum Uenetum De Uitalibus. Anno domini.* M. cccclxxxxix. *Die.* xx. *Junii.* Exſtat etiam in *Neocell.* pag. 203. *Denis Suppl.* adduxit editionem Brixinenſem ejusdem anni.

4. *Ars epiſtolandi Franciſci nigri veneti doctoris clariſſimi.* in 4. cum imagine ligno inciſa. Charact. goth. minutiſſ. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem: *Opuſculum hoc de arte ſcribendi epiſtolas quam diligentiſſime emendatum charactere.* (ſic) *Impreſſum Anno dñi.* M. cccc. xcix. Videtur indigitaſſe *Denis* in *Supplem.* pag. 471. n. 4030. Conf. *Braun* pag. 318. & *Weisl. Arm.* pag. 733.

5. Petri Pintoris Med. D. & Alexandri, VI. R. P. Medici Aggregator, ſeu Sententiæ omnium Doctorum de præſervatione & curatione peſtilentiæ collectœ. Fol. Præit Epiſtola dedicatoria ad Alexandrum VI. item argumenta capitum & emendationes. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Explicit libellus agregator* (ſic) *ſententiarum — editus p Petrum Pintor — Rome impreſſus per — Eucharium Silber. Anno ſalutis.* M. ccccic. *Die.* xx. *menſis Februarii.* Cum regiſtro chart. Conf. *Audiff.* pag. 347.

6. *Sacri canonis miſſe Expoſitio in alma vniuerſitate Tuwingenſi ordinarie lecta* a Gabriele Biel. in Fol. Charact. goth. coll. 2. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Circa finem columnæ quartæ ternionis 3. *Finem cepit hec ſacri canonis miſſe lectura in alma vniuerſitate Tubingn Anno domini* 1488. — *reuiſa et cum prothotipo auſcultata. opera — Eximii viri Wendelini ſteinbach ſacre theo-*

*logie epſeſſ3. in p̄ſato gymnaſio lectoris ordinarii. ſicque accurate elimata* (*longe amplius quam prior euaſerit impreſſura*) (indigitatur editio a me deſcripta ad annum 1488. N. XII.) *librariorum caracteriſatione in lucem prodiit. Expenſis Friderici meynberger in vigilia ſancti Andree. Anno dn̄i* 1499. ꝛc. Accedunt 1) Epigramma Henr. Bebel, 2) Wendel. Steinbach epiſtola ad Meynbergerum, & 3) index materiarum. Conf. a me dicta Faſc. III. pag. 98. & 99. compendium hujus operis hoc anno Tubingæ impreſſum deſcripſit *Braun* pag. 316. N. XXIV. Conf. etiam programmata duo a Cl. Prof. Chriſtiano Frid. Schnurrer annis 1784. menſe Decembr. & 1788. menſe Decembr. edita de origine Typograph. Tubingenſis.

7. *De futuris chriſtianorum triumphis in Thurcos et ſaracenos — fatidicus — libellus* &c. in 4. Charact. german. eharta ſordida, cum ſignaturis a. b. c. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem præter alia legitur: *Anno — dni noſtri iheſu xp̄i* M. cccc. xcix. — *per Johannem Froſchauer in — Auguſta impreſſum eſt. pro qua* &c. &c. Conf. *Zapf. Aug.* pag. 134.

8. *Paruulus Philoſophie naturalis — In — Erffurtenſi gymnaſio per Bartholomeum* (Arnoldi) *de Uſingen liberalium ſtudiorum interpretem concinnata* (interpretatio) &c. item *Queſtio de Quiditate* (ſic) *Quantitatis continue. Per eundem* &c. in 4. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio Cxxxix. legitur: *Impreſſum Liptzick per Wolſgangum Steckel Baccalarium Erffurdenſem et ciuem Lipſenſem. Anno* 1499. *In vigilia ſancti Mathie apoſtoli finitum.* Accedunt *Queſtiones in preſenti opuſculo contente.* De auctore conf. *Oſſinger Bibliothec. Auguſtinian.* pag. 955. De edit. præſenti conf. *Leich* pag. 75.

9. *Tractatus ſacerdotalis de ſacramentis deque diuinis officiis et eorum adminiſtratione.* Nicolao Blonio auctore. in 4. Charact. goth. coll. 2. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Finit tractatus — Impſſus Argentine p Martinum flach. an̄o dn̄i.* M. cccc. xcix. Accedit *Tabula huius tractatus.* De opere ipſo conf. dicta Faſc. III. pag. 106. n. XXIV. Editio, ut videtur, incognita.

10. *Ieſus. Maria. Dictys Cretenſis De Hiſtoria Belli Troiani Et Darſes* (Dares) *Priſcus De Eadem Troiana.* in 4. Præit epiſtola dedicatoria Franciſci Faragonii ad Bernardum Rictium Meſſanenſem patritium de editione hac collatis multis Codd. MSS. a ſe facta. Charact. rotund. eleg. cum ſignat. a — i. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem folii ultimi quaternionis g. *Finit opus Dictus Cretenſis de bello Troiano ac de reditv graecorum Anno.* M. cccc. xcix. *kal. Februariis.* Folio ſequenti, primo quaternionis h, Daretis *Hiſtoria De origine troianorum foeliciter incipit.* In prima pagina folii 10. quinternionis 12. *Finit hiſtoria antiquiſſima Dictis Cretenſis atque Daretis Phrygii — in — urbe Venetiarum — impreſſa per Criſtoferum* (ſic) *Mandellum de penſis Kalendis Martii. M. CCCC, LXXXXIX. Laus deo & beate uirgini.* Accedit *Regiſtrum* (chartarum) *operis.* De opere, & eius auctoribus Conf. *Brauu* P. I. pag. 65 & 66. nec non auctores ab eos laudatos. Præſentis editionis, quæ forte Meſſanen-

ſanenſis anni 1498. a *De Bure* in *Hiſtoire* n. 4722. recenſitæ repetitio eſt, meminit idem De Bure ibid.

11. Pauli Florentini ordinis S. Spiritus de Roma *Breuiarium ſuper totum corpus iuris Canonici.* in Fol. Charact. goth. coll. 2. cum ſignat. & num. foll. In columna 4. folii CXXIX. *Decretorum ac Decretalium Sexti & Clementinarum perutile Breuiarium cum tabula per Albertuȝ Kune d' duderſtat. Anno ſalutis.* 1499. De auctore conf. *Denis Garell.* pag. 124. Editionem operis ejusdem ab eodem typographo curatam recenſui Faſc. III. ad an. 1486. pag. 56. Editio præſens videtur minus nota.

12. *Speculū finalis retributionis tam bono4 operū q3 malo4: — Petri Reginaldeti de ordine fratrū mino4: &c.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Finit ſpeculū — Impreſſum Baſilee per magiſtrū Jacobum de fortȝen Anno noſtre ſalutis Milleſimo quadringenteſſimo nonageſimo nono. Finis.* Cum Typographi inſignibus. Conf. *Braun* pag. 311. *Gem.* pag. 260.

13. *Bonauentura de caſtitate et mundicia ſacerdotum et cetero4 altaris miniſtrorum.* in 4. Charact. german. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. In averſa pagina folii 5. ternionis F. — *Finit fauſte. per prouidum Melchiorem Lotter Liptzenſis opidi conciuem impreſſum. Anno ſalutis.* xcix. *duodecimo inſuper Junii kalendas foeliciter terminatum.* Non habet *Leich* nec alius quisquam.

14. *Opus Martiani Capelle de Nuptiis Philologie et Mercurii libri duo de grammatica de dialectica de rhetorica de geometri.* (ſic) *de arithmetica de aſtronomia. de muſica libri ſeptem.* in Fol. Cum epiſtola dedicatoria Franciſci Vitalis Bodiani, editoris, ad Johann. Chæregatum Epiſc. Catharenſem. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Martini Capellæ Liber finit. Impreſſus Vicentiæ Anno ſalutis* M.ccccxcix. xvii. *Kalendas Januarias per Henricum de Sancto Vrſo cum gratia & priuilegio decem annorum: ne imprimatur neque cum commentariis: neq3 ſine: & coetera: quæ in ipſo priuilegio continentur. Laus Deo & beatæ Virgini.* Cum caſtigationibus erratorum, Regiſtro chartarum, & typographi inſign. Editio prima rariſſima. Conf. *Clement.* Tom. VI. pag. 219. col. 2. ſeqq.

15. *Cyrurgia Guidonis de cauliaco De balneis porrectanis Cyrurgia Bruni Theodorici Rolandi Rogerii Lanfranci Bertapalie Ieſu Hali de oculis canamuſali de baldac de oculis.* in Fol. Charact. goth. minut. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. In prima pag. fol. 270. *Explicit — Uenetiis Impreſſus (impenſis dñi Andree Torreſani de Aſula) per Simonem de Luere.* 23. *mēſis Decembris.* 1499. *Feliciter.* Cum regiſtr. chart. Meminit *Orlandi* pag. 310.

16. *Manuale Parrochialium* (ſic) *Sacerdotum.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a. b. c. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum Auguſte per Johannem Froſchauer. Anno dñi.* M.cccc.xcix. (1499) *Zapf. Aug.* p. 134. præcipue vero *Meuſ.* Stuck II. pag. 276.

17. *Opera Agricolationum: Columellæ: Varronis: Catoniſq3: nec non Palladii: cum exſcriptionibus & commētariis. D. Philippi Beroaldi.* Fol. Præit

Georg.

Georg. Merulæ Alexandr. explicatio dictionum priſcarum in his libris occurrentium. Cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſa Regii impēſis Frācīſci Mazali Regieñ. Imperante diuo Hercule Eſtē. MCCCCLXXXXVIIII. Die XX. Nouembris.* Accedunt D. Ugerii Pontremulenſis carmen, Regiſtrum chart. & inſignia Bibliopolæ. Meminit *Orlandi* p. 194.

18. Paulus Venetus ord. Erem. S. Aug. in 8. Libros Phyſicorum Ariſtotelis & in Commentarium Auerrois. Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum Uenetiis per — Gregoriū de Gregoriis* (NB. ſolum) *Anno* — M.ccccxcix. *die* xxiij. *menſis Aprilis.*

19. Figura Theatri, cui ſubjectus eſt titulus: *Terentius cū Directorio Vocabulorū Sententiarū artis Comice* (& cum) *Comētariis* (auctoribus) *Donato Guidone Aſcenſio.* Fol. Folio verſo eodem Philomuſi ad typographum epiſtola legitur, qua editionem Terentii ab ipſo factam (deſignat abs dubio editionem Joh. Grüninger anno 1496. de qua paulo poſt) magnopere laudat. Scripta eſt epiſtola *ex Ingolſtadenſi* ſc. Academia, ſine nota diei & anni. Charact. rom. cum ſignat. & inde a fol. 7. num. foll. nec non figuris ligno inciſis quam plurimis. Folio recto CLxxxi. poſt epigramma Bebelii *In laudem Terentiane lectionis* legitur: *Impreſſum in -- Argentina per Ioannem Grüninger. Ad illam formā vt intuenti iocundior, atq3 intellectu facilior eſſet Per Ioannem Curtum ex Eberſpach redactum. Anno a natiuitate dñi.* 1499. *Tertio ydus Februarij,* Editio Bibliographis parum cognita, & verbulo tantum inſinuata a *Gem.* p. 239. *Harw.* p. 164. Fabr. T. I. p. 55. Editores Terentii Bipontini editionem hanc cum verſione germanica, hoc anno impreſſa ibid. per eundem confuderunt p. XIII. Verſionem hanc infra recenſebo N. 43. Ceterum videtur ad normam editionis ab eodem typographo ann. 1496. excuſæ, & a *Freytagio* Tom. III. p. 590. & 591. deſcriptæ facta: in non nullis tamen diverſa eſt.

20. Petri Dorlandi, Carthuſiani *Viola anime p modum dyalogi: inter Raymundū Sebundū*: (Sabund.) — *et dominū Dominicū Seminiuerbium. De hominis natura (ppter quem oīa facta ſunt) tractans. Ad cognoſcendū ſe. deum. et hoīem.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Finit dyalogus — Colonie Impēſis — Henrici Quentell — Impreſſus. Anno* — M.cccc,xcix. *Die* xxix. *mēſis Mdii.* Conf. *Weisl.* p. 718. ſeqq. ubi & opus ipſum, & editio fuſe deſcribitur. Ex Weisl. habet *Denis* in *Suppl.*

21. *Philippi Beroaldi de felicitate opuſculum.* 4. Charact. rom. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio verſo 4. duernionis D. *Impreſſum Bononiæ a Benedicto Hectoris — Anno ſalutis Milleſimo undequingēteſimo. Idibus Aprilis* &c. Conf. *Braun* P. II. p. 312.

22. *Declaratio Lepidiſſima Ebrioſi Scortatoris Aleatoris de uitioſitate* (quis nempe altero vitioſior ſit?) *Diſceptantium: Condita a Philippo Beroaldo.* 4. Charact. rom. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll.. Folio 4. recto duerni c: *Impreſſum Bononiæ a Benedicto Hectoris — Anno Salutis Mileſimo* (ſic) *undequingenteſimo* &c. cum typographi inſign. & regiſtr. chart. Conf. *Clement.* T. II. p. 229. *Braun* p. 312.

24. *Oratio*

23. *Oratio Prouerbiorum condita a Philippo Beroaldo, Qua doctrina Remotior continetur.* 4. Charact. rom. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 3. recto duernionis d finit *Impreſſa Bononiæ p Benedictum Hectoris chalcographum accuratiſſimum Anno Salutis. M. Vndequingenteſimo. Die* xvii. *decēbris ſub diuo Ioāne Bentiuolo* &c. Conf. *Clement.* T. II. p. 230. *Braun* p. 312.

24. Epiſtolæ variorum auctorum græcæ. 2. Voll. in 4. Ad calcem Vol. I. *Venetiis apud Aldum menſe Martio. M. ID. cum priuilegio ut in cæteris.* Secundo Volumini præmiſſa eſt Aldi epiſtola ad Codrum Urceum ſcripta *Venetiis quinto decimo Calendas maias. M. ID.* Ad calcem vero tantum legitur: *Venetiis apud Aldum. eadē qua cætera cōditione.* Editio accurate deſcripta a *Denis Garell.* p. 187. ſeqq. Exſtat apud nos ejusdem operis, & editionis, exemplar aliud, cujus tamen Volumen I. mutilum eſt, caret enim titulo aliisque a Denis l. c. commemoratis, & incipit ab Epiſtolis Syneſii. Folio ſignato α. ΣΥΝΕΣΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ. Minus accurate de hac editione diſſerit *Braun* P. II. p. 317. ubi affirmat, partem, ſeu volumen primum complecti epiſtolas 26. ſecundam epiſtolas 9. Dicendum fuerat, epiſtolas contineri Vol. I. auctorum 26. Vol. II. auctorum 9.

25. *Sermones Gabrielis* (Biel) *de feſtiuitatibus Chriſti. — glorioſe virginis marie. — de ſanctis.* 4. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Pars quælibet regiſtrum vel præmiſſum, vel ſubnexum habet. Ad calcem ſermonum de feſtis Chriſti legitur: *Sequūtur nunc ſermones de feſtiuitatibꝰ beate Marie virginis.* Ad horum calcem ſubſcripta leguntur ſequentia: *Finis ſermonū de feſtiuitatibus ꝟginis glorioſe Feria ſcda poſt feſtū Otmari ſancti abbatis Anni* 99. ic. poſt 1400. Sermones de Sanctis, iisdem cum præcedentibus typis impreſſi hæc tantum ſubſcripta habent: *Finis ſermonū de ſanctis.* Sermones de B. Maria Virg. ad ann. 1499. recenſet *Braun* P. II. p. 318. ſermones de ſanctis idem ibid. p. 56. inter libros nota anni carentes. De ſermonibus de feſtivitatibus Chriſti nihil habet. Sermones de feſtivitatibus Chriſti, & de ſanctis commemorat *Denis Supplem.* p. 515. inter libros ſine nota anni.

26. Suidæ Lexicon græcum a Demetrio Chalcondila editum, curante Johanne Maria Cataneo, cujus ad Albertum Pium epiſtola latina folio recto 2. legitur. fol. Charact. græcus minutior cnm multis abbreviaturis. ſine num. foll. ſed cum ſignat. & cuſtod. Charta præſtantiſſ. Ad calcem poſt regiſtrum Chartarum: *Anno ab incarnatione.* M. cccc. lxxxxviiii. (1499) *die* xv. *nouembris, Impreſſum, Mediolani impenſa & dexteritate D. Demetrii Chalcondili Joannis Biſſoli Benedicti Mangii Carpenſium.* cum inſignibus Joh. Biſſoli, & Bened. Mangii. Folium rectum ultimum Johannis Salandi ad Demetrium Chalcondilum, nec non ad lectorem carmina continet. Conf. *De Bure* Bell. Lettr. n. 2237. *Hamb.* Thl. 4. p. 186.

27. Pedacii Dioſcoridis de materia medica libri ſex. De Alexipharmacis & Theriacis libri 3, ſeptimi, octavi, & noni nominibus inſigniti. Accedunt Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca, Græce. Fol. Præeunt titulus græcus, & Epigramma græcum in Nicandrum, Aldi ad Hieronymum Donatum

tum Patritium Venetum Epiſtola ſcripta *Venetiis octauo Idus Julias M. ID.* & index plantarum, animalium, metallorum alphabeticus græcus, quæ ſunt foll. 6. ſine num. foll. cum ſignat. & cuſtod. Dioſcoridis liber 9. terminatur folio 9. verſo quinternionis π. Folium 10. ejusdem vacuum eſt. Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca notis marginalibus inſtructa ſunt, & terminantur folio 6. recto ternionis E. cum ſubſcriptione: *Venetiis apud Aldum. Menſe Julio. M. ID.* Meminerunt editionis *Hamb.* Thl. 2. p. 83. *De Bure* Scienc. & Arts n. 1550. In noſtro exemplari typis aliis adnexa ſunt ſeorſim ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ. h. e. Scholia in Alexipharmaca Nicandri. Sunt foll. 10. Ad calcem vero ſola vox ΤΕΛΟΣ ſubſcripta eſt.

28. *Computus Nurẽbergenſis perutilis clerico cuꝫ figuris textum declarantibus.* in 4. Charact. germ. cum ſignat. A. B. C. ternis. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem ultimi folii verſi: *Impreſſum Liptzigk ꝑ Iacobum Thanner Herbipolẽſem. Anno ſalutis noſtre.* 1.4.99. Meminit *Leich* p. 76.

29. *Obſequiale ſiue benedictionale ſcdm eccleſiam Auguſteñ.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem folii verſi LXXXI. *impreſſum ꝑ Erhardũ Ratdolt explicit feliciter.* xxvj. *die. nouẽb. anno xpĩ* lxxxxix. Folium ſequens rectum diſtichon notum *Erhardi Ratdolt felicia* &c. nec non ejusdem inſignia exhibet. Conf. *Zapf Aug.* p. 132. ex quo habet *Denis* in *Suppl.* p. 471.

30. *Decreta concilii Baſilienſis.* Subjectum eſt *Ad vrbem Baſileam epigramma Sebaſtiani Brant*, ejusdemque folio 2. legitur epiſtola hujus editionis omnium primæ dedicatoria ad Joh. Antonium de S. Georgio, Cardinalem Alexandr. ſcripta *Ex Baſilica* (ſic) *kalendis Marciis. Anno a natali.* (ſic) Mccccxcix. Idem abs dubio annus impreſſionis, & locus fuit. Eſt in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — o. ſine cuſtod. & num. foll. Ultimo occurrit Bulla Nicolai V. actorum confirmatoria, quæ terminatur folio octavo recto quaternionis o. ſine ſubſcriptione. Conf. *Braun* P. II. p. 12. item *Zapf. Cat.* p. XII. Ex hoc habet *Denis* in *Suppl.* p. 507.

31. *Valerii probi grãmatici de interpretandis romanorum litteris opuſculum feliciter incipit.* in 4. Præit folio 1. verſo Joannis Bonardi Presbyteri Veronenſis, qui editionem curavit, epiſtola dedicatoria *Marco plebano digniſſimo Diuæ Mariæ gratiarũ Sancti Fantini Venetiis* — data eſt epiſtola *VI. Idus Aprilis* ſine anno. Character romanus eſt cum ſignat. a — e. ſine cuſtod. & num. foll. Conſtat foliis 20. Ad calcem ultimi verſi legitur: *Impreſſum Venetiis per Ioannem de Tridino alias Tacuinum anno domini. M. CCCC. IC. VIIII. die.* xx. *Aprilis Regnante Illuſtriſſimo & excellentiſſio Do. Auguſtino Barbadico. Finis.* Non videtur dubitandum, quin per errorem typi pro XC. (90) irrepſerit numerus IC. (99) ut adeo legendum ſit *M. CCCC. XC. VIIII.* (1499) Ceterum apud *Fabr.* T. III. p. 381. editio omnium prima hujus operis memoratur Veneta anni 1501. per Jo. Bernardum Presbyterum Veron. curata. Sed videtur Fabricius noſtram deſignare voluiſſe, quemadmodum etiam *Orlandi* p. 392. ubi

ubi editionem Venetam anni 1498. excitavit. Apud alios Bibliographos altum eſt de ea ſilentium.

32. *Plautinæ uig'nti comediæ — cum — interpretatione — Petri Vallæ placentini ac & (ſic) Bernardi ſaraceni Veneti.* Fol. Charact. rom. cum ſignat. & cuſtod. ſine num. foll. Editio in duas eſt partes diſtincta. Pars I. Vallæ adnotationes in loca ſelecta. Pars ſecunda, Saraceni emendationes, & enarrationes cum ipſo Plauti textu, qui deeſt in parte prima, complectitur. Folio 6. recto ternionis m P. I. finitur, ibidemque legitur: *Impreſſum Venetiis aere et impenſa eruditi uiri Marci Firmani.* Accedit *Regiſtrum* (chartarum) *huius operis — Cum Gratia Et Priuilegio.* Ad calcem Partis II. folio 3. recto ternionis F. eſt *Finis* operis, quod eſt *Impreſſum Venetiis per Simonem Papienſem dictum Biuilaqua — Anno — M. CD. XCIX. XV. Klendas* (ſic) *Octobris* &c. Externam hujus editionis formam adcurate deſcripſit *Helm.* p. 190. & 191. in enarrando autem argumento minus adcuratus fuit.

33. Boethii libri de Arithmetica, Muſica, Geometria, Philoſophiæ conſolatione, & de diſciplina ſcholarium. Fol. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Folio verſo 69. *Uenetiis Impreſſum Boetii opus per Ioannem et Gregorium de gregoriis fratres* &c. *Annō* — 1499. *die* 8. *Iulii.* &c. cum regiſtro chart. & inſign. typograph. Eſt pars editionis plurium operum Boethii, quæ deſcribitur in *Neocell.* p. 196. & 197.

34. Scriptores Aſtronomici Veteres græci & latini, hoc eſt: *Julii Firmici Aſtronomicorum libri octo integri, & emendati, ex Scythicis oris ad nos nuper allati. Marci Manilii aſtronomicorum libri quinque. Arati Phænomena Germanico Cæſare interprete cum commentariis & imaginibus. Arati eiuſdem phænomenon fragmentum Marco T. C. interprete. Arati eiuſdem Phænomena Ruffo Feſto Auieno paraphraſte. Arati eiuſdem Phænomena græce. Theonis commentaria copioſiſſima in Arati Phænomena græce. Procli Diadochi Sphæra græce. Procli eiuſdem Sphæra, Thoma Linacro Britanno interprete.* Fol. Præeunt folia ſex, Titulum, Aldi Manutii ed Guidonem Pheretrium Urbini Ducem, & Peſcennii Franciſci Nigri ad Hyppolitum Eſtenſem Cardinalem epiſtolas, nec non Elenchum Librorum, & Capitum Julii Firmici complectentia. Folio ſeptimo opus incipit romano charactere elegantiſſimo impreſſum cum ſignat. & cuſtod. ſine num. foll. Chartæ ſignatæ ſunt litteris a — h. item aa — kk. Folio recto octavo quaternionis kk. liber octavus Julii Firmici terminatur: *Venetiis in ædibus Aldi Romani menſe Iunio. M. ID.* cum privilegio ad 10. annos, & regiſtro chart. Cum Manilio novæ ſignaturæ ſunt A — N. item N. O. P — T. Folio octavo recto quaternionis T. hæc circa medium paginæ tantum leguntur: *Venetiis cura, & diligentia Aldi Rō. Menſe octob. M. ID. Cui conceſſum eſt ab Illu. S. V. ne hos quoq; libros alii cuiquam impune formis excudere liceat.* Conf. *De Bure Sciences & Arts* n. 1972. *Gaignat* n. 1244.

35. *Commentarii quæſtionum tuſculanarum* (cum textu) *editi a Philippo beroaldo.* Fol. Charact. rom. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem folii 114. recti: *Impræſſum* (ſic) *Venetiis p̄ Bartholomeum de Zannis de Porte-*

*Porteſio.* 1499. *die.* xvii. *Menſis Julii.* cum regiſtro chart. Editio prima. Conf. *Freytag Appar.* T. I. p. 255.

36. *Cyrurgia magiſtri Petri de largelata.* Fol. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio recto 131. poſt tabulam & regiſtrum chart. tantum legitur: *Venetiis.* 1499. *die* 12. *Septembris.* Conf. *Braun* P. II. p. 317.

37. Nicolai Perotti Epiſc. Sipontini Cornucopiæ, ſive commentarii linguæ latinæ. Fol. cum Præfat Aldi. Charact. rom. cum ſignat. cuſtod. & in ipſo quidem opere, ſeu commentariis etiam cum numeris paginarum, non foliorum tantum. Ad calcem paginæ 642. poſt regiſtrum chartarum legitur: *Venetiis. In Ædibus Aldi. Menſe. Julio. M. ID.* cum privilegio. Conf. *Helm.* p. 192. & 193.

38. Joh. Craſtoni, Carmelitæ, Lexicon Græco-Latinum. Fol. Præit Epiſtola dedicatoria Boni Accurſii ad Franciſcum Turrianum. Charact. uterque elegans cum ſignat. & num. foll. roman. a fol. II. usque ad fol. CXXVII. In reliquis ab 128. usque ad 256. ex typographi negligentia deſiderantur. Folio verſo 256. legitur: *Mutinæ Impræſſum. in ædibus Dionyſii Bertochi bonoñ. ſubterraneis. Anno humanæ redemptionis. Milleſimo Nonageſimo Nono.* (omiſſo cententario) *Tertio decimō Kalen. Nouemb. Diuo Hercule eſtenſi. Ferrariæ duce imperii habenas gubernante.* Folium 157. rectum continet *Regiſtrum* Chart. & typographi inſignia. Noſtro exemplari adnexum eſt, aliis typis, Lexicon alphabeticum latinorum vocabulorum, quibus græca præcedenti reſpondent, cum correctione errorum Typographicorum in fine annexorum. Huius lexici latini auctor Ambroſius Regienſis ſe illud rogatu Simonis Bambacii compoſuiſſe teſtatur in præfatione *Regii Lepidi ſcripta tertio nonas Julias. M. D.* (1500) Craſtoni Lexicon ſecundum hanc editionem excitavit *Orlandi* p. 206. Lexici autem Latini nullam facit mentionem.

40. Ciceronis Epiſtolæ familiares cum plurium commentariis. fol. Charact. roman. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem folii CCXXXVI. recti *Expliciunt Marci Tullii Ciceronis epiſtolæ familiares cū cōmento Hubertini Creſcētinatis & Martini philetici ſuper epiſtolis electis & Georgii Merule Alexandrini*: Addita etiam ſunt *nōnulla alia loca per Angelū Platianum* (ſic) *interptata Impræſſe per Jacobum zachonem pedemontanū. ſub annis — Milleſimo.* cccc. lxxxxix. *die decima menſis Junii.* Editio, ut videtur incognita.

40. Laurentius Valla de Elegantia ling. lat. & de Pronomine ſui cum Lima Antonii Mancinelli. Fol. Charact. rom. cum ſignat. a — o. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 4. recto quaternionis o legitur: *Impreſſum Venetiis per Jo. Baptiſtam Seſſa. Anno Domini M. CCCCXCIX. Die. VIII. Februarii.* Accedit inſigne typographi, & tabula 3. foliorum, & dimidii. Editio, ut videtur, minus cognita, commemorata tamen ab *Orlandi* p. 59.

41. *Compendium iuris canonici.* Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem columnæ 3. folii 7. quaternionis r: *Finit compendium iuris canonici. impreſſum Argētine: anno dñi.* Mccccxcix. *in die ſcte Appollonie Vginis et mris.*

42. Teren-

42. Terentii Comœdiæ Theodiſce. Fol. Cum figuris ligno inciſis, ſignat. & num. foll. roman. ſine cuſtod. Folio recto CLXVIII. Getruckt in der keiſerlichen und fryen ſtatt Straßburg von Hanß grüninger. Vnd ſelicglich geendet vff zynſtag vor ſant Gregorien Tag. Nach Criſti geburt. 1499. Conf. *Panzer Annal.* p. 241. ſeq. *Braun* P. II. p. 309.

43. *Perſius cum tribus comentariis* (ſic) *Cornuti Philoſophi — Joannis Britannici — Bartolomei Foncii* — fol. Charact. rom. cum ſignat. & num. foll. rom. ſine cuſtod. Folio verſo LXIII. *Impreſſum Venetiis ſumtu — Joannis de Tridino. Anno — M. CCCC. XCIX. Die uero. IIII. Mēſis Nouēbris Regnante — Auguſtino Barbadico Cum Gratia Et Priuilegio.* Regiſtr. Chart. & inſign. Bibliopolæ. Habet *Orlandi* p. 52.

44. Johannis Peyligk Czitzenſis Artium Mag. *Philoſophie Naturalis Compendiū* — ex S. Thoma Aq. & Ægidio romano excerptum fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 7. verſo quaterni Q: *Impreſſum eſt opus iſtud in inſigni oppido Liptzenſi opera et ſolertia Melchiar* (ſic) *Lotter Anno — Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono pridie idus ſeptēbris.* Non habet *Leich*: nec alius, quod ſciam, Bibliographus. Attamen *Leich* p. 65. & ex eo *Freytag Apparat.* T. I. p. 539. excitarunt editionem hujus operis ab eodem typographo die eadem ſed anno 1491. factam. Prior teſtem adpellat Catalog. J. G. Schwarz. Videtur mihi ſuſpecta editio. Freytag loc. cit. habet pauca de auctore.

45. *Summa de ueritate — Thome Aquinatis — per — Theodoricum de Suſteren cōuentus Colonienſ fratrum predicatorū regentem — reuiſa — priſtine integritati reddita* &c. Fol. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folii Clxxvij. columna 4. poſt ſex diſticha in laudem hujus editionis *finit hæc ſumma Impreſſa Agrippine, opera atq3 impeſis — Henrici Quentell. — Anno — nonageſimo nono ſupra milleſimum quadringenteſimū Ipſo die celebritatis autoris curſu felici ad finem uſq3 perducta.* Habet *Denis Suppl.* p. 476. ex 2. Bibliothecis tantum.

47. *Commentaria* (Julii) *Cæſaris* ſc. de Bellis Gallico, Ciuili, Alexandrino, Africo, Hiſpano. Fol. Charact. rom. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ex recenſione Hieronymi Boninii, cum indice alphabetico locorum & populorum. Ad calcem folii verſi 5. ternionis r: *Impreſſum Venetiis. ſumptibus dn̄i Benedicti Fontana Anno ab incarnatione domini.* M. cccc. xcix. *Die uero.* xiij. *Aprilis.* cum regiſtro chart. Conf. *Gem.* p. 264. ſeq.

47. *Perutile cōpendium totius logice Ioannis Buridani cū. preclariſſima Solertiſſimi Uiri Ioānis dorp expoſitione.* Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 5. verſo ternionis y *finit opus Impreſſum Venetiis per Petrū: Ioannē de quarēgiis Bergomenſem. Anno dn̄i.* M. cccc. xcix. *die* xj. *Maij.* cum regiſtr. chart. Non habet *Orlandi* p. 54. ubi opera a Querengio impreſſa recenſet: videtur tamen inſinuaſſe p. 393. ad vocem Buridanus. Editionis anni 1490. meminit *Denis Suppl.* p. 286.

48. *Expoſitio Dini Florentini ſuper tertia et quarta et parte quītæ Fen quarti canonis Auicēne cum textu. Gētilis de fulgineo ſuper tractatu de Lepra. Gentilis de florētia ſuper tractatibus de diſſociationibus et fracturis. Tractatus Dini de pōderib⁹ et mēſuris. Eiuſdem de emplaſtris et vnguentis*. Fol. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. a 2 – 152. Folia 10. poſteriora numeris carent. ultimo recto *Expliciunt unquenta — Impreſſa Venetiis — expenſis — Andree de Torreſano de Aſula: p. M. Johannem Hertzog alemanum de Landaw. Anno ſalutis domini*. 1499. *die vero Decembris*. 4. cum regiſtro Chart. & inſignibus Bibliopolæ. Editio ut videtur, incognita.

49. *Queſtiones ſubtiliſſime Scoti in metaphiſicam Ariſtotelis. Eiuſdem de primo rerum principio tractatus Atqz Theoremata* cum caſtigationibus Mauritii Hibernici Ord. min. cum epiſtola eiuſdem dedicatoria ad Petrum Barutium Epiſc. Patavin. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. Ad calcem columnæ 4. folii 233. *Expliciunt — Impreſſa Uenetiis — expenſis — Andree de Aſula: Per magiſtrū Joannē Hertzog de Landauu Alemañ* 1499. *Tertio decimo kalēdas Septēbris*. Pauli Amalthei, & Danielis Cajetani Alexandrei Cremonenſis epigrammata. Novit *Denis Suppl.* p. 463. ex Pray.

50. *Elenchi Ioannis Scoti Duns*. Ex recenſione Oliuerii Jonti Art. & Med. Doct. cum epigrammate Petri Garaotti. in 4. Charact. goth. idem, ut videtur, qui operis præcedent. cum ſignat. & num. foll. Ad calcem columnæ 3. folii 31. *Expliciunt queſtiones — impreſſe Uenetiis Anno domini Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo nono. quinto Nonas Octobris*. cum Tabula. Videtur editio incognita.

51. *Liber decretorū ſiue panormia Iuonis accurato labore ſūmoqz ſtudio in vnum redacta continens*. in 4. Cum effigie Juonis in averſa folii 1. pagina, & epiſtola Sebaſt. Brant ad Joh. Gatzonis plebanum Baſileenſem, Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. Folio CLXXVIII. recto terminatur opus impreſſum *Expēſis Michaelis furter* — (ergo Baſilee) *Anno — M. CCCC. XCIX. Menſis Martii die ſexta*. — cum Furteri inſignibus. Conf. *Braun* P. II. p. 311.

52. *Verborum deponētalium tractatus*. in 4. Charact. goth. cum ſignat. A — D. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 3. verſo duernionis D. legitur: *Impreſſum Liptzk per Melchiorem Lotter. Anno dñi Milleſimo quadringenteſimo Nonogeſimo nono Octauo deniqz May kalendas*. Non habet *Leich* nec *Denis* in *Suppl.*

53. *Martyrologiū Viola Sanctorum*. Subjecta eſt figura ligno inciſa Mariam, ceu Reginam Sanctorum omnium exhibens. In averſa etiam folii ejusdem pagina S. Stephani lapidatio exhibetur. in 4. Præit regiſtrum foliorum 9. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. Folio recto CXXIII. *Uiola ſanctoꝝ finit feliciter. Anno dñi.* M. cccc. xcix. *die.* viij. *menſis Februarij*. Neſcio, cur poſt *Zapfium Aug.* p. 130. *Braunius* P. II. p. 310. editionem hanc Auguſtæ Vindelicorum excuſam eſſe adfirmet. Videtur potius Argentinæ per Joh. Prüſs excuſa. Certe imago B. V. Mariæ, ceu Reginæ Sanctorum omnium, huic editioni præfixa exhibetur etiam in fronte operis immediate ſequentis, quod

Joh.

Joh. Prüſs Argentinæ impreſſit. Litteræ etiam majoris alphabeti in utroque hoc opere eædem ſunt. Ceterum editionem hanc excitarunt etiam *Gem.* p. 267. & *Denis Suppl.* p. 469.

54. *Dicta* (commentaria) *iohānis ſynthen ſuper prima parte alex.* andri de Villa Dei. *Dicta — ſuper Scd'a parte Alex.* Subjecta eſt huic titulo figura ligno inciſa, cujus memini ad num. præc. in 8. Voll. 2. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem I. Partis folio 8. recto quaternionis X: *Finiūt — impreſſa p Induſtriū Johānē Prüß argentin. Anno dñi.* M. cccc. xcix. xiiij. *die menſis Martij.* Folio 7. verſo quaternionis r: *Finit hic Gloſa* (ſic) *ſuper ſecunda parte — Impreſſa argentine p induſtriū via Ioannem prüſs. Anno.* M. cccc. xcix. Habet *Denis* in *Suppl.* p. 475. ſeq. Forma non in 4. ſed in 8. eſt.

55. *Elegantie minores Auguſtini dati.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a. b. quaternis, & c. duerno, ſine cuſtod. & num. foll. Folio 4. recto duerni c: *Auguſtini Dati — libellus — Explicitus eſt. Impreſſum Uienne p iohannē Winterburg. anno domini* 1499. *Denis* nec in *Wien.* nec in *Suppl.* hanc habet editionem.

56. Joh. Bapt. Trovamalæ ord. min. Summa caſuum, Roſella adpellata. in 8. Præeunt epigramma *Ad emptorem*, & tabulæ, aliaque foll. 14. Fol, 15, quod inter numerata primum eſt, opus incipit. Charact. goth. minutiſſ. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio 479. recto culumna 2: *Explicit ſūma Roſella cū maximo ſtudio emendata. Uenetiis impreſſa per Paganinum de paganinis. Anno domini.* M. cccc. xcix. *die vero.* xxi. (21) *decembris.* cum regiſtr. chart. Conf. *Helm.* I. p. 192. *Weisl.* p. 731. *Leich* p. 140.

57. Nicolai Salyceti Art. & Med. Doct. Abbatis Bomgartenſis *Liber meditationū cōfeſſionum ac orationū deuotarum qui Anthidotarius anime dicitur cū tabula inſertus.* in 8. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. In columna 4. folii 154. finit opus *Impreſſum Uenetiis. Anno dominice incarnationis* 1499. *Tertio kalendas Apriles.* cum regiſtr. Chart. Editio, ut videtur, incognita.

58. Prima, & ſecunda Pars Lecturæ in Librum VI. decretal. Philippi Franchi. Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Folio CXXXI. col. 2. *Prima pars — fineʒ tetigit — Impreſſa Uenetiis p Bernardinū Benalium.* Pars autem ſecunda terminatur columna 2. folii CLVI. Accedit vero tabula, quæ & ſequens folium occupat. Ad hujus calcem legitur: *Explicit — Impreſſum, Uenetiis: mira impenſa Franciſci Bibliopole de Peruſia: nec non Bernardini Benalij: Cura — ipſius Bernardini Benalij. Cum priuilegio — per deceniuʒ. — Anno Dñi.* M. ccccxcix. cum regiſtr. chart. Accedit repetitio Rubricæ de teſtamentis ſic vere ad verbum impreſſa, ut continetur in parte ſecunda ipſius operis inter ceteras rubricas.

59. *Juriſconſulti acutiſſimi domini Philippi Franche de Peruſia. Lectura admiranda ſuper Titulo de Regulis iuris in VI.* Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. & cuſtod. ſine num. foll. In col. 4. folii 3. duernionis ff. *Explicit — Impreſ-*

*Impreſſum Venetiis mirâ impenſa* &c. &c. ut in opere præced. *Anno Domini* M.ccccxcix. cum regiſtr. chart. *Neocell.* p. 202.

60. Repertorium ad Speculum judiciale Duranti. Fol. magn. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio 80. recto legitur; *Venetiis per Baptiſtam de tortis.* Mccccl xxxxix. *die.* viij. *aprilis.* cum inſign. typographi & regiſtro chart.

61. *Celeberrimi — Franciſci Cardinalis Zabarelle Commentarii in Clementinarum Volumen: Cum annotationibus et additionibus domini Philippi Franchi de Peruſia: et domini Nicolai Superantii: Juris vtriuſq3 doc.* Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. roman. Columna 4. folii CCV. *Explicit lectura — Impreſſa Venetiis per Bernardinum Benalium — Ano domini.* M. ccccxcix. *die. vltima Octobrij.* (ſic) cum regiſtr. chart.

62. Azonis JC. Summa. Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Columna 4. folii 277. *explicit Impreſſa Venetiis — Georgio Arriuabeno Anno dñi.* M.ccccxcviiij. *die.* xx. *decẽbris.* &c. cum regiſtr. chart. & indicibus foll. 17. De auctore conf. *Freytag Appar.* T. I. p. 580. ſeqq. & auctores ibi citatos. Editio videtur incognita.

63. Alexandri Tartagni Imolenſis Conſil. Vol. I. II. III. & IV. Conf. N. 73. ad ann. 1498.

64. *Nouella Ioannis an.* dree *ſuper ſexto decreta.* lium. Fol. maj. Cum ſignat. & cuſtod. ſine num. foll. charact. goth. In col. 2. fol. 8. quaternionis v: *Opus auree Nouelle — feliciter finit. Impreſſũ Venetiis a Philippo pincio Mantuano. Anno domini.* M.ccccxcix. *die primo Martii.* cum regiſtro chart. Videtur ignota editio.

65. *Lectura — Angeli aretini ſuper inſtitutis nouiter reuiſa.* fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Folio 389. col. 4. *Explicit lectura — Impreſſa Venetiis a Philippo picio Mantuano: — Anno dñi* 1499. *die.* 3. *Octobris.* cum regiſtro Chart. Habet *Denis Suppl.* p. 459. ex *Cann. Hipp.* tantum.

66. Jaſonis de Mayno Lectura in I. P. Cod. — *cum priuilegio.* Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Columna 4. folii 168. ſubſcriptionis loco *Regiſtrum* chartarum a — x. habetur. Accedit vero ejusdem auctoris *Rubrica de iure emphiteutico* — emendata ab ipſo auctore *anno* — Mcccc lxxxxi. Hic typographus columnarum numeros adhibuit. Ad calcem col. ccxxiiij. *Expliciunt cõmentaria in primã partem Codicis — Impreſſa venetiis per Bernardinũ ſtagninũ de Tridino — Anno ſalut.* Mccccl xxxxix. *die.* viij. *nouembris.* cum regiſtro chartarum A — H. & tabula foliorum 6. nec non typographi inſign. Habet *Denis Suppl.* p. 469. ex *Cæſ.* tantum.

67. *Lectura — Raphaelis Fulgoſi ſuper ſcd'a parte. ff. veteris* &c. Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. & cuſtod. ſine num. foll. Folio 10. col. 2. quinternionis ff terminatur opus cum privilegio ſenatus Veneti impreſſum ab *Angelo Britanico — Brixie die* xxiij. *Septẽbris.* M. cccc. xcix. cum regiſtro chart. & typographi inſign. Videtur editio incognita.

68. Joh.

68. Joh. Bertachini Repertorium Juris utriusque. Fol. magn. 3. Voll. Charaƈt. goth. cum ſignat. & num. fol. ſine cuſtod. Volumen I. conſtat *Fo.* liis *ccccvij.* Vol. II. *Fo.* liis *cccxlviij.* Vol. III. *Fo.* liis *cccli.* Voluminibus ſingulis præmiſſa eſt tabula: ſubjunƈtum vero regiſtrum chartarum. Columna 4. folii cccli. Vol. III. legitur: *Iſtud opus finitū fuit in vigilia beati iohannis baptiſte. Anno dñi.* M.cccc.xcix. Editio adcurate faƈta, &, ut videtur, incognita.

69. *Alanus in ꝓuerbiis metrice cōſcriptus cū ſententiis exponibilibus utilis ad bonorū morum inſtruƈtiōem.* 4. Charaƈt. goth. cum ſignat. A — F. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 6. reƈto ternionis F legitur: *Impreſſum Lyptzk ꝑ Melchiorē Lotter Anno ſalutiſ noſtre* (poſt 1400.) *Nonageſimo nono.* Opus alias *Doƈtrinale altum* dicitur. Habet *Leich* p. 75.

70. *Almanach noua plurimis venturis inſeruientia: per Ioannem Stoefflerinum Iuſtingenſem & Iacobum Pflaumen Vlmenſem accuratiſſime ſupputata: & toti fere Europe dextro ſydere impartiata.* Sunt Ephemerides ab anno 1499 — 1531. incluſive. 4. Præit *Tabula Correƈtoria In Ephimerides* — item epiſtola dedicatoria, Joannis de monte regio in Ephemerides commentarius cum additionibus Stœfflerini, & Pflaumii, tabulæ domorum cæli. Hæc omnia foliis 39. impreſſa ſunt. Tunc ipſæ incipiunt ephemerides ſecundum ordinem annorum gothico charaƈtere impreſſæ ſine cuſtod. ſignat. num. foll. Ad calcem ephemeridum pro anno 1531. Folio 14. verſo hæc tantum leguntur impreſſa: *Opera arteqꝫ impreſſionis mirifica viri ſolertiſſimi Ioannis Reger Anno ſalutis chriſti domini* 1499. *Idibus Februariis He Ephemerides noue explete atqꝫ abſolute ſunt Ulme: Leƈtor vale.* Subjeƈtæ ſunt litteræ capitales IMS. Videtur ignota editio.

71. *Acutiſſimi — Bartholomei ſozini — comentaria in titulū. ff. de acquir. poſſ. edita piſis āno domini.* m.ccccLxxxxi. *feliciter incipiūt.* in Fol. Charaƈt. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum in — ciuitate piſana per me hieronymum Ancharanum Reginum de Cruce Anno* — M.cccc. lxxxxviiii. *die.* 1. *Januarij.* Subjeƈta eſt figura crucis.

LIBRI

# LIBRI
## NOTA ANNI IMPRESSA CARENTES, ET ULTIMO SALTEM SECULI XV. DECENNIO IMPRESSI.

## CLASSIS I.
### LIBROS COMPLECTENS NOTAM LOCI VEL TYPOGRAPHI, VEL UTRIUSQUE IMPRESSAM HABENTES.

199. *Incipit preclarum opus Alberti magni de predicabilibus & predicamentis.* Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum Papie per Xpoforum de canibus impreſſorem ſolertiſſimum.*

200. *Centiloquium Hermetis*, ſeu propoſitiones C. de futuris contingentibus. in 4. Charact. germ. ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. conſtat 6. foliis. Ad calcem Martini Herbipolenſis, typographi Lipſienſis, inſignia ſunt adjecta. Unde etiam *Leich* pag. 101. eidem typographo attribuit.

201. *Paſſionis dominice ſermo hiſtorialis notabilis atque preclarus venerabilis domini Gabrielis biel Artium magiſtri: ſacre theologie licentiati.* in 4. Editio curata a Florentio Diel. Charact. goth minut. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. In col. 3. fol. 54. *Dominice paſſionis — ſermo — emendatus ex originali — et in imperiali opido* (ſic) *hagenau impreſſus* ſc. finit. Accedunt duæ introductiones, ad quarum calcem legitur tantum: *Deo gratias.* Conf. *Braun* P. II. pag. 57.

202. *Juſtini Et. L. Flori Epithome.* in fol. Charact. rom. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Juſtini Hiſtoriæ terminantur folio xxxix: Flori autem Epitome folio LVII. (57) Ibidem 4. diſticha leguntur, ex quorum poſtremo diſcimus, Juſtinianum Romanum hanc editionem recognoviſſe. Accedit vero Marc. Ant. Sabellici ad Joh. Matth. Contarenum, Patricium, epiſtola, in qua adfirmat, Flori & Juſtini epitomas nunc primum a ſe accuratiſſime caſtigatas, & a Bernardino Raſinio, Novocomenſi adcurate impreſſas eſſe.

203. *Expliciunt articuli reprobati pariſius: impſſi padue p magiſtrum mattheum cerdonis de vindeſchgretz.* Hæc ad calcem leguntur opuſculi 10. foliis conſtantis. in 4. Sine cuſtod. ſignat. & num. foll. Matth. Cerdonis Paduæ impreſſit. Conf. *Braun* P. II. pag. 35.

204. *Tracta-*

204. *Tractatus ſeruitutum urbanoꝝ prediorum domini Bartholomei Cepolla — eiuſdem Tractatus Cautelarum* — in Fol. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem tractatus prioris legitur: *Explicit Tractatus de ſeruitutibus urbanoꝝ prediorum — Bartholomei Cepolla Ueronenſi.* Ad calcem tractatus poſterioris, qui ſeorſim haberi poteſt, ſed iisdem tamen litteris, eidemque chartæ impreſſus eſt: *Finiunt cautele vtriuſque iuris monarche Domini Bartholomei Cepole Ueronenſis. Impreſſe Uenetiis per Andream de Bonetis de Papia.* Editio, ut videtur, incognita.

205. *Tractatus peregrinus de duello. d. Johānis de Lignano Mediolanenſis. nuper inuentus et in lucem per magiſtrum Johanem de lignano eius agnatum. Ad utilitatem poſterorum editus.* fol. maj. Charact. goth. Eſt 4. foliorum cum ſignat. a. a. Ad calcem: *Explicit tractatus compoſitus per me Jo. de Lignano — In ſtudio Bononienſi. Anno domini* Mccclx. (1360) *pendenti forti exercitu in ciuitatem qui cauſam dedit huic tractatui.* — cum inſignibus V S i. e. Vdalrici Scinzenzeler. Ergo Mediolani impreſſus eſt hic tractatus.

206. *Uocabularius poeticus ſiue Elucidarins Carminum et Hiſtoriarum. continens fabulas. Hiſtorias. Prouincias Urbes Inſulas Fluuios et Montes illuſtres et cetera.* Subiecta eſt imago ſeruatoris. in 4. Charact. goth. minut. cum ſignat. A — G. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum Colonie apud predicatores.* Conf. *Braun* P. II. pag. 16.

207. *Diui Thomæ Aquinatis in librum de Anima Ariſtotelis. Expoſitio Magiſtri Dominici de Flandria ordinis prædicatorum in eundem librum acutiſſimæ queſtiones et annotationes* in fol. Charact. goth. cum ſignat. A — O ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Uenetiis per Simonem beuilaque papienſem cum gratia.* Accedunt regiſtrum Chart. & inſignia typographi vel Bibliopolæ. Angelus nimirum ſiniſtra lilium tenens.

208. *Tractatus de efficacia aque benedicte magiſtri Johannis de Turrecremata.* cum figura ligno inciſa ſacerdotem exhibente populum aqua benedicta aſpergentem. in 4. Charact. goth. cum ſignat. A. B. duernis, ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Impreſſum Nurnberge per Johannem Stuchs.* Editio *Panzero* in *N.* incognita. Habet *Denis* in *Supplem.* p. 684.

209. *Preceptorium perutile in quo deceꝫ ſermonibus materia pulcerrimis auctoritatibus fulcita pro uno quoque preceptorum decalogi predicabilis compendioſe perſtringitur.* in 4. Charact. germ. cum ſignat. 𝔄 — 𝔉. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem inſignia Martini Herbipolenſis typographi Lipſ. Habet *Leich* pag. 102.

210. *Tractatus de arte curandi vitia — Jacobi Carthuſienſis* — in 4. Charact. idem, qui opuſculi præcedentis, cum ſignat. 𝔄 & B. quaternis C. terno, ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Explicit Tractatus de arte vicia curandi Reuerendi patris domini Jacobi Carthuſienſis.* Cum inſignibus Martini Herbipolenſis typographi Lipſ. Habet *Leich* pag. 103.

211. Parva Logicalia. in 4. Charaſt. germ. ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. Eſt foliorum 15. Ad calcem: *Impreſſum p Fredericum Kreuſner Laus deo clementiſſimo.* cum inſignibus typographi. Ergo Norimbergæ. Non habet *Panzer* in *N.*

212. *Equens* (ſequens) *queſtio determinata eſt in quodlibeto ſtudii Erffordenſis. Anno* 1486. — *Utrum / quemadmodum ante ſecundum Chriſti aduentum. qui in fine ſeculorum expectatur. antichriſtus — eſt reuelandus Ita finale poſt iudicium ipſe. cum ſuis complicibus in inferno eternaliter ſit cruciandus.* in 4. Conſtat foliis 44. ſignatis a — f. ſine cuſtod. & num. foll. charaſt. goth. Alberti Kune, ut videtur. Ad calcem: *Et tantum de iſta queſtione cum ſuis problematibus. Impreſſum Memmingen.* Habet *Denis* in *Supplem.*

213. Compendium Theologicæ veritatis. Præmiſſa ſunt themata ſacrorum ſermonum ad hujus compendii normam concinnata anno 1310. a fratre Bernoldo Monacho cæſareenſi ord. ciſterc. in Fol. Charaſt. goth. Johannis Zainer, Ulmenſis typographi, ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. Ad calcem: *Sit Laus deo.* Accedit vero *Theologyce* (ſic) *ueritatis compendium. alphabetico ordine regiſtratum* (uno verbo: index alphabet. materiarum) *ac in regali opido* (ſic) *vlma per Johanem Zainer impreſſum feliciter incipit,* & conſtat 13. foliis impreſſis. Ad calcem: *Finis regiſtri.* Cum Bernoldus ſua themata ex compendio jam anno 1310. compoſuerit, ut in fronte operis legitur, nequit compendii hujus theologici auctor eſſe Thomas Dorniberg, qui Sæculo XV. floruit. Conf. dicta a me Faſc. III. pag. 138. & 139. Editionem hanc deſcripſit *Braun* P. I. pag. 100.

214. *Rolandi capelluti Chriſopolitani Philoſophi, parmenſis: ad Magiſtrum Petrum de gualandris de parma: Cyrurgicum optimum: Tractatus de curatione peſtiferorum apoſtematum. Incipit feliciter.* in 4. Charaſt. roman. ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. conſtat. foliis 6. Ad calcem ultimi legitur: *Rome impreſſum p Ingenioſum virū Magiſtrū Vdalricū gallū de Almania.* Conf. *Aud.* pag. 330.

215. *Textus hiſtorie de Anima Areſtotelis philozouorum Peripatheticorum principis foeliciter incipit.* in Fol. Charaſt. german. cum ſignat. A — F. Quaternus eſt A. ceteri terni ſunt, ſine cuſtod. & num. foll. Poſt medium primæ paginæ folii quarti ternionis F. eſt *Finis textus hiſtorie de anima Areſtotelis.* Accedit vero deſcriptio membrorum corporis humani, terminata in averſa pagina folii 5. ternionis F. In eadem pagina conſpiciuntur inſignia Martini Herbipolenſi typographi Lipſienſis. Editio, ut videtur, jam indicata a *Leich* pag. 100.

216. **In diſem büchlin vindet man | wie man einem yeglichen Teütſchen fürſten vnnd herren ſchreiben ſoll | Auch Ritter vnnd knechten | Stetten vnnd gaiſtlichen.** In 4. Continet formularia inſcriptionum epiſtolicarum. Eſt foliorum ſex ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. Ad calcem: **Getruckt zu Memmingen.** Editio, & opuſculum ipſum videntur incognita.

217. *Opuſculū Ioānis De Sacro Buſto Spericum Cum Notabili cōmento a Magnifico viro Wenceſlao fabri de Budrveyſz* (ſic) *medicine Doctore edito | cumq3 figuris*

*ſiguris textum declarantibus vtiliſſimis.* in 4. Charact. germ. cum ſignat. 𝔄—𝔍. ſine cuſtod. & num. foll. In prima pagina folii octavi quaternionis 𝔍. *Opuſculum Magiſtri Ioannis de Sacrobuſto — per — Wenceſlaum Fabri — bene correctum et deſuper commentatum finit foeliciter.* Accedunt inſignia Martini Herbipolenſis typographi Lipſ.

218. *Sulpitii Verulani oratoris pſtantiſſimi opus grammaticum de generibus et nominnq3* (ſic) *declinationibus de pteritis & ſupinis verbo4 de q̃ntitate ſyllabarũ et de multiplici diuerſitate carminis. cum vocabulis* (Lexico vocabulorum) *ex diuerſis auctoribus collectis.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — p. & numeris paginarum, ſeu foliorum potius, e. g. *Pagina xij.* ſine cuſtod. Folia tria poſtrema 115. 116. & 117. numeris carent. Ad calcem fol. 114. poſt tabulam: *Clariſſimi oratoris ſulpitii verulani op⁹ inſigne grãmaticũ finit. Impreſſum Dauãtriæ* (ſic) *in platea epiſcopi.* Folium 117. nonniſi Tabulam, ſeu Regiſtrum Chartarum continet.

219. *Eſopus grecus per Laurẽtium Vallẽſem traduct⁹* His ſubiecta ſunt ſymbola 4 euangeliſtarum. in 4. Charact. goth. conſtat 6. foliis. Ad calcem: *Aeſopus grecus per Laurentium vallenſem traductus finit Antwerpie per me go.* (gottfridum) *bac.* Editio, ut videtur, incognita.

220. *Dialogus inter clericum & militem ſuper dignitate papali et regia.* Item *De natiuitate et morib⁹ Antichriſti.* Subjecta eſt icon docentis. in 4. Charact. goth. cum ſignat. A. terno & B. duerno. Ad calcem averſæ paginæ folii 3. duernionis B: *Explicit compendium de natiuitate. vita. et morte Antixpi. Impreſſum Colonie p Henricum Quentell.*

221. *Quadrageſimale diui concijatoris* (ſic) *Pauli wãn doctoris ſacre theologie in eccleſia collegiata patauiẽſi Notabile et magiſtrale De preſeruatione hominis a peccato per eundem ibide3 ad populum predicatum.* in 4. Præit regiſtrum alphabet. charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio III. duernionis n notitia legitur, hos ſermones anno 1468. collectos, & ann. 1469. finitos, h. e. ab auctore ita præparatos fuiſſe, ut publici juris fieri poſſent. Ibidem legitur: *Impreſſum per Johannem Schopſſer In Monaci*, h. e. Monachii. Johannes Schopſſer anno 1488. & ſequentibus Auguſtæ Vind. typographicam artem exercuit. Forte opus præſens Monachii, antequam Auguſtam concederet, impreſſit. Quœ ſi vera eſſet conjectura, eſſet hic liber omnium, quos Monachii impreſſos hactenus detegere potui, antiquiſſimus. Meminit ejus *Denis* in *Supplem.* pag. 694. n. 6194.

222. *Extrauagantes. XX. Johannis. XXII.* ſeu *Conſtitutiones xx. Johannis pape xxij. cum familiari apparatu domini zenxelini* (ſic) *de caſſanis* &c. Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. cuſtod. & num. foll. Folio XXXIX. recto finit *opus tanta* (quanta paulo ante memorata eſt) *caſtigatum diligẽtia Lugduni eſt impreſſum.* Accedunt Jo. Franc. Apoſtillæ. & tabula. Meminit *Denis* in *Suppl.* p. 592.

224. Varii tractatus juridici, quorum editiones duæ recenſentur Faſc. I. p. 164. & 165. Accedit in h. edit. Tractatus Bartoli de Tabellionibus. Fol. Præit præfatio, hoc habens ſubjunctum diſtichon:

*Viue vale lector feliciter arripe pulchrum.*
*Quod Tibi Spirenſis Drach Petrus edit opus.*

Charact. goth. minut. cum ſignat. a — r. ſine cuſtod. et num foll. Folio 9 quinternionis r verſo *Finit tractatus de Tabellionibus.* cum inſignibus typographi. Habet *Denis* in *Suppl.* p. 596. ſed per errorem ibi editio hæc ſignaturis carere dicitur. Occurrit etiam in Meuſ. III. p. 33. n. 46.

225. *Expoſitio Georgii ſuper ſummulis magiſtri Petri hiſpani.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem ſeu folio 10 recto quinternionis N. vocibus Laus deo ſubiecta ſunt inſignia I. T. id eſt Johannis Trechſel, typographi Lugdunenſis. Editio, ut videtur, incognita. Exemplari noſtro quædam adſcripta ſunt manu Johannis Altenbeck, notarii, anno 1503. defuncti.

226. Platonis opera, Marſilio Ficino interprete, latine reddita, & commentariis illuſtrata ab eodem. foll. Tom. II. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Tomus primus ſine ſubſcriptione terminatur: ad calcem vero Tomi II. legitur: *Epiſtola4 Platonis Finis. Impreſſum Florentie per Laurentiū* (Franciſci de Alopa) *Venetū.* Accedunt *Emendatiōs errorum librarii*, quæ cum Naldi Nandii florentini epigrammate in huius operis laudem folia implent 13, & partem 14. Ceterum eſt hæc prima editio, multis mendis inquinata, ante annum 1490. facta. Conf. *Braun* P. II. p. 21. *Schelhorn* Amænit. *Litterar.* Vol. I. p. 89. §. 22.

227. Alberti M. ſermones de tempore. fol. min. Charact. goth. Joh. Zainer. ſine cuſtod. ſignat. & num. fol. cum inſcriptionibus paginarum *De — Tempore.* Ad calcem folii ultimi recti: *Sermones de tempore Alberti magni p Johannē zainer vlme impreſſi Finiunt feliciter.* Conf. *Gemein.* p. 72. *Denis Suppl.* p. 484. ex pluribus bibliothecis noverat. *Helm.* p. 71. P. II.

228. Eiusdem ſermones de Sanctis. fol. min. Idem Character, eademque forma externa quoad omnia. Sed exemplar noſtrum in fine mutilum eſt. terminatur enim folio verſo ſecundo ſermonis xlvi. de omnibus ſanctis in hæc verba: *Et deducet eos ad vite fontes.* Integrum exemplar deſcripſit *Helm.* p. 72. Habet *Denis Suppl.* p. 484. *Helm.* p. 71. P. II.

229. Angeli de Ubaldis, Peruſini, conſilia jurid. fol. Folio 1 verſo alphabetico ordine leguntur vocabula in ſequenti indice occurrentia. Sequitur ergo index materiarum folio 2. terminatus folio 38. Folium 39. vacat. Folio 40. conſilia incipiunt ſine ullo titulo. Charact. goth. minut. cum ſignat. in indice A — D. in opere ipſo a — p. & aa — oo. Fol. 8. colum. 2. quaternionis oo. ſeptem leguntur diſticha, quibus commendatur editio 1) ab adcuratione 2) ab additionibus in ea factis. Ex diſtichis 3 & 4 Typographum & locum impreſſionis diſcimus. En ipſa:

*Carche-*

*Carcheuus* (ſic) *impreſſit pulchra hec antonius arte.*
*Cui ſociuſ partem ripa zaninus habet.*
*Ac diui ambroxii* (ſic) *uenerandus in ede ſacerdos.*
*Actor ticina dignus in urbe fuit.*

Ex diſticho ſexto correctorem diſcimus. Fuit nemper Nicolaus Gambarutus. Antonius *Carcheuus* non videtur alius, ac Antonius de Carchano. qui ab anno 1478 — 1494 (ſecundum *Orlandi* p. 188.) Ticini, ſeu, Papiæ impreſſit. Præter hæc diſticha nihil ſubſcriptum legitur. Nouit *Denis* in *Suppl.* p. 687. ſed tantum ex catalogo Bibliothecæ Schwarzianæ. Nec mihi, præter noſtrum, hactenus aliud exemplar innotuit.

230. Bartholomæi Cæpollæ Tractatus 1) de urbanorum. 2) ruſticorum prædiorum ſervitutibus. 3) de Cautelis. 4) de ſimulatione contractuum. 5) Repetitio legis ſi fugitivi — &c. in 4. Charact. goth. minutiſſ. cum ſignat. & num. ſine cuſtod. Folio clxxxv. columna 4: *finem felicē accepere — Tractatus — nouiſſime in Italia ſatis corrupte impreſſi neceſſariā emendationem & additionem meruere per Egregium virum magiſtrum de gradibus: in nobili ac regia urbe galliarum lugduneñ ibiq3 cum accurata diligentia impreſſi. ſc.* per Joh. Trechſel, ut ex typis colligo. Videtur ignota editio, intra annos 14,0 & 1500. facta.

231. *Grāmatica Nicolai perotti cū additionibus regularū: ↄ metrice artis Guarini veronenſis* &c. Ex recognitione Pauli Malleoli andelocenſis, cuius præfixa eſt epiſtola ad Aegidium Delphum. in 4. Charact. goth. minut. quem Jacobo de Pfortzen Typographo baſileenſi tribuit *Helmſch.* P. II. p. 24. 24. ob inſignia, quæ folio primo recto exhibentur, & huic typographo propria fuiſſe ex grammatica Franciſci Nigri per eundem cum iisdem inſignibus Baſileæ 1499. impreſſa colligit. Habet ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem columnæ 4. folii CVII. (107) *Nicolai Perotti opuſculū — finit feliciter.* Accedit Regiſtrum foliorum octo. quæ numeris carent. Exemplar noſtrum omni ex parte integrum eſt. Errorem igitur Typographicum interveniſſe oportet apud *Helm. p.* 25. lin. 10. ubi numeros foliorum ad CXI. (111) extendi adfirmat. Legendum ſine dubio CV (105) pro CXI.

232. *Compendium octo partium orationum.* (ſic pro *orationis.*) Subiecta ſunt 4 evangeliſtarum ſymbola, in quorum medio Jeſus infans, dextra crucem ſiniſtra alia paſſionis inſtrumenta tenens. in 4. Charact. goth. luculentus & elegans cum ſignat. a — n. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 8. recto quatern. n. *Explicita eſt quinta pars et vltima.* Eodem folio leguntur undecim diſticha, ex quorum decimo, & undecimo Typographum & locum impreſſionis diſcimus: & hic quidem Baſilea, ille vero Michael Furter eſt, cuius ſubiecta ibidem ſunt inſignia. Videtur editio incognita.

233. *Sermones ſancti Bernardini de ſenis ordinis fratrum minorū de euangelio eterno.* Subiecta eſt icon auctoris fol. Char. goth. luculent. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 6. col. 2. ternionis ultimi: *Sermones* (ſic) *de euāgelio eterno ſancti Bernardini de Senis ordinis fratꝝ minoꝝ: per Nicolaum Keſ-*

*ler*

*ler baſilee impreſſe.* (ſic) *Finiunt feliciter.* cnm inſignibus Typographi. Videtur editio incognita.

234. *Libri artis logice Porphyrii et Ariſtotelis cū explanatiōe magiſtri Johānis de lapide.* fol. Charact. textus luculent. & commentarii minutus, uterque goth. cum ſignat. a — v. & A — U. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem col. 2. folii 8 quaternionis U. *Porphiriana, Ariſtotelicaqȝ logica cū explanatione Magiſtri Joannis de lapide: per Magiſtrū Joannē de Amerbach Lapidani quondam diſcipulū accuratiſſima Impreſſione apud Baſileam: ſoeliciter finit.* Accedit, qui ſeorſim haberi poteſt, *Tractatus eiuſdem — de propoſitionibꝰ exponibilibus: cū tractatu de arte ſoluēdi impórtunas ſophiſtarū argumētationes.* conſtat foliis 18 ſignatis a. b. Charact. idem. Præit Sebaſtiani Brant elegia commendaticia diſticorum 20.

235. Nicolai de Tudeſchis Commentar. in libros IV. & V. Decretal. fol. Character gothicus idem, qui eſt aliorum huius operis librorum in editione Baſileenſi ad an. 1480. Faſc. II. p. 67. recenſita. Deſunt etiam cuſtodes, & num. foll. Adſunt autem ſignaturæ. Columna 4. folii 8. quaternionis f: *Hec lectura quarti libri — finem hic prebet,* Et *ſequit eiusdem lectura ſuper quinto.* Poſterior terminatur ſine ulla ſubſcriptione Columna 2. folii 6. ternionis X.

236. Lucubrationum Joh. Duns Scoti in libros 4 Sentent. in Metaphyſicam. in libros de anima, & quodlibetarum quæſtionum Compendium. Auctore Joh. de Colonia ord. minor. Theolog. Profeſſore. in 4. Charact. roman. Charta præſtantiſſ. Præit tabula quæſtionum alphabet. quæ eſt 11.; foll. In opere ipſo adſunt ſignaturæ a — ȝ. & aa — qq. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem columnæ 2 folii 6. ternionis qq. *Expliciūt. q. Jo. Scoti. ſup q̄tuor libris ſnēaruȝ mec & de aīa. & ꝙlibet eiuſdē impſſe p Mgr̄m Vendelinū de Spira Laus deo.* Eandem huius operis editionem *Denis* in *Supplem.* bis excitauit, nempe pag. 543. n. 4701. ſub nomine Joh. de Colonia, & pag. 661. n. 5876. ſub nomine Joh. Scoti. Et quidem poſteriori loco ad exemplar Bibliothecæ Cæſarĕæ, ideoque ad exemplar a ſe viſum provocat. Sed in hoc exemplari deeſſe debet tabula alphabetica quæſtionum, in cuius fronte, ſeu titulo auctor huius compendii, Fr. Joh. de Colouia SS. litterarum profeſſor expreſſis verbis memoratur. Secus enim adcuratus iſte Bibliographus pag. 543. loc. cit. fruſtra metuiſſet, *ne Joannes iſte de colonia ſit typographus.*

237. *Confeſſionale Bartholomei.* (ſc. de Chaimis ord. min.) in 4. Charact. goth. Columnæ 2. cum ſignat. a — n. & num. foll. ſine cuſtod. Folio verſo plures leguntur verſus, quorum Tres poſtremi Typographum produnt:

*Nec mora Xpoferuſ populum coiſſe fidelem.*
*Ualdafer attenta protinꝰ aure notat.*
*Exſaturemus ait dignandis agmina votis.*

Conf. *Braun* P. I. p. 82.

CLASSIS

# CLASSIS II.

## LIBROS COMPLECTENS, QUI PROPTER TYPORUM CONVENIENTIAM, ALIASQUE RATIONES PROBABILES UNI ALICUI EX TYPOGRAPHIS JAM COGNITIS VIDENTUR ADSCRIBENDI.

238. *Clariſſimi doctoris ſubtilis Joannis Scoti queſtiones incipiunt ſuper vniuerſalibus porphyrii ac libris predicamento4 periermenias Ariſtotelis. Quibus ſui diſcipuli Antonii Andree queſtiones ſex principiorum connectuntur.* Charact. goth. Johannis Perſon Dauuome, typographi veneti, ut videtur, cuius recenſui opus ad an. 1483. n. XVI. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Finis quæſtionum libri ſex principiorum Antonii. Andree doctoris ſbtilis diſcipuli foeliciter adē.* (ſic pro amen) columna quævis habet lineas 56.

139. Jacobi de Voragine (Viraze, Varagine, vel Viragone) ord. Præd. Legenda aurea Sranctorum, vulgo Lombardica Hiſtoria. fol. Præit index ſermonum. Charact. goth. idem, quo Georg. Huſner & Joh. Bekenhub Durandi ſpeculum anno 1473. Argentorati impreſſerunt cum num. foll. ſupra in medio ſine ſignat. & cuſtod. conſtat foliis CCCCXX. (420) In fine nihil prorſus legitur adiectum. De opere & auctore conf. dicta Faſc. II. pag. 24. Editionem hanc nemo, quod ſciam, excitavit.

240. Vocabularium latino-germanicum, vulgo vocabularium prædicantium. in 4. tituli loco præeunt 4. diſticha. Charact. goth. Conradi Zeninger, Norimbergenſis Typographi, quo impreſſit tractatum de turcis recenſitum Faſc. II. pag. 91. caret cuſtod. ſignat. num. foll. De opere ipſo, & auctore conf. dicta Faſc. II. pag. 173. & Faſc. III. pag. 141. n. xxvii. item *Weisl. Arm.* pag. 234. Editio præſens videtur incognita.

241. *Tractatus de Uſuris: editus per dn̄m Antonium de Roſelis.* in 4. Charact. goth. Stephani Planck Romæ. conſtat. 6. foliis, quorum 3 priora ſignata ſunt a. 1. a. 2. a. 3. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem nilniſi: *Finis.* Meminit *Denis Supplem.* pag. 654.

242. *Expoſitio vel meditatio fratris Hieronimi ſauonarole — in pſalmum In te domine ſperaui* — cum imagine ligno inciſa. in 4. Charact. Johannis Froſchauèr, quo impreſſum opus ad annum 1496. N. 2. recenſitum. cum ſignat. a. b. ſine cuſtodibus & num. foll. conſtat foliis 9 impreſſis. Ad calcem: *Explicit expoſitio — quam morte preuentus explere non potuit,* auctor. Conf. *Braun* P. II. pag. 310. ubi recenſetur editio cum nota anni 1499. ab eodem Typographo facta.

243. *Hieronymi Balbi Poete Epigrām̄ata.* in 4. Charact. goth. Mauritii Brandis, typographi Lipſ. ut videtur cum ſignaturis a. b. quaternis & c. d. ternis ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Finiunt epigrammata Hieronymi Balbi Poete.* De auctore Conf. *Denis Wien.* pag. 2. ſeqq. præclare differentem. Noſtra editio commemoratur in den Allgem. deutſch. Bibl. Band. LI. St. 4. pag. 510.

244. *Titi Calphurnii Siculi Bucolicum carmen.* ſeu Eclogæ XI. in 4. Charact. goth. idem, qui opuſculi ſequentis. Ergo probabiliter Lipſiæ prodiit. Sine cuſtodibus, & num. foll. cum ſignaturis A. B. C. D. quaternis præter C ternum. Ad calcem: *Bucolica titi calphurny ſiculi finiunt.*

245. *Tractatus carminibus elegantiſſimis conſcriptus de paſſione domini.* Auctore Hieronymo Valle, ſeu de Vallibus, Paduano. in 4. Charact. goth. Eſt ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. Terminatur in averſa pagina folii 13. ſine ulla ſubſcriptione. In fronte folii ſecundi alius legitur titulus, nempe: *Jeſuida hieronymi Paduani ad — petrum donatum — padue preſulem —* Recenſetur a *Leich* pag. 105. Videtur tamen dubium, an eadem cum noſtra ſit editio. Exiſtunt enim plures. Conf *Denis Wien.* pag. 35. *Freytag Appar.* Tom. III. pag. 4. ſeqq. *Braun* P. I. pag. 40.

246. *Oratio metrica habita in principio ſtudy Bononienſis*, a Chriſtophoro Saucio, Fanenſi, in 4. Charact. idem videtur, qui opuſculi ad an. 1488. N. XLIII. Lipſiæ per Mauritium Brandis impreſſi. Sine cuſtod. ſignat. & num. foll. conſtat foliis 6. Subſcripta eſt ſola vox *Finis.*

247. *Alme uniuerſitatis Studii lipʒenſis & urbis liptʒg* (deſcriptio metrica) *p M. Conradum de Wimpina.* in 4. Charact. goth. idem, qui opuſculi præcedentis. Ergo probabiliter Lipſiæ unde etiam indicatur a *Leich* pag. 106. conſtat foliis octo, & terminatur ſine ſubſcriptione. De auctore Conf. *Freytag Appar.*

248. *In hoc libello continentur tres Tractatuli. Primus eſt ſancti Thome Aquinatis de mirabili quidditate et efficacia — euchariſtie. ſecundus eſt magiſtri Nicolai de Lyra de idoneo miniſtrante et ſuſcipiente idem ſacramentum. tertius eſt cuiuſdaʒ docti collectoris de expoſitione dominice orationis. ſcʒ Pater uoſter* &c. in 4. Charact. goth. Petri Fridbergenſis, Typographi Mogunt. ut videtur. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Explicit regiſtrum huius libelli.* Sunt ſaltem anno 1496. impreſſa hæc opuſcula. Conf. *Braun* P. II. pag. 55.

249. Dimetromachia, ſeu varia carmina ita compoſita, *ut eadem verba que directo inceſſuris tramite virtutum canunt preconia. hec ipſa retrogreſſuris deteſtanda earundem vitia propalabunt.* in 4. Eſt foll. 15. ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. Charact. goth. Ad calcem: *Ex Erfford bella data metromachia nouella.* 8. 9. (nempe an. 1489.) Num forte eodem anno Erfordiæ impreſſa? opuſculum, ut videtur, incognitum.

250. *Epiſtole Turci magni ad multos ſcripte. et epiſtole reſcripte ad eundem. numero nonaginta.* in 4. Charact. goth. Chriſtophori Valdarfer, vel Georgii Ryſer. Conf. dicta Faſc. I. pag. 111. in not. (a) & Faſc. II. Præfat. pag. X. & XI. ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. Ad calcem: *Epiſtole Maumetis Turci magni finiunt. a Laudiuio equite heroſolimitano edite: que ſunt nonaginta numero.* De epiſtolis ipſis conſ. Faſc. I. pag. 161. Hæc eorum editio, foliis 15. conſtans, videtur incognita.

251. *Incipit liber qui dicitur compendium morale. utilis pro ſermonibus & collationibus faciendis.* Prologus qui, paucis mutatis, idem eſt cum prologo

aureis

aureis Bibliis Antonii Rambigolli præfixo. Eſt tamen opus diverſum ab iſtis bibliis, in articulos quidem, diverſos vero, alphabeti ordine diviſum. Prologi auctor: *frater N. de Janua* (Genua) *ordinis memorati.* (Eremitarum ſc. S. Auguſtini) quæ etiam in Antonium Rambigollum cadunt, qui ex non nullorum ſententia Genuenſis fuit. Ceterum eſt in Fol. Character roman. idem, qui in Bibliis aureis Faſc. II. pag. 156. recenſitis occurrit; quem ego quidem Faſc. II. pag. 145. in not. (a) Ludovici Hohenwang eſſe probabiliter aſſerui, Clariſſimus *Braun* vero P. I. pag. 46. ad num. LIV. monaſterio ſuo attribuit. Eſt ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. conſtatque foliis 170. Ad calcem ultimi: *Explicit compendium morale.* Accedit index alphabeticus materiarum, qui eſt octo foliorum cum ſubſcriptione: *Explicit Regiſtrum.* In Apographo apud *Veith* in *Diatribe de Origine et incrementis Artis Typographicæ in Vrbe Auguſta Vindelica* pag. XXIV. & XXV. memoratur *compendium morale*, tanquam liber qui in monaſterio SS. Uldarici & Afræ primus omnium, conſequenter circa annum 1473. impreſſus fuerit. Quod ſi igitur Clariſſimi *Braun* loc. cit. vera eſt ſententia, characteres nempe, quorum meminit P. I. pag. 46. n. LIV. eſſe monaſterii ſui, jam non amplius dubitandum videtur, quale compendium morale, & qualis ejus editio in laudato apographo memoretur. Ceterum in Bibliotheca S. Udalricana hodie nullum amplius exſtat exemplar. *Denis* in *Supplem.* pag. 543. ejusdem editionis meminit: tribuit vero eam Gunthero Zainer.

252. *Hiſtoria de veneranda compaſſione beatiſſime dei genitricis ſemp virginis Marie.* cum icone Chriſti e cruce detracti. in 4. Charact. german. Joh. Schaur, vel Joh. Froſchauer Typographorum Auguſtanorum, continet miſſam, & officium de compaſſione B. M. V. caret cuſtod. & num. foll. conſtat foliis 8. ſignatis a.. Ad calcem: *Fynit* (ſic) *hyſtoria de compaſſione marie* ꝛc *Que celebratur In Sabbatho poſt octauas Paſce Et poteſt orare* (ſic) *oi Sabbatina die.*

253. Laurentii Corvini Novoforienſis Sileſii *Coſmographia Dans Manuductionem in tabulas Phtolomei:* &c. in 4. Præeunt editoris Henrici Bebeli Panegiricon & Epiſtola dedicatoria ad Hartmannum de Eptingen Canonicum Baſileenſem ſcripta ex Baſilea. 1.4.9.6. ſequuntur alia carmina. Demum poſt procemium auctoris, opus incipit, charactere roman. impreſſum, cum ſignat. a — g. ſine cuſtod. & num. foll. In fine plura accedunt, ad quorum calcem ſola vox τιλος legitur. De auctore conf. *Denis Wien.* pag. 86. de hac editione *Gem.* pag. 249. & *Neocell.* pag. 217. Videtur editio Baſileæ facta, ubi editor tum morabatur.

254. *Tres tractatus domī Egidii de Roma — de partibus philoſophie eſſentialibus ac aliarum ſcientiarum doctrina. — de doctrina rethorice politice et ethice ad aluerium lectorem. — de gradibus formarum.* in 4. Charact. goth. Conrad. Kachelofen Typographi Lipſ. quo impreſſit opuſculum ejusdem auctoris ad annum 1493. N. 43. Eſt quaternus a.

255. *Tractatus — Petri Cameracenſis — vehens in cognitionem eorum: que in Prima ſecunda atque tercia regionibus aeris fiunt ſicuti ſunt Sidera cadencia*

*Stelle comete Pluuia &c. &c. correctus et emendatus in lipczenſi ſtudio.* in 4. Charact. idem, qui præcedentium opuſculorum. Ergo Lipſiæ per Joh. Kachelofen, cum ſignat. A — D. ternis. Ad calcem ſola vox *Finis* legitur.

256. *Anathomia Mūdini Emendata p doctorē melerſtat.* in 4. Charact. Martini Herbipolenſis, typographi Lipſienſis, quo impreſſum eſt opus ad ann. 1493. n. 11. recenſitum, cum ſignat. A — E. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem duo diſticha leguntur:

*Hic labor expirat nec fructus amice libelli*
*Emoritur lector cōmoditate breui.*
*Occultos morbos. morborum denique curas*
*Perdocet: atque baſyn preſtat in arte. Uale.*

De Martino Mellerſtadio, proprie Mart. Pollich. Conf. Allgem. Gelehrten-Lexicon ad vocem Pollich.

257. *Quinti Horatii Flacci* (ſic) *de Arte poetica ad piſones.* in 4. cum ſex diſtichis *M. Jaco.*bi *Illumin.*natoris forte. Charact. gothicus, vel potius germanicus idem, qui operis recenſiti ad ann. 1492. cum ſignat. A. B. quaternis. Poſterioris ultimum folium vacuum eſt, ſine cuſtod. & num. foll. Paginæ ſingulæ ſeptendecim habent lineas. Num editio hæc eadem ſit cum editione citata a *Leich* pag. 104. non liquet. Videtur tamen probabile.

258. *Colores Rethorice diſcipline per Magiſtrum Paulum Niauem pro incipientium utilitate conſcripte.* in 4. Præit auctoris epiſtola inſcripta *Eraſmo preſbitero artium baccalario in Kemptitꝫ uitam agenti* — Charact. idem qui operis præced. *Leich* pag. 101. tribuit Martino Herbipolenſi, Lipſienſi Typographo, cum ſignat. A. quaterno, B. C. ternis, ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem nihil ſubſcriptum eſt. De Paulo Niave conf. dicta ad n. 334. cl. III.

259. *Tractatus de cōceptione marie virginis editus a fratre petro aureoli ordinis minorum.* Hic titulus, ut capitum tituli, miſſalibus litteris impreſſus eſt. in 4. Charact. goth. aut idem, aut ſimillimus illi, quo impreſſus eſt commentarius S. Thomæ Aq. in librum IV. ſententiarum Moguntiæ per Petrum Schoiffer 1469. Faſc. I. pag. 16. cum ſignat. a — e. ſine cuſtod. & num. foll. In prima pagina folii 8. quaternionis e legitur: *Iſta ſcripſit et compillauit frater Petrus de verberya Anno. M. ccc. xxxviij. Que oīa cū ſuis opuſculis ſicut ſermones queſtiones reportationes cōpilationes et queſtionū determinationes. correctioni romane eccleſie ſicut bonus catholicus totaliter derelinquit.* Meminit tantum *Denis* in *Supplem.* p. 502. cui ex unica Bibliotheca Coll. Cann. Regg. ad S. Hyppolitum innotuit.

260. *Opuſcula beati Anſelmi archiepiſcopi Cātuarieſis ordinis ſancti Benedicti.* in 4. Charact. goth. minut. coll. 2. cum ſignat. A. B. item a — ȝ. nec non ꝛ. Ad calcem columnæ 2. folii 8. quaternionis ꝛ ſola vox *Finis* legitur. Conf. *Braun* P. II. p. 60.

261. *Hiſtoria ſiue euangelium Nycodemi de geſtis a principibus ſacerdotum de paſſione et reſurrectione dñi. que inventa eſt lr̄is hebraicis a theodoſio magno imperatore in iheruſalem in pretorio pontii pylati in codicibus publicis.* Subjecta imago

imago J. Ch. crucifixi. in 4. Charact. goth. cum ſignat. A. B. ternis & C. duerno, ſine cuſtod. & num. foll. terminatur ſine ulla ſubſcriptione in prima pagina folii 4. duerni C. Averſa ejusdem folii imaginem J. Ch. crucifixi exhibet. Editio, ut videtur, incognita, & ad ultimum ſæculi XV. decennium referenda. De opuſculo ipſo conf. *Neocell.* pag. 244. Aliam editionem vid. infra N. 264.

262. *Dimetromachia de virtutum et viciorum conflictu Magiſtri Hinrici* (ſic) *Northemenſis.* Verſibus elegis ſcripta, & notis, textui inſertis, illuſtrata. in 4. Charact. germ. Martini Herbipolenſis, Typographi Lipſienſis, ut videtur. Unde & *Leich* habet pag. 106. cum ſignat. 𝔄 — F. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur in averſa pagina folii 7. quaternionis F. ſine ſubſcriptione. Ultimo loco leguntur *Ad principem* Fridericum ducem &c. Erneſti filium diſticha decem.

263. *Jacobi Wimphelingi Slettſtattenſis Elegantiarum medulla. oritoriaque* (ſic) *precepta. In ordinem inuentu facilem. copioſe clare breuiterq3 reducta.* Subjecta eſt icon magiſtri cum diſcipulis ſuis. in 4. Præmiſſa eſt auctoris epiſtola ad Theodoricum Greſmundt data *Spiris pridie ydus Junias. Anno xpi M. cccc. xciij.* (1493.) huiusque reſponſoria ſine dato. Charact. goth. cum ſignat. a — f. ſine cuſtod. & num. foll. In prima pagina folii 4 duernionis f: *Theodoricus Greſmundt Junior huius libri lectori ſalutem dicit*, eumque maximopere commendat. Scripta eſt hæc epiſtola: *Ex Moguncia xvij. kalen. Nouembris Anno ſalutis noſtre. M. cccc. xciij.* Videtur etiam hoc anno ibidem impreſſum hoc opuſculum.

264. *Euangelium Nichodemi Incipit feliciter.* in fol. Charact. goth. craſſ. Guntheri Zainer ſine cuſtod ſignat. & num. foll. terminatur in prima pag. folii 14. ſine ſubſcriptione. Conf. *Neocell.* pag. 244. *Zapf. Aug.* pag. 148.

265. *De inſania Democriti philoſophi Facetū epiſtoliū hipocratis medici.* in 4. Charact. goth. Joh. Froſchauer, ut videtur cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. conſtat foliis 12. Conf. *Neocell.* pag. 233. ubi per errorem ſignaturæ abeſſe dicuntur. *Zapf. Aug.* p. 146. & ex hoc *Denis Suppl.* p. 585.

266. *Carmen pulchrum ad dei genitricem glorioſam. indicens honeſtum petendi modum* &c. in 4. Charact. goth. Eſt tantum foliorum 6. Ad calcem: *hec oīa ſunt repetita in vniuerſali liptzeuſi ſtudio p magiſtrum Georgium hutter thauripolenſem poſt feſtū annunciationis marie Anno* — 1495. Subiecta ſunt inſignia Martini Herbipolenſis, typographi Lipſienſis. Leichio opus fuit incognitum, uti & aliis Bibliographis.

267. Liber, Margarita Davidica nuncupatus, ſeu expoſitiones Pſalmorum ex SS. Hieronymo, Auguſtino & Caſſiodoro excerptæ fol. Præit Regiſtrum Pſalmorum foliis 2 conſtans, folio verſo 3 titulus operis. Folio 4. quod numerum habet 11. *Incipiunt tituli pſalmorum & expoſitio eorum.* Character goth. pinquior Guntheri Zainer, cum. num. foll. ſine cuſtod. & ſignat. Folio verſo C. xxij. *Liber margarita Dauitica nuncupatus — feliciter finit.* Novit *Denis Suppl.* p. 611. ex 2. Bibliothecis, & Amicorum communicatione.

268. Guidonis de Monte Rotherii (alias Rocherii) Manipulus curatorum. Fol. Character goth. majuſculus pinguis Conradi Fyner, quem aeri incidendum curavit *Braun* P. I. Tab. V. N. III. ſine ſignat. cuſtod. num. foll. & initialibus litteris. Tabula, auctoris dedicatio ad Raymundum Valentiæ Epiſcopum, Prologus, operisque diviſio folia 4. priora, & quinti 12. lineas implent. Mox incipit *De inſtitutione ſacramentorum.* Ad calcem folii recti 103: *Curatorum manipulus finit feliciter.* Deſcripſit *Braun* P. I. p. 76. meminit *Helm.* II. p. 38. Sed utriusque exemplar mancum fuiſſe oportet. Noſtrum enim 130, non 129. tantum, foliis conſtat. Meminit etiam *Denis Suppl.* num. 5450.

269. Jacobi de Voragine Legenda Sanctorum. Fol. min. Præit tabula folio 1. recto incipiens, & ſecundo verſo terminata. Charact. goth. Georgii Huſner Argentoratenſis typographi, qualem exhibet Tabula II. N. II. apud *Braun* P. I. ſine cuſtod. & ſignat. cum num. foliorum inde a folio 3. ſeu I — CCCCXX. (420) Folio CCCXCII. recto: *Explicit legenda lombardica iacobi de voragine epiſcopi ianuenſis.* Quod ſupereſt ſpatium voluminis, occupant legendæ recentiores quæ ſine ſubſcriptione folio 420. recto terminantur. Exemplar mutilum hujus editionis videtur indigitare *Helm.* p. 68. P. II.

270. *Liber diſcipuli* (Joh. Herold) *de eruditione xp̄i fidelium Incipit.* Fol. min. Hæc in fronte leguntur folii quarti. Folia 3. priora *Braun* P. I. p. 91., ubi numerum init foliorum, non adnumeravit. Hinc omnes illæ hallucinationes, quas notavit *Helm.* II. p. 54. & 55. Caret editio cuſtodibus, ſignaturis, numeris foliorum, Typi Reutlingiani ſunt, delineati a *Braun* P. I. Tab. VI. n. V.

271. Diſcipuli ejusdem Sermones 1) de tempore. 2) de Sanctis. 3) Promptuarium exemplorum. Fol. Charact. idem, qui operis præcedent. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. & initial. litteris. Poſſunt ſingula hæc opera ſeorſim haberi, quamvis ſimul lucem aſpexerint, ut ex ſubſcriptione ad finem promptuarii exemplorum patet: *Finit op⁹ putile — de tpe et de ſanctis cū ꝓmptuario exēplo4 atq3 tabulis ſuis collectū.* Conf. *Braun* P. I. p. 91.

272. *Guilhermus pariſieñ 1) de vniuerſo. 2) Tractatus — de ſacramentis. cur deus homo et penitencia cum regiſtro. 3) Guilhermi — opera. de fide. legibus &c.* Fol. Tria hæc uno apud nos quidem volumine continentur, ſuntque eodem charactere gothico in duabus columnis impreſſa. Ex epiſtolis Nro. 3. præfixis non obſcure colligitur, opera hæc Norimbergæ per Anton. Koburger circa ann. 1496. eſſe impreſſa. Sed quod ad opera N. 2. & 3. ſpectat, dicenda a me præoccuparunt *Freytag. Appar.* T. III. pag. 200. ſeqq. *Braun* P. II. p. 32. & 33. qui etiam opus N. I. recenſet. *Panzer N.* p. 145. & 146. nu. 249. 250. 251.

273. Das bůch lere vns wie wir got vnſern herren ſöllen lieb haben über alle ding. Fol. Verba recitata mox præfatio excipit, in qua teſtatur auctor, ſe ſua ex aliorum hauſiſſe libris, præſertim des vil wirdigen lerers der hailigen geſchrift. Maiſter Niclāſen von dinckelſpühel. Terminatur præfatio folio 2. recto, linea 5. Mox incipit Das erſt capitel. Cha-

Character Conradi Finer Eslingenſis typographi, delineatus a *Braun* P. I. Tab. V. n. III. Deſunt cuſtodes, ſignaturæ, & numeri foliorum. Initiales litteras magnas ligno inciſas typographus adjici curavit. Conſtat opus 22. capitulis, & terminatur regiſtrum folio recto 41. ſine ſubſcriptione. Eodem folio verſo **Dar nach volget das Regiſter über das büchlin.** Terminatur regiſtrum folio 44. recto linea 12. Editio prorſus incognita, ut videtur, vel certe a nullo hactenus ſatis deſcripta. Editionem præſenti multo recentiorem deſcripſi Faſc II. p. 133.

274. Acta, & decreta in Synodis Wurceburgenſibus ann. 1452. & 1453. Accedit lingua vernacula Decretum Gotefridi Epiſcopi, ſub quo ſynodi celebratæ ſunt, ad cujus calcem legitur: *Geben vñ geſcheen* **Am dinſtag nach ſant Lamprechts des heiligē Biſchofs tage Anno. ꝛc.** xlvij. (ſc. 1447.) Fol. min. Charact. idem, quo Chriſtophorus Valdarfer, & Georgius Ryſer, Eyſtettenſis typographus, ſunt uſi. Conf. Faſc. I. p. 111. not. in marg. infer. Delineavit eas *Braun* Tab. V. n. VII. Vix autem eſt dubium, quin a Ryſero, non a Valdarſero hoc opus fuerit impreſſum. Niſi forte Wurceburgenſis, aut Bambergenſis quidam typographus eodem charactere ſit uſus. Ceterum caret opus titulo, ſignaturis, cuſtodibus, numeris foliorum. Videtur non diu poſt annum 1480. impreſſum fuiſſe. Videtur editio indigitata a *Denis* in *Suppl.* pag. 696. a *Breitkopfio* in libro: **Ueber die Geſchichte der Erfindung der Buchdruckerkunſt** pag. 10. qui tamen Georgium Ryſerum Wurceburgenſem typographum facit, quem conſtat Euſtadii impreſſiſſe libros. Conf. Faſc. II. p. 128. Cum nemo hanc editionem deſcripſerit adcurate, notabo ſequentia. Acta & decreta Concilii ann. 1452. terminantur fol. recto 31. Eodem verſo incipiunt Acta Concilii ann. 1453. terminata folio recto 35. Verſo eodem Gotefridi decretum incipit, quo conſtitutiones ſynodales a prædeceſſore ſuo Johanne editas confirmat, & publicari jubet. Iſtæ conſtitutiones in Synodis præcedentibus forte confirmatæ partem voluminis longe maximam efficiunt. Accedunt & conſtitutiones aliæ. Folia octodecim poſteriora Decretum Gotfridi vernacula lingua conceptum continent.

275. *Speciale miſſarum ſcdm chorum herbñ* (ſic, pro Herbipolenſ.) Hæc tantum charact. miſſali leguntur impreſſa folio 1. recto. Folia 6. ſequentia Kalendarium eccleſiaſticum continent, eodem charactere, quo opus præcedens, impreſſum. Sequitur fol. 3. Exorciſmus ſalis & aquæ charact. miſſ. foll. 2. Accedit foll. 2. Regiſtrum miſſarum ſpecialium, eodem charactere, quo Kalendarium, impreſſum. Tandem incipit ipſum miſſale, charactere miſſali medio impreſſum. Sunt autem miſſæ de tempore comprehenſæ Foliis I — lxij. tum ſequuntur Gloria, Credo, preces ad offertorium, præfationes variæ, quæ foliis 6. non numeratis impreſſa ſunt eodem charact. miſſali, quo præcedentia. Poſt imaginem Chriſti cruci adfixi eleganter ligno inciſam incipit canon charactere multo majori impreſſus, & foliis conſtans non numeratis 13. A folio lxIII — Cxxxviij. leguntur Miſſæ de ſanctis, & feſtis. A folio autem Cxxxix — CCxvij. Accedunt folia 4, quibus continentur officium S.

Rochi, & *cautele ſeruande circa defectus — in miſſa* &c. Sunt hæc 4 folia impreſſa litteris iisdem, quibus Kalendarium impreſſum eſt. Subſcriptio nulla exſtat. Videtur ergo hoc miſſale ab eodem Typographo, & circa idem tempus impreſſum eſſe, ac opus immediate præcedens. Neſcio, an hæc editio ab ullo bibliographo ſit excitata, aut accuratius deſcripta. Citatur quidem a Breitkopfio in libro Ueber die Geſchichte der Erfindung der Buchdruckerkunſt p. 10. Miſſale Herbipolenſe a Georg Ryſer impreſſum. Sed num hoc idem eſt cum noſtro?

276. Ariſtotelis parva Naturalia cum Commentariis Auerrois. Fol. maj. Charact. goth. uterque idem, quo alia Ariſtotelis opera annis 1473. & 1474. Patavii impreſſa ſunt per Laurentium Canozium. Conf. Faſc. I. pag. 51. & 55. Deſunt in opere cuſtod: ſignat. & num. foll. Terminantur fol. 24. col. 3. linea 61. Editio videtur incognita.

277. Ariſtotelis octo libri Phyſicorum cum commentariis Auerrois. Fol. maj. Eadem forma exterior cum opere præced. Hinc ſine dubio ejusdem typographi. Terminantur fol. 238. col. 1. lin. 50. In eadem columna ſubſcriptum legitur: *Noue translationi de phyſico auditu: et veteri ab Aueroi cordubenſi commentate. Summi Ariſtotelis philoſophi ex ſtragyra* (ſic) *oppido — finis impoſitus eſt.* Sine ulla loci aut typographi mentione. Videtur & hæc editio incognita.

278. *Curſus optimarum queſtionum ſuper Philoſophiam Ariſtotelis — Per magiſtrum Thomam Bricot ſacre Theologie profeſſorem emendate.* Fol. Charact. goth. minut. ſimillimus, aut idem omnino cum charactere, quo impreſſa ſunt commentaria in logicam Ariſtotel. Baſileæ per Joh. Amerbach ſ. a. ſupra n. 234. ſine cuſtod. & num. foll. cum ſignat. Columna 2. folii 10. quinternionis II. *Finit feliciter metaphiſicā.* (ſic) Apud *Braun* P. II. p. 51. idem opus recenſetur, videreturque mihi eadem eſſe editio, niſi adfirmaret Braunius, ſolia eſſe numeris ſignata.

NB. „ Opuſcula undecim ſequentia Romæ impreſſa videntur. Hinc etiam „ omnia, duobus exceptis, recenſentur ab Audiffredio in Catalogo Ro- „ man. edit. Sæc. XV.

279. *Hieronymi Scoptii Senēſis Epiſcopi Suanenſis oratio de Trinitate dicta in capella palatina* &c. 4. Charact. rom. eleg. Stephani Planck. Præit epiſtola dedic. ad Innocentium VIII. conſtat totum foliis 8. ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. *Aud.* p. 439.

280. *Martini de Uiana — oratio in die ſanctiſſime Trinitatis habita coram Alexandro. vi. Pont. Max. Anno dñi. M. cccexciiij.* 4. Charact. goth. ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. conſtat foliis 5. *Aud.* p. 331. ad an. 1494. recenſuit, quo etiam impreſſa videtur.

281. *Oratio de diuina evuidētia — a — fratre Petro Terraſſe* — 4. Charact. rom. ſine cuſt. ſignat. num. foll. terminatur folio 6 recto linea 12. *Audiffredi* p. 257. editionem huius orationis aliam excitavit ad an. 1483. quo habita eſt. Nihil habet de noſtra, quæ tamen etiam romana videtur.

282. *Fra*

282. *Fratris Mariani Genazēſis ordinis fratrū Heremitarū Diui Auguſtini. Generalis* (ſic) *Oratio de paſſione Ieſu Chriſti Dicta Alexandro vi. Pont. Max. frequenti ſenatu Eidibus Aprilis. M. IID.* 4. Charact. rom. eleg. maj. Eucharii Silber cum ſignat. a. b. ſine cuſtod. & num. foll. conſtat foliis 16. *Aud.* p. 342. ad an. 1498. recenſuit.

283. *Stephani Thegliatij Archiepiſcopi Patracenſis* ꝛ *Epiſcopi Torcellani Oratio de paſſione domini habita — in die Paſſionis xx. menſis Aprilis Rome. M. cccc. xcij.* 4. Charact. goth. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. terminatur folio 11. recto linea 26. *Aud.* p. 308. ad an. 1492. recenſuit.

284. *T. Paedri Ingheramii Volaterrani Panægyricus in memoriam diui Thomæ Aquinat. Senatui apoſtolico ad Mineruæ Dictus.* 4. Charact. rom. eleg. Stephani Planck. ſine cuſtod. & num. foll. cum ſignat. a. b. Præit folio 1. verſo Epiſtola dedic. auctoris ad Bernardinum Caruagial, Cardinalem. Terminatur oratio folio 14. verſo linea 23. Subiecta eſt vox: *Dixi.* Conf. *Aud.* p. 432. & p. 462. Priori loco per errorem folia numerantur XVIII. (18) Non ſunt autem niſi 14. ut dixi.

285. *Martini de Viana — Oro* (Oratio) *habita apud Mineruā Corā Sacro collegio Rmoꝝ Cardinaliū in feſto Diui Thome de aquino Anno dñi M. cccc. xcvi.* 4. Charact. roman. rudior Steph. Planck, quo impreſſa eſt epiſtola dedic. operis præced. ſine ſignat. cuſtod. num. foll. terminatur folio 6. verſo linea 39. *Aud.* p. 337.

286. *Timothei de totis de Mutina Oratio de funere Reuerendi patris ac excellentiſſimi doctoris magiſtri Ludouici de ferraria totius ordinis predicatorū procuratoris digniſſimi.* 4. Præit epiſtola dedic. ad Joannem Batiſtam (ſine alio cognomine) Datarium pontific. folio 1. verſo. Charact. major Stephani Planck, vel Eucharii Silber. Terminatur folio 4. verſo linea 25. Non habet *Audiffredi.*

287. *Reuerendiſſimi — Leonelli Epiſcopi Cōcordieñ. Oratio: habita Romę — in funere ſe. re. domini Innocētii pape. viii. — die. xxviii. menſis Julii. Mcccc. xcii. Aplica ſede vacāte.* 4. Charact. rom. Silberi minus eleg. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. terminatur folio 4. recto linea 12. *Aud.* p. 308.

288. *Habes hic finem orationis que ſermoni* (ſic) *aggreſſa eſt humili conturbatoqȝ animo in funere Reuerendiſſimi Card. Spoletani.* 4. Hæc ad calcem leguntur folii 6. verſi orationis incipientis ſine titulo ullo a Themate: *Nolite flere ſuper me ſed ſuper uos ſtete & ſuper filios ueſtros.* Charact. roman. idem qui operis præced. Non habet *Audiffredi.*

289. *Oratio pro capeſſenda expeditione contra infideles: habita iuſſu — Innocentii — pape. VIII. per Reuerendū patrem dominum Petrum de Vicentia Epiſcopū Cæſenatenſem — Anno — M. ccccxc. In die Annunctiationis* (ſic) *Beate Virginis:* &c. 4. Charact. rom. eleg. Eucharii Silber, ſine cuſtod. ſignat. num. foll. Terminatur folio 12. verſo linea 21. Huic ſubſcriptum eſt: *Laus. Deo. Aud.* p. 294. ad ann. 1490.

290. *Repertorium ſiue tabula notabiliū queſtionuȝ articuloꝝ: dictorum. et de omnibus his que ex copioſiſſime dictis doctorū ſignanter — Nicolai archiepiſcopi panor-*

NB. Opera 5. ſequentia etiam *Braun* P. II. p. 63. n. CxxxvIII. recenſet. De typographo autem & loco impreſſionis æque parum, ac ego, quidquam audet adfirmare.

391. *Caſus longi ſuper. ff. Ueteri.* Fol. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. inde a fol. 2. quod numerum habet I — XCVI. ſine cuſtod. Folii hujus columna 2. *Finiunt caſus dn̄i Uiuiani ſuper. ff. veteri.* Accedit tabula in columna prima folii ſeq. terminata.

392. *Caſus longi ſuper. ff. Nouo.* Fol. Character. gothic. idem qui præced. cum ſignat. & num. foll. I — XCVIII. Folii hujus col. 2: *Finiunt caſus longi dn̄i Franciſci accurſii ſup̱ ff. nouo.* Accedit tabula in columna prima folii ſeq. terminata.

393. *Caſus longi* (Tribuuntur Uiuiano) *ſuper Codice.* Fol. Charact. goth. idem, qui præced. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Columna 2. *Caſus longi Codicis finiūt feliciter.* Accedit tabula folio 94. col. 2. terminata.

394. *Caſus*

394. *Caſus longi* (Tribuuntur Viviano) *ſuper Infortiato.* Fol. Charact. goth. idem, qui præced. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Ad calcem col. 4. folii CLXXVIII. *Finiūt caſus in terminis ſup toto infortiato.*

395. *Caſus longi ſuper Inſtitutis.* Fol. Charact. idem, qui præced. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio LII. Col. 2. *Caſus in terminis ſup inſtitut. finiūt feliciter.* Folium verſum tabulam continet.

396. *Illuſtris medici Jacobi forliuienſis in afforiſmos ypo. egregia expoſitio cum queſtionibus feliciter incipiunt.* fol. Poſt verba recitata mox incipit aphoriſmus primus cum ſubjuncto commentario. Aphoriſmi magno & eleganti, commentaria admodum minuto utroque gothico, impreſſa ſunt Charactere. Deſiderantur initiales litteræ, cuſtodes, & numeri foll. Adſunt ſignaturæ. Folio 11. ſexternionis p. columna 4: *Jacobi forliuienſis in afforiſſmos* (ſic) *hypocratis expoſitio et queſtiones feliciter expliciunt. amen.* Folium 12. hujus ſexternionis, abs dubio vacuum, deeſt. Videntur non niſi commentaria in aphoriſmorum particulas 1. 2. 4. 5. & 6. eſſe Jacobi forliuienſis. Nam commentaria In particulam 3tiam expreſſe tribuuntur Marſilio de ſancta Sophia: habent hæc quoque ſignaturas peculiares A — F: commentaria vero in 2. præcedentes particulas ſignata ſunt a — h. & commentaria in 3. ſequentes 4. 5. & 6. ſignaturas habent k — p. Demum in commentariis in particulam 7. continuantur ſignaturæ particulæ tertiæ nempe a G majuſculo usque ad K majuſc. Folio 5. ternionis K columna 4. ſubſcriptum legitur: *Soli laus deo.* Videtur hæc editio antiquior illa anni 1484. recenſita Faſc. III. p. 19. Impreſſa abs dubio in Italia eſt. Sed ubi?

397. *Petri de creſcentiis Ciuis Bononieñ. in commodū ruralium cum figuris libri duodecim.* Fol. min. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio Cliij. columna 4. ſubſcriptum legitur: *Gloria deo.* Accedit regiſtrum 3. foliorum, & dimidii. Editio, ut videtur, a nemine deſcripta.

398. Pandectarum Libri 39 — 50. ſeu Digeſtum novum cum gloſſa. Fol. magn. Character tam textus, quam gloſſæ gothicus eſt. Et ille quidem major magnam habet ſimilitudinem cum charactere, quo in officina Fauſti, & Schoyfferi moguntina impreſſa ſunt Biblia latina an. 1462. recenſita Faſc. I. p. 1. & 2. & anno 1468. textus Inſtitutionum Juſtiniani Imp. Faſc. I. p. 9. Eſt tamen ab eo diverſus, videnturque litteræ non nihil maiores. Ceterum deſunt titulus, cuſtodes, ſignaturæ, initiales litteræ in textu, inſcriptiones, & numeri foliorum. Conſtat volumen foliis 408. Ultimi prima pagina regiſtrum Chartarum exhibet. Subſcriptio in fine nulla habetur. Folio 166. recto *Domini Juſtiniani — pandectarū explicit lib'. xliij. de exceptionibus* &c. Folio 365. columna 3. *explicit liber. xlix. īcipit.* &c. Charta eſt ſolidiſſima. Signa chartarii varia ſunt. Frequentiſſime occurrunt Caput bovis variæ magnitudinis; & inter cornua quidem minoris ſtilus exurgit in ſtellam deſinens: & littera D, quam ſtilus ſecat. Editio hæc. ſi non ante annum 1470. certe non multo poſt lucem aſpexiſſe videtur obſtetricante typographo, qui in Fauſti officina artem hanc didicit. Sed a nemine adcuratius deſcripta eſt. Forte

eadem

eadem eſt, quam excitavit *Denis Suppl.* p. 553. ſub Num. 4795. ex tribus Bibliothecis.

399. *Sermones Meffreth. – Pars hiemalis*: Pars — *de Sanctis.* — *de tēpore pars Eſtiualis.* Fol. min. Voll. III. Charact. goth.. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. Foll. Fol. 6. col. 1. quaternionis *ı*: *Finit pars hyemalis huius operis.* Sequitur tabula foll. 12. Folio 1. columna 2. ternionis §. *Finit pars de ſanctis.* Folia reliqua hujus ternionis tabula occupat. Pars æſtivalis terminatur ſine ſubſcriptione folio 8. col. 3. quaternionis GG. Accedit Tabula foll. 17. *Helm.* P. II. p. 105. ſeqq. n. 223 — 225.

400. Thucididis Hiſtoriarum libri octo ex græco in latinum verſi per Laurentium Vallam cum ejusdem epiſtola dedicatoria ad Nicolaum V. quæ folium primum occupat. Fol. Charact. rom. cum ſignat. a — r ſine cuſtod. num. foll. & litteris initial. Folio 5. recto quaternionis r: *Thucydidis Atheniensis Hiſtorici Graviſſimi Liber Octauus Et Vltimus Finit. Laus Deo.* Folio eodem verſo Bartholom. Parthenii ad Franc. Thronum Veneti exercitus proviſorem epiſtola, folio autem ſequenti Thucididis vita ab eodem Parthenio ex Marcellino græco latine reddita legitur. Folium 7. verſum ejusdem quaternionis exhibet regiſtrum chartarum. Videtur inſinuata editio apud *Harw.* pag. 33.

401. **Der beſchloſſen gart des roſenkrācʒ marie.** Fol. Charact. germ. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Inſunt multæ figuræ ligno inciſæ. Terminatur opus folio CCCij. (302.) columna 2, linea 29. ſine ſubſcriptione. Conf. *Panzer Ann.* p. 22.

402. *Manipulus curatorū officia ſacerdotū ſm ordineʒ ſeptē ſacramētorū perbreuiter complectens.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — p. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur col. 2. folii 5. ternionis p. ubi caſus epiſcopales adjecti ſunt ſex verſibus comprehenſi. Videtur ignota editio. Poſt folium primum, quod titulum continet, ſequitur tabula 2. foliorum.

303. *Manuale parrochialium* (ſic) *Sacerdotum.* in 4. Charact. goth. ſine ſignat. cuſtod. & num. foll. Terminatur folio 17. verſo, linea 17. Subſcriptionis loco adjectum legitur:

*Iſti caſus ſeruandi ſunt pape*
*Ad papam clerum feriens falſarius vrens.*
*Eccleſiā. ſimon audēs celebrare ligatus.*

Videtur ignota editio.

404. *Autoritates Ariſtotelis Senece Boecii Platonis Apuleii Affricani. Porphirii & Gilberti porritani.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. & inde a folio 4. numeris foll. ſine cuſtod. Præmiſſa ſunt tabula, & prologus. Auctoritates incipiunt folio 3. verſo: terminantur vero folio LV. itidem verſo hac ſubſcriptione: *Finiuntur autoritates.* Habet *Braun* P. II. p. 61.

405. Albertus M. (verius Henricus de Saxonia) de Secretis mulierum. in 4. Præit Icon Alberti M. cum 3. diſcipulis. Charact. goth. cum

 ſignat.

ſignat. a – f. ſine cuſtod. & num. foll. Conſtat foliis 33. ultimo verſo eſt *Finis huius Tractatuli venerabilis Alberti magni.* Videtur ignota editio.

406. Johannis de Platea in libros Codicis X. XI. & XII. commentarius. Fol. maj. Charact. goth. cum ſignat. a – x. ſine titulo, cuſtod. & num. foll. Folio 8. quatern. x. *Sacratiſſimarum legū famoſiſſimi interpretis atq3 doctoris eximii Domini Jo. de platea ſuper Tribus libris iuſtiniani Codicis lectura optatiſſima Feliciter explicit.* Accedit Repertorium foliorum 21, quae ſignata ſunt y. ʒ. 2.

407. Decretalium Gregorii IX. Libri V. cum Gloſſa. fol. magn. Charact. goth. cum ſignat. ſin. cuſtod. & num foll. Liber Tercius incipit folio 4. col. 2. quaternionis f. quartus vero deſinit folio 1. col. 4. quaternionis aa. Folio 6. verſo quaternionis ii. *Noua decretalium compilatio Gregorii. ix. finit feliciter.* Forte eadem eſt editio, quam paucis indicauit *Denis Suppl.* p. 758. n. 5053. & *Weisl.* in Cat. p. 97. ubi exemplar memoratur in fine adſcriptum habens annum 1483. ad quod tempus omnino referenda haec editio videtur.

408. *Mirabile opuſculū ſancti vincentii ordinis predicat4 de fine mūdi.* &c. 4. Charact. goth. ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. conſtat foliis 11. impreſſis. Ultimo verſo *Explicit ſermo ſancti vincentii ordinis predicatorum de fine mūdi: canoniſati Anno domini. M. cccc. lxxxiij.* Videtur eodem, vel certe non diu poſt hunc annum haec facta fuiſſe editio, & eſſe incognita.

409. *Poſtilla Guillermi Super epiſtolas et euangelia de tempore et ſanctiſ et pro defunctis.* Fol. min. Charact. luculent. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. & initialibus litteris. Folio 63. columna 4. *Explicit poſtilla ſuper epſas.* Folio autem 153. col. 2. *Poſtilla ſuper euāgelia — Explicit.* In expoſitione evangelii de communi virginum mora temporis (Conf. Faſc. I. pag. 170. & 171.) duraſſe dicitur *mille q̄dringētos et lxxxiij. annos.* Nec videtur editio hoc anno poſterior, & eſſe incognita.

410. *Preceptorium Johannis Nider.* Fol. Præit tabula foll. 17. Charact. idem, qui operis præcedent. ſine cuſtod. ſignat. num. foll. & initial. litteris. Exemplar mutilum terminatur verbis ex Cap. XII. expoſitionis in præceptum Decalogi decimum deſumptis, quæ ultimam efficiunt lineam columnæ 4. folii apud nos ultimi: *ſi ſacietas. ſatiabimur cu3 apparuerit gl'ia.*

411. *Textus paſſionis chriſti ſm̄ quattuor euāgeliſtas in vnā collectus hiſtoriam cū ſermōe dominico. Itē articuli paſſiōis cū theorematibus et documentis fratris Jordanis* (de Quedlinburg, alias etiam de Saxonia) *ordinis heremitarum ſancti Auguſtini.* in 4. Charact. goth. luculent. & elegans, cum ſignat. A. B. item a – i. ſine cuſtodibus & num. foll. Textus cum titulo recitato folia 14, ſignata A. B. tractatus cum theorematibus &c. folia reliqua occupat. In columna prima folii 7. quaternionis i: *Explicit expoſitio dn̄ice paſſiōis* &c. Conf. *Weisl. Cat.* p. 119. ubi exemplar excitatur annum 1496. adſcriptum habens: *Zapf Cat.* p. XV. *Denis Suppl.* p. 593.

412. *Collectura inſignis dua4 paſſionum* (expoſitionum duarum paſſionis) *domini noſtri iheſu xp̄i quorundam diuini verbi diſertiſſimorum p̄dicatorum ex qua-*

*tuor*

*tuor ewāngeliorum ꝯcordanciis* &c. 4. Charaſt. goth. medius cum ſignat. a — h. item I. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur expoſitio altera fol. 7. verſo ternionis I. ſine ulla ſubſcriptione. Folium oſtavum vacuum eſt. Quatuor ejusmodi opuſculorum collectionem excitavit *Denis Suppl.* p. 414. & 415. Argentinæ 1496. quorum primum eſt Joh. Kannemann Ord. min., alterum Guilielmi Textoris, tertium Anſelmi dialogus de paſſione, quartum Bernardi tractatus de Planctu B. M. V. Videtur noſtra editio anno 1496. anterior, utpote minus completa.

413. *Pars Eſtiualis Sermonum Meffreth al's Hortulus regine.* Fol. Charaſt. goth. cum ſignat. aa — ꝫꝫ. & Aa — Ff. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem columnæ 4. quinternionis Ff. *Pars Eſtiualis ſermonū Meffreth finit feliciter.* His manus antiqui ut videtur, poſſeſſoris adſcripſit 1498. *vj yd9 octobris.* Accedit tabula alphabetica foliorum 16. quæ ſignata ſunt Gg. Hh. Neſcio cujus editionis pars hæc ſit. Plures enim horum ſermonum dantur editiones ſine loco & anno.

414. *Expoſitio In pſalterium Reuerēdiſſimi. Do. Joānis hiſpāi de Turre Cremata.* 8. Charaſt. goth. cum ſignat. A — y. num. foll. & cuſtod. Folio clxxvi. recto: *Explicit laudabilis cōpēdioſa ac ꝑutilis expoſitio ſup pſalterium* &c. &c. Ibidem accedit *Regiſtrum*, ſc. — A — y. *Omnes iſti ſunt quaterni.* Videtur ignota editio. Sed forte initio Sæculi XVI. facta eſt.

415. *Franciſci Philelphi Epiſtolarum Liber Primus* (hæc in fronte folii primi: ſequuntur autem 15. alii Epiſtolarum libri) in 4. Charaſt. rom. medius elegans, cum ſignat. a — ʒ. & A — L. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur folio recto 10. quinternionis L. ubi ſubſcripta legitur ſola vox: τιλος. Conſtat univerſim hæc editio foliis 269. Conf. *Helm.* P. II. p. 85.

416. *Sermones parati* (anonymi, ſic dicti forte, quod Sermo I. incipiat a voce Paratus) *de tempore et de ſanctis.* in 4. Charaſt. goth. typographi forte cujusdam argentoratenſis, ſine cuſtod. & num. foll. cum ſignat. a — ʒ, & A — R. *Paratus continens ſermones de tempore — finit | feliciter* folio 6. columna 2. ternionis D. *Paratus — de ſanctis — finit feliciter* folio 8. quaternionis R. Videtur ignota editio.

417. *Therencius* (ſic) *poeta cum comento donati grammatici.* in 4. Charaſt. goth. in textu ipſo ſatis luculentus, in comment. admodum minutus, cum ſignat. A — Ȝ. & a — ſ. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur folio 6. verſo ternionis ſ. Subſcripta eſt ſola vox: *Finis.* Videtur ignota editio, vel certe a nemine adcuratius deſcripta.

418. *Synonoma magiſtri Joannis de Garlandria.* (cum commentario) 4. Charaſt. goth. cum ſignat. a — o. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur opus folio 8. recto linea 24. Subſcriptum ibidem legitur: *Et ſic eſt finis ſit laus et gloria trinis.* Eſt diverſa editio ab ea, quam habet *Braun* P. II. p. 56. & videtur eſſe ignota.

419. *Verſor ſuper donato.* 4. Charact. goth. cum ſignat. a — o. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem folii verſi 3 duernionis o: *Octo ptium orationis reſolutio luculentiſſima: p mgrm iohannez verſoris edita. feliciter finit.* Videtur ignota editio.

420. *Annei Senece moraliſſimi ad Lucillum Epiſtolarũ Opus* &c. in 4. Charact. goth. oblongus minus pinguis, cum cuſtod. & num. foll. ſine ſignat. Conſtat foliis numeratis LXXV. Præeunt autem folia non numerata quatuor, quibus titulus ſpecialis, & vita Senecæ, ab Hermanno Buſchio ſcripta continetur. Buſchius initio hujus biographiæ teſtatur ſe hanc vitam ſcripſiſſe rogatum *a magiſtro Cornelio* (ſine cognomine) *Zyrickzeẽſe* (Turicenſe puto) *accuratiſſimo libro4 Excuſore.*, ſed feſtinanter ſic poſcentibus Chalcographis. Quis iſte *Cornelius* fuerit, mihi ignotum eſt: ſed admodum probabile Turecenſem fuiſſe Typographum exeunte Saeculo xv. clarum. Hæc folia 4. deeſſe debent in exemplari, quod deſcripſit Cl. *Braun* P. II. p. 56. Nihil Certe de his habet. Folium 5, Continens nouum Titulum, a Braunio excitatum, cum Epitaphio Seneccae pariter numero caret. Hoc; et duo poſtrema, quibus Tabula Continetur, ſi foliis numeratis 75. addantur, prodit numerus foliorum 78. a Braunio indicatus. Revera autem editio, adnumeratis 4 foliis prioribus, conſtat foliis 82.

421. *Iuuẽcus preſbyter immenſam euãgelice legis maieſtatẽ heroicis verſibus ↄcludens.* His immediate ſubiuncta ſunt variorum de Iuvenco teſtimonia, et elogia, primum folium fere integrum occupantia, & minutiſſimo Charactere impreſſa. in 4. Charact. goth. in ipſo opere idem qui operis praecedentis. Hinc ex eadem Typographia prodiiſſe, videtur. cum ſignatur. A — L. ſine cuſtodibus, & num. foll. Folio verſo 3 duernionis L. eſt *Finis.* Quartum vacuum eſt. Videtur eadem editio, quam excitavit *Denis Suppl.* p. 596.

422. *Modus. Vacandi. Et. Acceptandi. Beneficiorum.* Hæc tantum folio 1. recto leguntur impreſſa charactere capitali. in 4. Charact. romanus typographi forte cuiusdam romani. Folio 4. verſo poſt lineam 10. *Explicit modus acceptandi* ſc. Beneficia. Non habet *Audiffredi*, nec alius Bibliographus: vix tamen dubitandum videtur, quin ſit Sæculi XV.

423. *Libellus hic forma breuis — Tres complectitur breuiores. tractatulos. Primus enim a — Wernero de laer crucifixe carthuſie prope muros agrippine colonie profeſſore — Regulam et modum viuendi continet ſecularium canonicorum Ac generaliter omniũ ſacerdotũ atqȝ clericorum — Sedus vero iuxta numerũ ſeptẽ dierũ ebdomate totidẽ modos formãdi ſalutares meditationes — comprehendit — Tercius vero eccleſiaſticã libertatem contra potentum quorundam laycorum tirannidem — ſub forma dyalogi propugnat atqȝ defẽſat. Lege feliciter.* in 4. Titulum recitatum folio 1. recto legere eſt: folio eodem verſo tractatus primus incipit, qui, ut reliqui duo charactere gothico eſt impreſſus ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. Subſcriptionis loco ad calcem folii verſi 32. legitur:

*Omnia conſilio prius experire. q̃ armis.*

Videtur ignota editio, & ad ſæculum XV. pertinere.

424. *Via-*

424. *Viatorium utriuſque iuris.* Auctore Joh. Berberio ex oppido Yſſengach diſtrictus Vallavienſis, Juris Profeſſore. in 8. Charact. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur folio 10. columm. 2. linea 14. quinternionis F. ubi tantum ſubſcriptæ leguntur voces: *Finis eſt*: *laus deo*. Dubito, an editio a *Denis Suppl.* p. 509. indicata eadem ſit cum noſtra. Prologus in noſtra inſcribitur: *Prolugus.*

425. *Malleus maleficarum.* Auctoribus Jacobo Sprenger, & Henrico Inſtitoris, ord. Præd. in 8. Præit apologia operis a Jacobo Sprenger concinnata. Sequuntur Bulla Innocentii VII. adverſus hæreſin maleficarum anno 1404. *non Decembris* edita, & approbatio operis a Theologis Colonienſibus facta. Charact. goth. cum ſignat. a — ʒ. & A — P. ſine cuſtod. & num. foll. Terminatur folio verſo 303. Ad hujus calcem legitur: *Sit laus d'o exterminii hereſis. Pax. viuis. reqes eterna defunctis. Amen.* quæ verba tribus lineis continentur. Videtur ad ultimum Sæculi XV. decennium pertinere hæc editio, quae rariſſima eſt. Conf. *Lengn. B.* 1. Thl. p. 34. ſeqq. ubi fuſe tum de opere ipſo, cum de hac editione diſſeritur.

426. *Statuta innouata recepta et de nouo edita in ſinodo celebrata p reuerendum in criſto patrem et dñm ſixtum epiſcopum eccleſie friſingeñ. friſinge diebus mercurii et iouis poſt dominicam Miſericordias domini. Anno dñi Mileſimo* (ſic) *quadringenteſimo octogeſimo.* in Fol. Charact. goth. ſine cuſtod. ſignat. & num. foll. Terminantur folio impreſſo 18; eoque verſo, linea 13. ſine ulla ſubſcriptione. Videntur mihi hæc ſtatuta eodem, quo condita ſunt, anno impreſſa, aut certe non diu poſt hunc annum.

427. *Tractatus Anſhelmi in queſtionibus Cur deus homo.* 4. Charact. goth. cum ſignat. a — e. ſine cuſtoſt. & num. foll. Ad calcem verſi folii 6. ternionis e legitur: *Explicit tractatus Anſhelmi in queſtionibus Cur deus homo.* Conf. *Braun* P. III. pag. 48.

428. *Oratio queruloſa contra Inuaſores Sacerdotum.* in 4. Charact. goth. Eſt octo foliorum, quorum primum non niſi titulum, poſtremum vero non niſi novem lineas complectitur. Eſt ergo editio diverſa ab ambabus, quarum unam Faſciculo II. p. 161. & 162. alteram ſupra N. 341. recenſui.

429. *Stilus Romane curie incipit.* in 4. Charact. roman. ſine cuſtod. & num. foll. conſtat foliis impreſſis 11. Ad calcem ultimi verſi *Finitum eſt preſens opuſculum.*

430. *Penitentiarius de ꝯfeſſ* } 
*Ieſuida hieronymi d' paſſ* } *ione*
*Lactantius de reſurrect* }

Hic titulus eſt trium opuſculorum metricorum in 4.

Tria hæc opuſcula eodem charactere, gothico nimirum non ineleganti, impreſſa ſunt. Editor non ſolum in exteriori margine argumenta adnotavit, verum etiam explicationes verborum interlineares adjecit. Primum opuſculum

lum in pagina prima ſexti, ſecundum in averſa decimi ſeptimi; tertium denique in prima vigeſimi folii pagina terminatur. Singulis ſubſcripta legitur vox *Finis*, & nihil aliud. Chartæ literis a — d ſignatæ ſunt. Literas etiam initiales typographus adjecit: cuſtodes vero, foliorum numeri, & inſcriptiones paginarum deſunt. Videntur hæc opuſcula ad ultimum Sæculi XV. decennium referri poſſe.

# NOVA ADPENDIX.

## ANNO 1482.

Gabrielis Zerbi, Veronenſis, Quæſtionum metaphyſicarum Libri duodecim. in Fol. Charact. goth. column. 2. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. In prima pagina folii 12. ſexternionis gg legitur: *Impreſſum Bononie per Johānem de Nordlingen: et Henricum de harlem ſocios. Anno ſalutis. M. cccc.* lxxxij. *Klis decemb. ſedente Sixto iiij. poñt. Max. Anno eius duodecimo.* Accedit tractatus de pluralitate diſtinctionum, qui una cum indice quœſtionum & regiſtro chartàrum foliis quatuordecim continetur. Inſinuavit editionem *Orlandi* pag. 111.

## ANNO 1485.

*Opuſculum repertorii pronoſticon in mutationes aeris tam via aſtrologica, q3 metheorologica vti ſapiẽtes experientia comperientes voluerunt pq3 vtiliſſime ordinatū incipit ſidere felici ⁊ primo prohemiū.* in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — f. & num. foll. ſine cuſtod. Folio verſo 45. finit hoc opus. Accedit autem *Hypocratis libellus de medicorū aſtrologia — a Petro de abbano in latinū traductus*, idemque terminatus folio recto 49. *Impreſſus eſt arte ac diligentia mira Erhardi Ratdolt — Johanne Mocenigo duce Uenetorū: Anno* — 1485. *Uenetiis.* Conf. *Zapf. Aug.* p. 166. *Gem.* p. 147.

Orlandini Rudulphinii de Paſſageriis Artis notariæ Summa. in 4. Præit index paginarum ſeptem. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſto. Folio 92. columna 2. *Impreſſu3 per Bernardinum de Benaliis Bergomenſem.* 1485. *vltima die mẽſis Nouembris.* Conf. *Denis Suppl.* p. 204.

ANNO

## ANNO 1486.

Ludovici Bolognini J. C. commentaria in Decretales. Fol. Charaſt. goth. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. terminantur folio 8. verſo columna 2. quaternionis ſ. Accedunt autem 1) Tabula, quæ 14. conſtat foliis & hæc habet ſubſcripta: *Impreſſū boñ. p Ugonē rugeriū.* 2) Adnotatio errorum a correctore admiſſorum cum regiſtro chartarum. Hæc folio uno, & dimidio impreſſa ſunt. Folio primo totius operis, eoque verſo poſt diſticha undecim in laudem operis a typographo compoſita ſequens legitur ſubſcriptio: *Idem Ugo Rugerius bononie impreſſor Anno a natiuitate Saluatoris noſtri. Mccccłxxxvi. die. x. Januarii.*

## ANNO 1489.

Orlandini de Paſſageriis Flos teſtamentorum cum additionibus Petri de Vnczola, & Jo. Bapt. Guarini, cujus præfixa eſt epiſtola dedicatoria ad Collegium Notariorum Brixienſe. in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — e. ſine cuſtod. & num. foll. Folio verſo 9. quinternionis e. *Magiſtri Rolandini bononienſis — florē teſto4 cū additionibus. d. petri de vnczola: ⁊ d. Bapt. de guarinis Joānes hamā dictus Hertczog ſolita diligentia Venetiis Impſſit. Anno dñi.* 1489. Accedunt Rubricæ. Videtur ignota editio.

## ANNO 1490.

*Incipit nobiliſſimus & utiliſſimus apparatus notularum famoſiſſimi legum doctoris domini Petri de Vnzola de Bononia.* Fol. Charact. roman. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Folio 2. verſo columna 4. duernionis x eſt: *Finis. Impreſſum uincentie per Magiſtrum henrichum* (ſic) *de ſancto Vrſio die. xiii. menſis ianuarii. M. ccccłxxxx.* Accedunt tabula, & regiſtrum Chartarum uno folio comprehenſa.

## ANNO 1491.

*Queſtiones magiſtri Iohannis verſoris ſuper libros ethicorum Areſtotelis et textus eiuſdem. cum ſingulari diligentia correcte.* fol. min. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. ſine cuſtod. Folio verſo Cxxii. *Expliciunt queſtiones — Impreſſe p Henricu3 Quentel. Ciuem alme Ciuitatis colonienſis. Anno domini Milleſimo cccc xci.* ⁊c. Accedit *Tabula quaeſtionum.* Conf. *Braun* P. II. pag. 219.

## ANNO 1492.

*Libri politico4 Areſtotelis cum ɔmento multū utili — Iohannis verſoris.* &c. fol. min. Charact. goth. cum ſignat. & num. foll. Folio verſo cxxiii. *Que-*

*ſtiones*

*ſtiones — Iohãnis verſoris ſup octo libros politico4 — impreſſe in alma ciuitate Colonienſi per Henricum Quentell Anno — M. ccccxcii. octauo; ydus Martii ſeliciter finem habent.*

## ANNO 1495.

*Comentaria* (ſic) *utiliſſima* (Alberti de Brudſeuvo) *in Theoricis* (Theoriam) *planetarum.* (Georgii Beurbachii) in 4. Charact. goth. cum ſignat. a — g. ſine cuſtod. & num. foll. Editionem hanc *Iohãnes Otto germãus de valle vracenſe Magnifico Ambroſio Roſato ducali phyſico et Conſiliario ſapiẽtiſſimo Roſati dño* dedicavit. Folio verſo 8. quaternionis I: *Impreſſum arte Ulderici Scinzenzeler Anno xp̄i.* 1495. *Tertio kalẽdas april. Mediol.* ani. Accedunt 5 diſtycha. Habet *Denis Suppl.* pag. 396.

## ANNO 1496.

*Sermones* (quorum primus incipit a textu: Paratus eſt iudicare uiuos & mortuos I. Petri cap. IV. Unde etiam adpellatio) *Parati de tempore et ſanctis.* in fol. min. Charact. goth. columnæ 2. cum ſignat. a — x ſine cuſtod. & num. foll. Folio verſo 5. ternionis x. columna 4. *Sermones — per Anthoniũ Koberger Nurnberge impreſſi finiũt feliciter Anno ſalutis. M. ccccxcvi. die xxiii. mẽſis decẽbris.* Conf. *Panzer* N. pag. 145.

## ANNO 1499.

*Sermones funebres magiſtri Iohannis de ſancto Geminiano cũ duplici tabula eorũdem.* in 4. Charact. goth. minut. cum ſignat. ſine cuſtod. & num. foll. Ad calcem ſermonis VII. col. II. *Impreſſum eſt preſens opus Lugduni cura et expẽſis M. Iohãnis clein alemãno* (ſic) *artis ĩpreſſorie diligentiſſimo Anno noſtre ſalutis. M. cccc. xcix. die. xi. Maij.* Subjecta ſunt typographi inſignia *Orlandi* pag. 181. hanc eandem editionem deſignare videtur: ſed ad annum 1489. per errorem retulit.

INDEX

# INDEX I.

## …PHABETICUS TYPOGRAPHORUM.

Numerus rom. Faſciculum, Arabicus paginam deſignat.

### A.


…tti li Berhardinus & Matthæus Ve-
Venetiis. IV. 103.
v. Manutius.
…s. v. Laur. Aleman.
…ranciſci Laur. de Florentiæ. IV. 54.
24.
…ch Joh. Baſileæ. III. 164. IV. 12.
…1. 35. 46. 72. 84. 88. 126. 134.
…mus Hieron. Reginus de Cruce Piſis.
119.
… de Bonetis. v. Bonettis.
… *Papienſis.* Venetiis. III. 8. 20.
…lus. v. Moneta.
…us. V. Silber.
…ne Gregor. Venetiis. IV. 23. 49.
…6. 70. 118.
…s *Colonienſ.* IV. 32. 63.


### B.


…ttfridus Antwerpiæ. IV. 123.
…us Marc. Ant. de. IV. 89.
…bus Ant. de Venetiis. III. 35. 40.
Joan. III. 1. 20.
…tis Nicol. de. Thaurini. IV. 24. 93.
…tis Plato de. Bononiæ. III. 102. 150.
IV. 34. 46. 53.
…s Bernhardinus. Venetiis. III. 33.
174. IV. 14. 35. 67. 76. 81. 92.
118. 158.
…m Joan. de Olpe. Baſileæ. IV. 84.
…5. 97. 97.
…enſis Petrus. Venetiis. IV. 5. 95.
…is Dominicus de Venet. III. 69.
…s Dyonyſ. Venet. III. 16. 170. IV.
…. 89. 114.
… Joan. Romæ. IV. 136. 137.
*Bevilaqua* Simon. Venetiis. IV. 44. 60. 64.
66. 67. 85. 86. 99. 99. 113. 121.
*Blavis* Thomas de. Venetiis. IV. 10.
*Blaubirer* Joan. Auguſt. III. 53.
*Birretis* Anton de. Papiæ. III. 93. 118.
IV. 18. 28.
*Biſſolus* Joan. Mediol. IV. 111.
*Bættiger*, vel *Botiuher* Gregor. Lipſiæ. III.
176. IV. 40. 41.
*Bonetis* Andreas Papienſ. de. Venetiis. III.
8. 8. 25. 48. 71. IV. 121.
*Bonetus.* v. Locatellus.
*Boninus de Boninis* Brixiæ. III. 50. IV. 22.
*Bopardia* Conrad. de. Coloniæ. III. 68.
*Boſcho* Andreas de. Papiæ IV. 78.
*Bottoni* Laur. & Bartholom. Regii III. 4.
*Brandis* Mauritius. Lipſiæ. III. 122. 123.
IV. 127. 128.
*Breda* Jacob. de in Daventria. IV. 13. 96.
*Britanicus* Jacob. Brixiæ. III. 31. 46. 49.
IV. 16. 77. 118.


### C.


*Cæſar* Parmenſ. Cremonæ. IV. 27.
*Calabriis* Andreas de. Venetiis. III. 26.
70. 114.
*Canibus* Chriſtoph. de. Papiæ. III. 41. 48.
172. IV. 19. 23. 64. 75. 120. 139.
*Canozius* Laur. Patavii. IV. 134.
*Capraſam* Matthæus. Parmæ. IV. 54.
*Carchano* Anton. de. Papiæ. III. 19. 31. 31.
105. IV. 40. 45. 48. 56. 94. 125.
*Caſſe* Joan. Viennæ. III. 55.
*Caſtro* Andreas de. Ferrariæ. IV. 37.
*Cerdon* Matthæus de Windiſchgretz. Paduæ.
III. 6. 7. 29. IV. 120.
*Ceretto* Joan. de. Venetiis. IV. 48. 53. 60. 99.
*Chalcondilus* Joan. Mediolani. IV. 111.

*Choris* Bernhard. de. Venetiis. III. 127. IV. 20. 25.
*Clein* Joan. Lugduni. IV. 98. 160.
*Colonia* Arnoldus de. Lipſiæ. IV. 32. 63.
*Colonia* Henricus de. Senis. III. 116. 117.
*Colonia* Joan. de. III. 177.
*Comenſis* Aloyſius. Papiæ. IV. 92.
*Cretenſis* Alexander ex Candia Venetiis. III. 58.
*Creuſner* Frideric. Norimbergæ IV. 4. 25. 122.

D.

*Damianus* de Mediolano. Venetiis. IV. 35.
*Darlerius* Carolus. Cremonæ. IV. 82.
*Dauvome* Joan. Perlon. Venetiis. IV. 127.
*Dinckmut* Conrad. Ulmæ. III. 9. 11. 30. 52. 65. 104. IV. 66.
*Drach* Petrus Spiræ. III. 84. 94. 148. IV. 124. 141.
*Duderſtat* Albert. de. vide Kune.
*Durantis* Hieronym. de. Paduæ. IV. 42.

E.

*Eggeſtein* Henric. Argent. IV. 4.
*Eiſenhut* Leonhard. Baſileæ. III. 155.

F.

*Farfengus* Baptiſta. Brixiæ. IV. 80.
*Finer* Conrad. de Gerhuſen Eſslingæ. IV. 3. 132. 133.
*Flach* Martinus Argentin. III. 73. 94. 121. 147. 156. 171. IV. 8. 10. 11. 17. 22. 28. 38. 50. 58. 66. 70. 70. 74. 83. 90. 96. 97. 101. 108.
*Fontana* Benedictus. Venetiis. IV. 115.
*Fontanenſis* Joan. Jacob. de Bononia. IV. 32.
*Foroliuienſes* fratres Joan. & Gregor. Venetiis. III. 26. 36. 37. 77. 80. 94. 159. IV. 13. 17. 21. 21. 26. 94. *V. Gregoriis de.*
*Fortzen* Jacobus de. Baſileæ. IV. 109. 125.
*Franciſci* Laur. v. Alopa.
*Franck.* v. Silber.
*Francofordia* Joannes de. Venetiis. III. 161.
*Fridbergenſis* Petrus Moguntiæ. IV. 44. 50. 55. 128.
*Fridenberger* Paulus. Veronæ. III. 57.
*Froben* Joan. de Hamelburg. Baſileæ. IV. 20. 35. 45. 50.
*Froſchauer* Joan. Auguſt. IV. 66. 71. 97. 108. 109. 127. 129. 131. 137.
*Furter* Michael. Baſileæ. IV. 8. 68. 82. 83. 84. 116. 125.

G.

*Gallus* Andreas. Ferrariæ. III. 105. 131. 131.
*Gallus* Udalricus. Romæ. IV. 2. 122.
*Garaldis* Michael de. Papiæ. IV. 78.
*Georgiis* Stephanus de. Venetiis. III. 41. 48.
*Gerlis* Leonhard. de. Papiæ. IV. 53. 64. 65. 78. 94.
*Girardengus* Franc. Papiæ. III. 5. 24. 53. 118. IV. 18. 99.
*Giunta* Luc. Ant. Venetiis. IV. 104.
*Gran* Henricus. Hagenoæ. III. 137. IV. 86. 87. 90. 105.
*Graſſis* Andreas de. Ferrariæ. IV. 24.
*Gregoriis* Joan. & Gregor. de, fratres. Venetiis. IV. 21. 36. 46. 56. 56. 57. 64. 73. 75. 77. 85. 88. 92. 110. 113. *V. Foroliuienſes fr.*
*Greyff*, ſeu *Gryff* Michael. Reutlingæ. III. 60. IV. 11. 69.
*Grüninger* Joann, etiam Reynhard. Argentinæ. IV. 15. 37. 89. 101. 105. 119. 115.
*Guldinbeck* Bartholom. de Sultz. III. 185. IV. 137.
*Guldenſchaff* Joan. Coloniæ. III. 90.

H.

*Hahn.* Vide Gallus Udalr.
*Haman* de Landoja. v. Herzog.
*Hanibal* Parmenſ. Venetiis. III. 62.
*Harlem* Henricus Senis. III. 93. 115. IV. 22. 23. 42. 42. 42. 158.
*Hectoris* Benedictus. Bononiæ. IV. 41. 44. 48. 51. 73. 74. 93. 104. 105. 110. 110. 111.
*Heerſtraten* Egydius van der. Lovanii. III. 91.
*Henricus* de S. Urſo. v. Urſo.
*Heraſmius* Bernhardin. Novocom. Venetiis. IV. 19.

Herbſt

*Herbol* Joannes de Selingſtat. Venetiis. III. 11. 18. 37. 37. IV. 4.
*Herzog* Joannes de Landoja. Venetiis. IV. 16. 29. 39. 70. 76. 85. 102. 116. 116. 159.
*Higmanus* Joan. Pariſiis. IV. 72.
*Hochfeder* Caſpar. Norimbergæ. IV. 19. 35. 37. 47.
*Hopilius* Wolfg. Pariſiis. III. 162. IV. 72.
*Hufsner* Georg. Argent. IV. 104. 127. 132.
*Huſz* Matthias. Lugduni. IV. 10.

## I.

*Jenſon* Nicol. Venetiis. III. 76.
*Iſſarda* Lazarus de Salviliano. Venet. IV. 25.
*Julius* de Zerbo. v. Zerbo.

## K.

*Kachelovem* Conrad. Lipſiæ. III. 134. IV. 18. 40. 105. 129. 130.
*Kefer* Henr. Norim. IV. 2.
*Keſsler* Nicolaus. Baſileæ. III. 63. 81. 103. 140. 144. 162. 165. IV. 6. 27. 28. 32. 37. 59. 64. 125.
*Knoblochzuern* Henric. Heidelbergæ. IV. 17. 45.
*Koburger* Anton. Norimberg. III. 12. 26. 34. 39. 45. 46. 47. 49. 51. 51. 71. 74. 75. 85. 95. 99. 104. IV. 18. 22. 27. 28. 29. 36. 39. 39. 49. 50. 56. 57. 60. 68. 69. 71. 72. 72. 83. 78. 73. 132. 136. 160.
*Kœlhof* Joan. Coloniæ. III. 8. 42. 113. 124. IV. 18. 20.
*Kreuſſner* Frider. Norimb. IV. 122.
*Kune* Albertus de Duderſtat. Memingæ. III. 27. 56. 133. 134. IV. 14. 25. 109. 122.

## L.

*Lavalle* Martinus. Papiæ. III. 100. 128. 129.
*Laurentius* Alemanus Florentiæ. III. 28.
*Leonhardus* Baſilienſ. Vincentiæ. IV. 4.
*Leoviler* Joan. de Hallis. Venetiis. III. 86.
*Leucho* Jacobus de. Venetiis. IV. 68.
*Lichtenſtein* Herman. Venetiis. III. 15. 77. IV. 11. 16. 52. 95. 100.
*Liguano* Joannes de. Mediolani. III. 38.
*Locatellus* Bonetus Venetiis. III. 95. IV. 28. 34. 36. 38. 54. 56. 57. 66. 67. 72. 76. 79. 81. 82. 85. 86. 89. 89. 90. 95. 97. 99. 100. 100. 101. 101.
*Lotter* Melchior. Lipſiæ. IV. 109. 115. 116. 119.
*Luere* Simon de. Venetiis. III. 127. IV. 102. 109.

## M.

*Mangius* Bened. Mediol. IV. 111.
*Mantegatus* Philippus de. Mediol. IV. 32.
*Manthen* Joan. de Geretzem. III. 177.
*Manutius* Aldus Venetiis. IV. 57. 61. 61. 80. 87. 87. 87. 88. 92. 93. 100. 102. 111. 112. 113. 114.
*Martinus* Herbipolenſis. Lipſiæ. IV. 30. 35. 43. 120. 121. 121. 122. 123. 130. 130. 131. 131.
*Maufer* Petrus. Venet. III. 61.
*Mazalis* Franc. de Regii. IV. 101. 110.
*Meydenbach* Jacob. Mogunt. IV. 20. 59.
*Miſch.* Frideric. Mogunt. IV. 16.
*Miſchominus* Ant. Mutinæ III. 157.
*Miſintis* Bernhardinus de. Cremonæ. IV. 27. 74. 88.
*Moneta* Antonellus a. Venet. III. 3.
*Moretus* Anton. Venetiis. III. 175. IV. 82.

## N.

*Nicolai* Simon de Luca. Romæ. IV. 2.
*Nordlingen* Joannes de. Bononiæ. IV. 158.
*Novaria* Bernhardinus de. Venet. IV. 23. 27. 27. 30. 31.
*Novimagio* Renaldus de. Venet. III. 107. IV. 66. 67.

## O.

*Otinus* Papienſis. Venetiis. IV. 67. 71. 79. 81. 88. 92. 96.
*Ottmar* Joan. Reutling. III. 72. 98. 136. 143. IV. 29. 30. 99. 106.

## P.

*Pachel* Leonhard. Mediolani. IV. 9. 15. 16. 19. 21. 42. 77. ter. 78.

*Paganinus* de Paganinis. Venet. III. 92. 158. IV. 12. 15. 29. 29. 41. 102. 106. 117.
*Parvus* Joan. Pariſiis. IV. 71.
*Penſis* Chriſtoph. de, de Montello. Venet. IV. 72. 81. 105. 108.
*Peregrinus* de Paſqualibus. Venet. III. 69. IV. 20. 29. 34.
*Petit* Jehan. v. Parvus.
*Pfortzen* v. Fortzen.
*Pintius*, ſeu Philipp. de Pinzis de Caneto. Venetiis. IV. 9. 18. 23. 27. 53. 73. 73. 75. 78. 81. 88. 94. 102. 118. 118.
*Planck* Stephan. Romæ. III. 70. 150. 158. 179. 185. IV. 24. 50. 106. 127. 134. 135. 136. 137.
*Prato* Jacob. de, ſeu du Pré. Lugduni. III. 146.
*Pryſs* Joan. Argent. III. 80. 101. 113. 121. 135. IV. 34. 116. 117.

## Q.

*Quarengiis* Joan. de Bergomenſ. Venetiis. IV. 64. 115.
*Quentel* Henric. Coloniæ. IV. 8. 14. 30. 32. 37. 40. 43. 63. 65. 65. 70. 83. 86. 110. 115. 123. 159. 160.

## R.

*Ragazonibus* Theodorus de. Venetiis. IV. 7. 12. 22. 44.
*Raſinius* Bernhardinus. Novocom. IV. 120.
*Ratdolt* Erhard. Venetiis. III. 7. 20. 23. 23. 24. 28. 30. 109. 110. 124. 125. Auguſt. 129. 129. IV. 6. 7. 7. 11. 13. 14. 19. 20. 28. 40. 49. 66. 84. 112. 158.
*Reger* Joan. Ulmæ. IV. 119.
*Regienſis* Jacobus. Bononiæ. IV. 91.
*Reiſer* ſeu *Ryſer* Georg. IV. 128. 133.
*Reiſer* ſeu *Ryſer* Michael. Euſtadii. IV. 49.
*Renwich* Erhard. Mogunt. III. 66.
*Reynhard* Joan. v. Grüninger.
*Riederer* Fridericus. Priſgoiæ. IV. 34.
*Richizola* Dominic. Mutinæ. III. 157.
*Ricius* Bernhardin. v. de Novaria.
*Rivabenis* Georgius de. Venet. III. 81.
*Rovellis* Bernhardin. & Ambroſ. de fratres. Papiæ. IV. 52. 62.
*Rubeis* Laurent. de. Ferrariæ. IV. 24.
*Rubeus* Joan. Venet. IV. 33. 74. 86.
*Ruberia* Juſtinianus de. Bonon. IV. 92. 98.
*Rugeriis* Hugo de. Bonon. IV. 64. 90. 96. 97. 99. 159.
*Rügerin* Anna. Auguſt. III. 10.
*Rugerius* Galeacius. Bonon. IV. 79.

## S.

*Santritter* Joan. Lucilius. Venet. III. 106. 126. 160.
*Schauer* Joan. Auguſt. IV. 45. 80. 129.
*Schoifer* Petr. Mogunt. IV. 130.
*Schönsberger* Joan. Auguſt. III. 87. 145. IV. 53. 60. 84. 89. 90. 90. 103. 104.
*Schopffer* Joan. Monachii. IV. 123.
*Schottus* Martin. Argent. IV. 14. 104.
*Scinzenzeler* Udalric. Mediolan. IV. 33. 37. 45. 48. 50. 55. 75. 79. 91. 91. 94. 97. 100. 101. 121. 160.
*Scotus* Octavian. Venet. III. 9. IV. 13. 34.
*Selingſtat* v. Herbot.
*Senſenſchmid* Joan. Norim. IV. 2.
*Seſſa* Joan. Bapt. Venet. IV. 114.
*Siberti* Joan. Lugduni. IV. 106.
*Silber* Eucharius, alias Frank. Romæ. III. 88. 90. 147. 179. 180. IV. 26. 31. 36. 43. ſexies. 57. 98. 107. 135. 135.
*Sorg* Anton. Auguſt. III. 12. 15. 18. 83. 131. 136. 141. IV. 24.
*Spira* Joan. Emericus de. Venet. IV. 44. 63.
*Spira* Vindelin. Venet. IV. 126.
*Stagninus* v. Tridino Bernhardin. de.
*Stœckl* Wolfg. De Monaco. Lipſiæ. IV. 71. 84. 108.
*Stratta* Anton. de. Venetiis. III. 14. 36. 46. 108. 160. IV. 5.
*Streuo* Manfred. de Monteferrato. Venet. IV. 79.
*Stuchs* Georg. Norimb. III. 21. 96. 128. IV. 83.
*Stuchs* Joan. Norimb. IV. 121.
*Suigus* Jacobin. de S. Germ. Thaurini. IV. 24. 93.

## T.

*Tacuinus*. v. Tridino Joan. de.
*Thanner* Jacob. Lipſiæ. IV. 112.
*Thomas* Alexandrin. Venet. III. 4.

*Thoreſanis*

*Thorefanis* Andreas de. Venet. III. 43. 116. IV. 6. 18. 20. 26. 38. 41. 51. 51. 62. quater. 82. 82. 91. 91. 102. 103. 104. 109.
*Tortis* Baptiſta de. Venet. III. 78. 83. 117. 172. IV. 7. 7. 9. 12. 17. 26. 41. 44. 49. 51. 52. 54. 56. 63. 65. 68. 76. 77. 77. 91. 96. 101. 102. 118.
*Tortis* Jacob. de Papia. IV. 75.
*Trajectinus* Barthol. Bonon. IV. 61. 72.
*Trechſel* Joan. Lugduni. IV. 11. 58. 58. 72. 74. 76. 83. 83. 98. 124. 125.
*Tridino* Stagninus Bernhardinus de. Venetiis. III. 18. 38. 45. 65. 130. 159. 168. 168. 169. IV. 8. 9. 23. 25. 26. 38. 39. 42. 51. 52. 52. 62. 107. 118.
*Tridino* Guillielmus de. Venet. III. 92. 142. IV. 22.
*Tridino* Joan. de. alias Tacuinus. Venet. IV. 64. 112. 115.
*Trottis* Bartholom. de. Papiæ. IV. 92.
*Turre* Petrus de. Romæ. IV. 10.

U.

*Valbeck* Joan. Senis. III. 93. 115. Bononiæ. IV. 42. 61.
*Valdafer* ſeu Valdarfer Chriſtopherus. IV. 126. 128.
*Valentia* Laur. de Ferrariæ. IV. 37.
*Vercellenſis* Joan. Tarviſii. III. 28. 64. 79.
*Vitalibus* Bernhardinus de Venet. IV. 107.
*Urſo* Henr. de S. Vincentiæ. III. 44. 44. 73. IV. 6. 39. 109. 159.

W.

*Wagner* Petrus. Norim. IV. 55.
*Walcker* Matthias. Euſtadii. III. 9.
*Wensler* Mich. Baſileæ. IV. 23.
*Wild* Leonh. de Ratisbona. Venet. III. 155.
*Winterburg* Joan. Viennæ IV. 117.
*Wolf* Georg. Badenſis. Pariſiis. IV. 39.

Z.

*Zacho* Jacob. Pedemontanus. IV. 114.
*Zainer* Guntherus. Auguſt. III. 1. 177. IV. 131. 131.
*Zainer* Joan. Ulmæ. III. 3. IV. 122. 124.
*Zanis* Bartholom. de. Venet. IV. 21. 74. 81. 113.
*Zeiſenmayr* Lucas. Aug. Vind. Præf. ad Faſc. IV. pag. VIII.
*Zel* Ulric. Coloniæ. IV. 55.
*Zeninger* Conrad. Norimb. IV. 127.
*Zerbo* Julian. de. Papiæ. III. 19.

# INDEX II.

# INDEX II.

## AUCTORUM ET LIBRORUM ANONYMORUM, QUI IN TERTIO ET QUARTO FASCICULO RECENSITI SUNT.

**Numerus roman. Faſciculum, Arabicus paginam deſignat.**

### A.

*Abano* Petr. de. Conciliator differentiar. Philoſ. & Medicor. IV. 4. de Medicor. Aſtrolog. 158.

*Abbas Siculus.* v. de Tudeſchis.

*Abdalazi* Libellus Iſagogicus. III. 24.

*Abrahami* judæi L. de Nativitat. III. 28.

*Abumeron* Auenzohar Liber medicus IV. 13.

*Accentibus* de quarund. Diction. in Pſaltero tractatulus. IV. 32.

*Accoltis* Franc. de. Conſilia jurid. IV. 45.

*Accurſii* Caſus Super Novem. libr. Codicis. IV. 140. Caſus longi Super Dig. Nov. Cum pluribus aliis. 142.

*Ælianus* de inſtruendis aciebus IV. 43.

*Æneæ* Silvii Epiſtolæ. IV. 71. De ritu, ſitu &c. Theutoniæ deſcriptio. 71. Hiſtoria bohemica. 140.

*Æſopus* moraliſatus. III. 137.

*Æſopi* Trigint. tres fabulæ in Lat. verſæ. IV. 60. Æſopus Græcus per Laur. vallam traductus. 123.

*Agricolationum* Opera. IV. 48 109.

*Ailliaco* Petrus de Sacramentale. III. 91. Sermones. IV. 7. Super Libr. Sentent. 10. Concordantia Aſtronom. 13. tractat. Coſmogr. 150.

*Alanus* in proverbiis metrice Conſcriptus. Opus alias doctrinale Altum. IV. 119. De Maximis theologiæ. 143. Regulæ Cæleſtis juris. 147.

*Alberti* Leonis Bapt. de re ædificatoria. III. 28.

*Alberti* Magni. Comment. in octo ll. Phyſ. Ariſt. III. 94. Libri quat. Meteor. 107. De Mineralibus. IV. 19. De Natura & imortalitate animæ. 35. Philoſ. Natural. Compend. 66. Tract. de Veris Virtutibus. 96. 97. Prima & Secunda P. Summæ. 102. De prædicabil. & prædicam. 120. Sermones de temp. item de Sanctis. 124. Comment. ſuper ſex. Princip. Gilberti Poret. 139. Super Miſſus eſt, Laudes B. V. M. 140. De Secretis Mulier. 153.

*Alberti de Saxonia* Quæſt. in Libros de Cœlo & Mundo. IV. 81.

*Albumaſaris* Flores. III. 124. De magnis Conjunctionibus, annor. revolut. &c. 129. Introductorium in Aſtronom. 129.

*Alexandri* M. Hiſtoria. IV. 55.

*Alphabetum* divini Amor. III. 134.

*Alphonſi* regis tabulæ Aſtronom. IV. 29.

*Alphonſi* Toletani Lectura in L. I. Sentent. IV. 14.

*Alvaroti* Jacobi Comm. de Conſv. & jurib. Feud. III. 2.

*Alvaroti* Petri Repetitio §. Si pacto poſiti. IV. 64.

*Ambroſii* S. Operum Sec. & tert. Pars. IV. 31.

*Amici* Sermones breves. IV. 59.

*Anania* Joannes de. Conſilia jurid. IV. 67.

*Andreæ* Joan. Novellæ. III. 159. De arbore Conſanguinit. IV. 4. Novellæ ſuper ſexto Decretal. 18. Quæſt. mercur. 18. Novel. ſuper ſexto decretal. 118. Summa de Sponſal. & Matrim. 143.

*Andreas* Anton. Scriptum in arte veteri &c. IV. 24.
*Andrelinus* Publ. Fauſt. De Neapolit. & Fornivienſi Victoria Carmin. libri duo. IV. 70.
*Angeli* de Clavaſio Summa Angelica III. 80. item 95. Item IV. 58.
*Angeli* Peruſini Conſilia jurid. III. 79.
*Angelorum* de Obſequio & Cuſtodia. IV. 97.
*Angelus* Aichachenſ. Joan. Aſtrolabium. III. 110. IV. 44.
*Angelus* de Arretio. v. Arretinus.
*Aniani* Mag. Computus manual. III. 121.
*Annii* Viterbienſ. Commentar. in varios Author. Veter. IV. 98.
*Anſelmi* S. Dialogus IV. 15. Opera. 19. 130. Quæſt. Cur Deus Homo? 140. item 157. Ejusdem Opuſcula. 143.
*Anthidotarium* Animæ. IV. 37. 37.
*Antologia* Græc. Epigram. IV. 54.
*Antonini* S. Summa Theolog. III. 46. Summæ P. quarta. 71. 84. Summæ P. tertia. 94. Confeſſionale 121. Item IV. 11. 28. Summa Theolog. 15. Trialogus 63. Confeſſionale. 69.
*Aphrodiſei* Alexand. Problemata. III. 108.
*Apollinaris* Cremonenſ. Expoſ. in prim. Poſter. Ariſt. IV. 79.
*Apollonii* Rhodii Argonauticon. Græc. IV. 76.
*Arbor* Conſangu. Aff. Cognat. Spirit. &c. IV. 151.
*Arculani* Joan. Practica. IV. 39. 90.
*Aretio* Franciſcus de. Repetitio L. Si fratris &c. IV. 53.
*Ariminenſis* Gregorii in ſecund. ſentent. IV. 47.
*Ariſtoteles* Libri tres de An. III. 44. Liber Prim. Meteor. IV. 17. Textus parv. natural. 19. Ethica. 26. Opera ad Logicam ſpectant. Græce. 61. Opera quædam. 64. Opera omnia 73. Ejus vita ex Laertio, & plura opuſcula Græce. 80. Hiſtoria animal. Græce. 87. Textus hiſtor. de An. 122. Parva natur. item octo libri Phyſic. 134. De regimine principum. 146. Libri politicor. cum comm. Joan. Verſor. 159.
*Ariſtophanis* Comediæ græcæ. IV. 102.
*Arnaldi* de villa nova practica Medicinæ. IV. 92.
*Aretinus Angelus*, ſeu de Arretio. Comment. in inſtitut. Juſtin. III. 18. Tract. de Maleficiis. 20. 114. Super inſtitut. IV. 91. Aurea opuſcula de Maleficiis. 94. Lectura ſuper inſtitut. 118.
*Arteſela.* Opera medica varia. IV. 18.
*Articuli* reprobati Pariſis. IV. 120. item 141.
*Aſtronomici* Scriptores veteres gr. & lat. IV. 113.
*Athanaſius* S. contra gentiles. IV. 4.
*Auctoritates* Ariſtotelis, Senecæ & aliorum. III. 90. IV. 65. 153.
*Auguſtinus* S. Opuſcula varia partim genuina, partim ſuppoſititia. III. 7. Sermones varii. 92. Comment. in Pſalmos. 164. Opuſcula plura. 171. De civitate Dei. IV. 12. de Trinitate. 12. Canones. 14. Opuſcula plura. 20. item. 22. Lib. Epiſtol. 35. Liber ſoliloq. 147.
*Auguſtis* Quiricus de Lumen Apothecarior. IV. 56.
*Avicena.* Libri quinque Canonis. III. 61. 170. item IV. 26. 56. 98.
*Aureolus* Petrus. Tract. de Conceptione B. V. M. IV. 130.
Auslegung des Lebens Jeſu Chriſti. IV. 149.
*Aytinger* Wolfg. Tractat. ſuper Methodium. IV. 65.
*Azonis* J. C. Summa. IV. 118.

B.

*Balbi* Hieron. Poetæ Epigram. IV. 127.
*Balbi* Joan. de Genua Catholicon. IV. 85.
*Baldus* de Peruſio, Opus de ſtatutis per Ital. obtinent. Cum aliis. III. 43. Super uſibus feudor. 70. In Libr. quinque prior. Cod. 76. In plures Libr. Cod. IV. 33. Super prim. P. Dig. Vet. 38. Conſil. jurid. 42. Sup. I. & II. P. Infort. 52. Super Dig. nov. 62. Super II. P. Dig. vet. 62. Super feudis. 65. In Nov. Libr. Cod. 76. De ſtatut. per Italiam obtinent. 91. Super feudis. 93.
*Barbarus* Hermolaus. Caſtigationes Plinii. IV. 31. Additiones ad ſuas caſtigat. 36.
*Barbatia* Andreæ Comment. in tit. de Probation. IV. 91. In tit. de foro Compet. 92. Lectura in aliquot titul. Juris. 94. In titul. de libelli oblat. &c. 98. Tabula in ejusd. lect. in titul. de Judiciis &c. 98.

*Bartholus*

*Bartholus* de ſaxo ferrato. Conſilia, & varii tract. juridici. III. 37. Lectura ſuper authenticis. IV. 7. Super tres libr. cod. 7. Comm. in dig. Vet. 9. In I. & II. P. Dig. infort. 15. In I. & II. P. Cod. 16. In digeſt. nov. 19. In II. P. infort. 21. Super I. P. Cod 25. Super I. II. P. infort. 26. Repetitio l. 1. c. de dignita. 40. & 41. Super II. P. digeſti novi. 42.

*Bartholomæus* Anglicus. De Proprietatibus rerum. III. 32. 101. Item IV. 18. 27.

*Bartholomæus* de Chaimis, Confeſſionale. IV. 20. 126.

*Barynus* Jacob. Recognita in genera Vatum & carmina eorundem. IV. 45.

*Barzizius* Chriſtoph. Introductorium. IV. 48.

*Baſileenſis* Concilii Decreta. IV. 112.

*Baverius* de Baveriis. Conſilia medica. III. 150.

Bayriſch Landſzrecht puch. IV. 63.

*Bellencinus* Barthol. tract. de ſubſid. charitat. III. 157.

*Bellovi ſu* Armandi de Declaratio difficilium dictorum in theolog. IV. 23.

*Bellunenſis* Urbanus. Inſtitutiones græcæ Grammat. IV. 88.

*Benedicti* Alexandr. Veronenſ. Collectiones Medicin. IV. 144.

*Beneficiorum* vacandi modus. IV. 137. 156.

*Berberius* Joan. viatorium utriusque Juris. IV. 157.

*Bergomenſis* Petrus. Tabula in Libr. D. Thomæ Aquin. IV. 64. 86.

*Bernhardi* de Compoſtella. Caſus longi. III. 14. Item. IV. 96. 103.

*Bernhardi* S. Tract. de Planctu B. V. M. IV. 15. Opuſcula quædam. 60. Sermon. ſuper Cant. Cant. 90.

*Bernhardini* Senenſis. Sermon. de Evang. æterno. IV. 125. Item. 151. Quadrageſimale. 151.

*Beroaldi* Philippi Annotationes centum contra Servium Gramm. cum allis opuſc. gramm. IV. 74. Commentarii quæſt. tuſcul. 74. Varia. 93. Sententiæ ſeptem ſapient. 105. De felicitate opuſc. 110. Declaratio ebrioſi, ſcortatoris &c. &c. de vitioſitate. 110. Oratio Proverbiorum. 111. Comment. quæſt. tuſcul. 113.

*Bertachinus* Joan. de Firmo. Tract. de Gabellis. III. 172. Repertorium. IV. 49. 119.

*Biel* Gabriel expoſitio Canon. Miſſæ III. 98. IV. 107. Sermones. 111. Paſſ. Dom. Serm. 120.

*Biblia* German. Pars 2da. III. 41. & 87.

*Biblia* Latina vulgata III. 11. 34. 85. IV. 20. 31. 93. 138.

*Bitonto* Anton. de. Sermon. Dom. IV. 28. Expoſition. Evangel. 70.

*Blanchini* Joan. Tabularum Canones. IV. 64.

*Blaſio* Joan. Bapt. de S. Tractat. de Action. IV. 102.

*Blonii* vel *Blons* Tractat. de Sacrament. III. 106. Item IV. 8. 70. & 108.

*Bocatii* Joan. de Certaldo Genealogiæ Deorum Gentil. III. 4. von den erlychten Frauen. 101. Genealogia Deorum. IV. 54. 79.

*Boethii* Aritmethica. III. 125. Liber de Conſolat. Philoſoph. IV. 13. De Diſciplina Scholar. 14. Opera plura. 21. De Conſol. Philoſ. & de Diſciplin. Scholar. 26. De Conſol. Philoſ. 60. De Diſciplin. Scholar. 65. De Conſol. Philoſ. 82. Item 94. Arithmetica 113. Opera minora. 148.

*Bolani Dominici* Tract. de Concept. B. V. M. IV. 145.

*Bolognini* Bartholom. Epitome elegiaca Metamorphoſ. Ovidii. IV. 32.

*Bologninus* Ludov. Interpretationes Novæ Jur. civ. IV. 45. 53. Comment. in Decretal. 159.

*Bonacioli* Ludov. Ferrar. Eneas muliebris. IV. 142.

